UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In Qvinqve Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini Decretis Accommodata

In Qva Ivris Canonici Primæ Institvtiones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Liber Tertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61552

Visual Library

# IOAN. HONORII AB AXEL SVMMÆ DECRETALIVM.

## LIBER TERTIVS.

## *De vita, & honeſtate clericorum.*

Titulus I.

SVMMARIA.

1 *Clericorum appellatione qui veniant.*
2 *Clericatus probatur vere & præſumptiue.*
3 *Clericorum continenter viuere debent, & incontinentis pœna.*
4 *A Crapula, & ebrietate abſtinere, & ebrij pœna.*
5 *A Negotijs, perſonis, locis, ludis & veſtibus inhoneſtis.*
6 *Clericus aleator excluditur à beneficio obtinẽdo.*
7 *Clerici debent abſtinere à negotijs ſæcularibus, & negociatorũ pœna.*
8 *Non debent frequentare monaſteria monialium.*
9 *Clericorum habitus conſiſtit in tonſura & clerica & ſæcularium in veſtibus clericalibus extrinſecis & intrinſecis, monachorũ in cuculla.*
10 *Tonſura quid eſt.*
11 *Clerica quid ſit.*
12 *Clericus quilibet ſæcularis an teneatur deferre tonſuram.*
13 *Clericalis veſtis ſæcularis eſt talaris.*
14 *Clerici ſæculares an omnes teneantur deferre veſtem clericalem, & pœna eam non deferentium.*
15 *An perdant priuilegium fori.*
16 *Clericorum ioculatorum & hiſtrionum pœna.*
17 *Clericorum qui macellariorum & tabernariorum officium publice exercent pœna.*

POst explicata officia Prælatorum, circa collationem Ordinum, negotia, & iudicia *in lib*, 1. & 2. præmittit *in lib*. 3. ante tractatus de rebus ad clericos, & eccleſias ſpectantibus titulum generalem, *De vita & honeſtate clericorum*, quia nemo recte monitoris ſuſcipit perſonam, niſi qui actibus ſuis errata condemnat, *c. nemo* 81 *diſtinct.* & ille iudicat de alterius errore, qui non habet in ſeipſo quod condemnet, *c. qui ſine c. iudicet c poſtulatus* 3. *quæſt*. 7. tum quia clerici in grauibus peccatis poſiti, dum ſuis premuntur, aliena non diluunt vitæ merito, ſed ex officio; *c. ſciſcitantibus* 15. *quæſt*. 8. *c. ipſi Sacerdotes, & c. neque* 1. *quæſt*. 1. Cunctis enim liquet, quia cum is diſplicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur, *c. in grauibus* 3. *quæſt*. 8. Appellatione † clericorum largo ſumpto vocabulo veniunt omnes, qui habent ordines in quacunq; dignitate ſint aut ordine, etiam in prima tonſura, *c. clericũ verſ. fin*. 72. *diſt*. *c. cleros* 21. *diſt*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

21.*diſt.c.clericus,& c.duo ſunt genera* 12.*quæſt.*1.
*cap.per exemptionem de priuileg.in* 6.*c.clerici hoc*
*tit.c.cum contingat,de ætat.qualit.& ord. præf.c.*
*cum tibi,de verb.ſignif.& ibi Panorm. in c. bonæ*
*el.*1.*num.*2.*de poſt prælat.* ideo priuilegium tri-
butum clericis ſimpliciter conceditur om-
nibus etiam in dignitate eccleſiaſtica con-
ſtitutis, & religioſis, qui nomine clerico-
rum in fauorabilibus comprehenduntur,
*Panor.in c.cum tibi de verb.ſignif.& in c.*2.*nu.* 6.
*de cohabit.cleric.& mulier.& in c.*1.*numer.*7.*ne*
*clerici vel monachi &c.Felin. in c.non dubium n.*
1.*de ſent.excomm.& in c. licet in corrigendis nu-*
*mer.*8.*&* 9.*de off.ordin.*Sed in materia odio-
ſa,& ſtricta ſignificatione appellatione cle-
ricorum non comprehenduntur Epiſcopi,
nec alij exiſtentes in dignitate,nec etiam ca-
nonici Cathedralium Eccleſiarum,nec mo-
nachi,ſeu religioſi,*c.quia periculoſum de ſent.*
*excomm.in* 6.*c.ſedes & ibi not.de reſcript. Panor.*
*in d.c.bonæ el* 1.*num.*2.*de poſtul.præl. & in d.c.* 1.
*num.*7.*ne clerici,vel monachi,&c.* quia vbicun-
que ſpecies ponit aliquid vltra genus ſuum,
appellatione generis non venit illa ſpecies,
*c.ſtatutum de elect.in* 6.*Felin.in d.c.non dubium*
*ſub num.*1.*Innoc.in d.c.ſedes ſub num.* 2. Cleri-
2 catus † probatur verè & præſumptiue;ve-
rè probari debet,quando agitur de benefi-
cij adiudicatione alicui facienda tanquam
clerico , quia iura mandant ſuper ordinis
collatione litteras fieri: *c.fin.* 71.*diſt.& diſt.*
73.*per totam c.legum* 2.*quæſt.*1.*Panorm.in c.quo-*
*niam contra num.*20.*de probat.& ibi Can.* Pro-
batur autem ſolo ſigillo Epiſcopi,*c. extraneo*
71.*diſt.l.ſi qua per calumniam in fin.C.de epiſc.&*
*cler.c.inter quatuor,de cler.peregr.c.poſt ceßionem*
*de probat.*Per teſtes,*c.tua de cleric.peregr.* imo
per vnicum teſtem, *Mohed.deciſ.*32.*de renun-*
*ciat.Bald.in c.licet* 1.*ſub num.*4.*de teſt.& ibi Fe-*
*lin.in fin.& Can.Iaſ.in l.admonendi num.*98.*in*
*fin.ff.de iureiur.*Per ſufficientia indicia,& ido-
nea argumenta,*c.inter quatuor,& ibi gloſſ.in*
*verb.per argumenta Pan.num.*3.*& Can.de cler.*
*peregr.*communem reputationem,*Innoc.in c.*
*innotuit num.*1.*de eo,qui furt.ord.ſuſcep.* in poſ-
ſeſſorio,& petitorio,*Pariſ.de reſig.benef.lib.*4.
*quæſt.*2.*num.*7.*qui allegat deciſiones Rotæ,* ac in
iudicio poſſeſſorio ex confeſſione partis;
*Crauett.conſ.*93.*num.*4.*late Garz.de benef.part.*
7.*c.*1.§.1.*num.*138.*vſque ad finem,*Fallit in cle-
ricatu illegitimi,qui probari debet per litte-
ras cum diſpenſatione, & non ſufficit com-
munis reputatio,aut poſſeſſio habitus cleri-
calis : *Mandoſ.deſignat.grat.tit.prouiſiones,verſ.*
*clericatus illegitimi,atteſtans ita deciſum in Rota*
*Maſcard.de probat.concluſ.*302.*c. clericatus an*
*probetur &c.n.*18.*& ſeq.vbi limitat.*Præſumpti-
ue probatur,quando clericus fuit in poſſeſ-
ſione beneficij per aliquot tempora, & vi-
xit vt clericus,quia præſumptio eſt pro poſ-
ſeſſore niſi contrarium probetur. *Rota deciſ.*
8.*de cauſ.poſſeſſ.& propr.in antiq.gloſſ.in c.ex in-*
*ſinuatione in verb.clerici,de procurat.& ibi Can.*
Item poſſeſſor beneficij non plene proba-
to titulo beneficij poteſt agere nomine ſui
beneficij pro penſione ſoluta prædeceſſori-
bus,& poſtmodum ei detracta , licet ipſe
non fuerit in poſſeſſione percipiendi eam-
dem,*Rot.deciſ.*9.*de cauſ.poſſ.& propr.in antiq.*
*Innoc.in cap. in litteris de reſtit. ſpol.* Quando
ſtat de ordinatione facta etiam ab alieno E-
piſcopo,ea præſumitur bene,& rite facta ex
cumſtantijs,*Archid.in c.Lugdunenſ.numer.*3.9.
*quæſt.*2.*Lap.alleg.*138.*num.*18.*&* 19.

Continenter † & caſte debent viuere 3
clerici,quatenus in conſpectu Omnipoten-
tis Dei puro corde, ac mundo corpore va-
leant miniſtrare: cõprehenſi in continentiæ
vitio laborare ſuſpenduntur ab officio, &
beneficio,*c.vt clericor.h.t.*vt quos ad vitæ de-
cora domeſticæ laudis exempla non reuo-
cant , correctionis medicina compellat,
*l.vnica*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

l.vnica C.de emend. propinq.c.cum in cunctis in
fin.de elect.capit.docendus 62.distinct. ſi quis ex
cauſa libidinis ſuſpenſus præſumpſerit cele-
brare diuina, eccleſiaſticis beneficiis ſpolia-
tur,& pro duplici culpa perpetuo deponi-
tur,d.c.vt clericorum, verſ.ſi quis igitur c.clerici
c.latores de cler.excom.depoſ. Secundo debent
4 à crapula,& † ebrietate diligenter abſtine-
re dist.35 per tot.quia ebrietas & mentis in-
ducit exilium, & libidinis prouocat incen-
tiuum.In his culpabilis & monitus non de-
ſiſtens ſuſpenditur ab officio,& beneficio,c.
à crapula hoc tit.c.vnum horarium,verſ.& quam-
uis apoſtolus, & ibi gl.in verb.ebrietas 25. diſt.&
Can.cap.fin.diſt.35. Tertio debent abſtinere
5 à negotiis, † perſonis,locis, ludis, veſtibus
inhoneſtis: d.cap.clerici hoc tit.c.1.eodem in 6.c.
his igitur,& c.ſeq.23.diſtinct. c.cum dignitates §.
veſtitu ſeß.24. non poſſunt deferre anulos,
niſi quibus competit ex officio dignitatis d.
6 c clerici,verſ.fibulas. Clericus † aleator exclu-
ditur ab obtinendo beneficio, ſed non ab
obtento niſi ſit incorrigibilis, c.inter dilectos,
& ibi Panor.num.6.de exceß.præl.d c. clerici,&
ibi gloſſ.in verb.ad aleas, & Can. Quarto de-
7 bent abſtinere à negotiis † ſæcularibus, &
qui tertio monitus negotiationibus inſtite-
rit, interim quoad facultates & bona per-
dit priuilegium clericale, & ita ſuſpenditur
priuilegium quoad tempus propter deli-
ctum, quia facto abijcit priuilegiũ clericale,
dum illis ſe implicat,c.fin.hoc tit.& ibi glo. fin.
& Can.c.fornicari 88.diſt. c.clerici 14.quæſt.4.
Negociator eſt,qui rem comparat vt inte-
gram,& immutatam vendendo lucretur,
qui vero rem comparat , vt materia ſibi ſit
inde aliquid operandi,non eſt negociator,
c.eijciens verſ. quicunque 88. diſtinct. Quinto
8 non debent frequentare monaſteria † mo-
nialium ſine rationabili, & manifeſta cauſa
iure decretalium:d.c.monaſteria hoc tit. & ibi
Summa in Decretales.

gl.& Can. Ex ſanctione Concilij Tridentin.
ſine cauſa neceſſaria, c.5.§.ingredi ſeß.28. &
clericus monitus non deſiſtens deponitur.d.
c.Monaſteria, Concilium Tridentinum ſta-
tuit,vt quæ alias à ſummis Pontificibus,& à
ſacris Conciliis de clericorum vita & hone-
ſtate, cultu, doctrina retinenda ſalubriter
fuerunt ſancita, eadem in poſterum ſub eiſ-
dem pœnis,vel maioribus arbitrio Ordina-
rij imponendis obſeruentur, nec appellatio
executionem hanc, quæ ad morum corre-
ctionem pertinet ſuſpendat,c.1.ſeſſ.22.

Habitus † clericorum conſiſtit in tonſu- 9
ra & clerica,c.clerici verſ.coronam & tonſuram,
s.ſi quis,& tribus cc.ſeqq.hoc tit.c.1.de cler.coniug.
in 6. & ſæcularium in veſtibus clericalibus
extrinſecis,& intrinſecis, quando intrinſe-
ca appareret, Franc.in cap.1.ſub numer.1.& ibi
Anchar.in 5.notab.ponderat Verbum,publice, &
Can.de cler.Coniug.in 6.Clem.2 hoc tit.c.ſi iu-
dex Laicus §.idem eſſet Cenſendus, de ſent. ex-
comm.in 6.& ſic in clauſis indumentis de ſu-
per deferendis nimia breuitate, vel longitu-
dine non notandis:d.c.clerici hoc tit.verſ.clau-
ſula.d.c.ſi iudex Laicus §.idem eſſet Cenſendus, de
ſent.exc.in 6 Bald.in l.ſi qua per calumniam nu.3.
C.de Epiſc.& cler.c.1.de cler.coniug.in 6 Mona-
chorum vero in cuculla,c.intelleximus de æt.&
qualit.& c.Clem.1.§.1.de ſtat.Monach.nulla co-
loris habita ratione: c.fin.20.qu.1. Archid.in
c.2.ſub num.1.ne Clerici,vel Monach.in 6. Ton-
ſura proprie † eſt illa abſciſſio capillorum, 10
quæ eſt in parte inferiori, vt aures pateant,c.
pen.23.diſtinct.ſed clerica † eſt abſciſſio capil- 11
lorum in parte ſuperiori,& circuitus abſciſ-
ſionis illorum capillorum, vocatur corona,
gloſſ.in c.1.in vlt.nota.de cler.coniug. c.vnico eod.
in 6.c.vnico de bigam.in 6.& ibi Can.Quilibet
clericus ſæcularis † beneficiatus, vel in ſa- 12
cris exiſtens tenetur de præcepto deferre
tonſuram: c.Ioannes,& ibi poſt 2. Can. de cler.

*coniug.d.c.vnico eodem in 6.d.c.vnico de Brigam.*
*in 6.& ivi Can.* in minoribus ordinibus con-
ſtitutus non habens beneficium non tene-
tur deferre tonſuram, *c.fin.& ibi glo.*1.50.*diſt.*
*d.c.vnico de bigam.in 6.* Ex decretis Concilij
Tridentini, non gaudet priuilegio fori, niſi
clericalem habitum & tonſuram deferens
alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſer-
uiat, vel in ſeminario clericorum, aut in a-
liqua ſchola, ſeu vniuerſitate de licentia
epiſcopi verſetur: *c.nullus ſeß.* 23. Veſtis cle-
13 ricalis ſæcularis † eſt talaris, *c.pen* 23.*diſt.* ordi-
ni, & dignitati clericali congruens, quæ de-
pendet ex ordinatione, & mandato ipſius e-
piſcopi, *cap.nullus ſeß.*14. quia certa forma
in iure non exprimitur clericis ſæcularibus,
ſed quidam habitus, & quidam colores ſunt
interdicti, *Pan.in c.1.in 2.notab.de apoſt. Clem.*
*1.& ibi gloſſ.pen.in fin. de elect. Pan. in cap.*
*tranſmiſſam, ſub num.2.in verb.habitu de elect.&*
*ibi Can.* recenſiri in cap.pen.hoc tit. & in
Clem.2.eod. De cucullа Monachorum ſub
14 proprio titulo dicemus. Tenentur omnes †
Clerici ſæculares etiam exempti deferre ve-
ſtem clericalem, ſi in ſacris fuerint conſtitu-
ti, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica
obtinuerint, & ex conſtitutione Sixti V. *in*
*ordine* 30 *part.*2. in illis vel ad ea ius habue-
rint ſub pœna priuationis ipſo facto, & ſi
poſtquam ab epiſcopo ſuo etiam per edi-
ctum publicum moniti fuerint, habitum
clericalem non detulerint per ſuſpenſionem
ab ordinibus, ab officio, & beneficio, ac fru-
ctibus, redditibus, & prouentibus ipſorum
beneficiorum, necnon, ſi ſemel correpti, de-
nuo in hoc deliquerint, etiam per priuatio-
nem beneficiorum, & officiorum huiuſmo-
di coercere poſſunt, & debent, *c. quia vero*
*ſeß.*14.*quod innouat, & ampliat Clem. quoniam*
*hoc tit.* Præterea clericus dimittens habitum,
& tonſuram in criminibus, ſiue enormita-
tibus deprehenſus per cenſurã eccleſiaſti-
cam non liberatur, *c.1.de Apoſt.* id eſt, laici
eum deprehendentes, & percutientes non
incidunt in canonem, ſiue excommunica-
tionem, ſed non perdit † priuilegium fori, 15
*Panorm.in d.c.1.in 2.lect.& num.6.de Apoſt.* ſi
vero incedit & viuit vt laicus, & tertio ab
ordinario monitus non reſipiſcat, perdit
priuilegia clericalia, & auctoritate iuris ha-
betur pro degradato, *c.in audientia c.contin-*
*git 2.de ſent.excomm.* quia cum monitus ſeip-
ſum contempſerit emendare, illius immu-
nitatis efficitur exorris, quæ pro clericorũ
tutela, & laicorum violentia coercenda di-
gnoſcitur instituta, *d.c.contingit 2. & ibi poſt*
*glo.fin.& Can.* ſi captus detineatur à iudice
ſæculari, cognitio an veſtis ſit clericalis ſpe-
ctat ad iudicem laicum, *Guid Pap.qu.*138.*n.*
*2.& ſeqq.per c.ſi iudex laicus de ſent.excomm.in*
6. cognitio vero an ſit clericus, ad iudicem
Eccleſiaſticum, *c.ſi iudex laicus de ſent.excom.in*
*6. Bald in l.ſi qua per calumniam numer.4.C de*
*Epiſc.& Cler.* quia probatio tituli clericalis
eſt quid ſpirituale, *d.cap ſi iudex laicus in fin.*
*princip.& ibi Can. notant.* ſed probatio habi-
tus eſt quid temporale, & prophanum, *arg.*
*c.ad nuptiarum, & ibi gl.& Can de Conſecr. diſt.*
*1 Bald.in l.ſi qua per calumniam num.3.& 4.C.*
*de Epiſc.& Cler.* Eadem ratione clerici, qui
† ſe ioculatores, ſeu goliardos faciunt, aut 16
bufones, ſeu hiſtriones, ſi per annum artem
illam ignominioſam exercuerint, ipſo iure;
ſi autem tempore breuiori, & tertio moni-
ti non reſipuerint, carent omni priuilegio
clericali: *c.vnico hoc tit.in 6.* illi vero qui ma-
cellariorum, aut † tabernariorum officium 17
publice & perſonaliter exercent, ſi nomi-
natim & tertio moniti ab his non deſtite-
rint, aut ipſa exercenda reaſſumpſerint,
coniugati omnino, non coniugati in rebus,
& ſi omnino incedant vt laici, in perſonis,
priui-

priuilegium clericale, quamdiu præmiſſis inſtiterint, eo ipſo amittunt, *Clem.* 1. *hoc tit. Capr.concl.* 49. *recenſens plures caſus, in quibus Clerici perdunt priuilegia clericalia.*

## De cohabitatione Clericorum, & mulierum.

## Titulus II.

### SVMMARIA.

1 *Clericus peccat mortaliter cohabitãdo cum quacunque muliere de qua poteſt eſſe rationabilis ſuſpicio.*

2 *Clericus poteſt cohabitare aſcendentibus, deſcendentibus, & ex linea tranſuerſali mulieribus conſanguineis vſque ad ſecundum gradum, vxoribus fratrum, vxoribus ſeruorum.*

3 *Mulier delinquens cum clerico efficitur de foro eccleſiaſtico.*

4 *Clericorum concubinas tenentium pœna.*

5 *Cuius ſit cognitio.*

6 *Quid ſi beneficia aut penſiones non habeant.*

7 *Epiſcoporum concubinas tenentium pœna.*

8 *A Clericis & presbyteris fornicarijs an licite diuina miniſteria audiantur & recipiantur ſacramenta.*

COHABITATIO mulierum cum clericis reddit vitam clericorum aut inhoneſtam, aut ſuſpectam, ideo poſt præcedentem titulum ſubijcitur hic titulus: nam clericus
1 † peccat mortaliter cohabitando cum quacumque muliere, de qua poteſt eſſe rationabilis ſuſpicio, *c.* 1. *hoc tit. c interdixit* 32. *diſt.* aut accedendo, vel frequentando domos quarumcumque mulierum ſuſpectarum, *cap. clericus ſolus cap. clerici cap. legitur, &c. in omnibus* 8. *c. diſt. c. ſi quiſquam hoc tit.* ſunt quæ-
2 dam de quibus rationabilis ſuſpicio † non habetur, vt aſcendentes, deſcendentes, & in linea tranſuerſali conſanguineæ ad ſecundum gradum, & ex affinitate vxores fratrum; *c. fœminas c. cum omnibus* 81. *diſt. gl. in c.* 1. *in verb. canones, & ibi Can. hoc titulo.* & in eis non requiritur ſenectus, *Panorm. in c. à nobis in fin. h. t.* quia fœdus naturale non permittit aliquid ſæui criminis cum iſtis ſuſpicari, *c. à nobis hoc tit. l. eum qui C. de epiſc. & Cler.* præterea vxores ſeruorum, *d. c. cum omnibus* 81. *diſt.* quæ tamen omnes, ſi ſuſpectæ fuerint, non debent cum clericis remanere, *cap. quorumdam* 34. *diſt. gloſſ. in c.* 1. *in verbo canones hoc titu-*
*lo.* Mulier delinquens cum † clerico ſubij- 3
citur foro Eccleſiaſtico, vnde poteſt per iudicem eccleſiaſticum puniri, quia committit quaſi ſacrilegium, *c. eos, & ibi glo.* 1. 32. *diſt. c. virginibus* 27. *q.* 1. *Panorm. in c.* 2. *num* 5. *hoc tit. per illum textum.* tum quia concubinatus eſt crimen Eccleſiaſticum, & ſecundum leges non eſt crimen, *l. in concubinatu ff de concub. l. vnica C. eod. Panorm. in c. cum ſit generale n.* 25. *de for. compet.*

Clerici † concubinas, aut alias maiores, 4
de quibus poteſt haberi ſuſpicio in domo, vel extra detinentes, aut cum ijs vllam conſuetudinem habentes pœnis à ſacris canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis
puniuntur: *c. quam turpe ſeß.* 25. datur † ele- 5
ctio epiſcopo quam pœnam velit imponere, *Panor in c.* 2. *n.* 7. *hoc tit.* quòd ſi ab epiſcopo, ad quem infraſcriptorum cognitio pertinet ſine ſtrepitu &c. & ſola facti veritate inſpecta, & non ad archidiaconos, aut alios inferiores, *d. c. quam turpe §. nec quauis ſeß.* 25. Semel non ſecũdo, aut tertio moniti, vt Decretales requirũt, *c.* 2. *c. ſi autem h. t.* ab ijs ſe nõ abſtinuerint, tertia parte prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & pẽſionum ipſo facto ſunt priuati, quæ fabricæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Si in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes ſecundo moniti

adhuc non paruerint, omnes fructus ſuo-
rum beneficiorum, & penſiones eo ipſo abſ-
que alia ſententia, quam Decretales requi-
runt, *c. ſicut c. ſi autem hoc tit.* amittunt, & à
beneficiorum ipſorum adminiſtratione,
quoad Ordinarius arbitrabitur, ſuſpendun-
tur: & ſi ita ſuſpenſi nihilominus eas non ex-
pellant, aut cum ijs etiam verſentur, tunc be-
neficiis omnibus eccleſiaſticis, & penſioni-
bus priuantur perpetuo, ac inhabiles, atque
indigni quibuſcumque honoribus, & bene-
ficiis in poſterum redduntur, donec ab eo-
rum ſuperioribus cum eis fuerit ex cauſa e-
mendatæ vitæ diſpenſatum: Sed ſi poſtquā
eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſorti-
um repetere, aut alias ſcandaloſas mulieres
ſibi adiungere auſi fuerint, præter præfatas
pœnas, excommunicationis gladio plectū-
tur: *c. 2. & 3. hoc t. d. c. quam turpe ſeſſ. 25. Garz.
de benef. part. 11. cap. 10. §. 2 à num. 181. vſque
ad nu.* 191. nec quæuis appellatio aut exemp-
tio prædictam executionem impedit, aut ſu-
6 ſpendit. Clerici beneficia, aut † penſiones
non habentes puniuntur arbitrio Epiſcopi
carcere, ſuſpenſione ab ordine, inhabilitate
7 ad beneficia. Reuerendiſſimi † Epiſcopi ſi
ab huiuſmodi crimine ſe non abſtinuerint,
& à Synodo Prouinciali admoniti ſe non e-
mendauerint, ipſo facto ſunt ſuſpenſi, *d. cap.
quam turpe ſeſſ* 25. & ſi in eo perſeuerent, ab
eadem Synodo deferuntur ad ſummum
Pontificem, qui pro qualitate culpæ etiam
per priuationem in eos aduertat. *auth. epiſ-
copo C. de epiſc. & Cler.* Si Concubinæ publicæ
clericorum fuerint notatæ cenſura eccleſia-
ſtica, eoſdem concubinarios non eſt dubiū
ſententia maioris excommunicationis in-
uolui, qui poſt latam ſententiam commu-
nicant in eodem crimine criminoſis, ſecus ſi
communicant locutione, vel alias quam in
crimine, quia tunc incidunt in minorem ex-
communicationem, *c. ſi Concubinæ, & ibi gl.
& DD. de ſent. excomm. not. in c. nuper eod.* Quā-
do Clerici ſeparantur à Concubinis, non
compelluntur ad eas abiurandas, ne in ean-
dem fornicationem inſtinctu diabolicæ
fraudis redeuntes periurij reatum incur-
rant, *c. clericos de cohabit. cler. & mul. & ibi gl. in
verb. redeuntes. & Canon.*

A Clericis, & Presbyteris fornicarijs † li- 8
cite diuina miniſteria audiuntur, & alia reci-
piuntur Sacramenta, quamdiu ab Eccleſia
tolerantur, *c. veſtras c. fin. hoc tit. c. ſciſcitantibus
15. quæſt. 8. & ibi gl. 1. & Can.* quia ſunt ſuſpenſi
quoad ſeipſos, non quantum ad alios in ca-
ſu propoſito, niſi peccatum huiuſmodi ſit
notorium per ſententiam, confeſſionem fa-
ctam in iure, aut per euidentiam rei, quæ
tergiuerſatione aliqua celari non poſſit, *cap.
tua nos in princ & c. fin. hoc tit. Panor. in d. c. noſtra
numer. 3. & ibi Doct. c. cum olim de verb ſignif.*
& hoc vltimo caſu ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab
officio, & beneficio, & ſi celebrent, incur-
runt irregularitatem, *Panorm. in c. veſtra num.
7. & 8. & ibi Can. hoc tit. c. fin. hoc tit. Garz. de
benef. part. 7. cap. 14. à num. 7. vſque ad finem late
diſputat in vtramque partem*, etiam quod nul-
la monitio interuenerit, *Panormit. in d. cap.
fin. num. 4. & in d. c. tua nos num. 3.* & poteſt
Iudex procedere ad pœnam imponendam
ſine accuſatione, & ſine teſte: *d. c. tua nos, &
ibi Can. c. euidentia de accuſat.* quando ergo cō-
ſtat de notorietate Concubinatus clerici per
ſententiam, aut confeſſionem ſponte fa-
ctam, non eſt licitum ab eo audire diuina,
aut recipere Sacramenta: non quod Sacra-
menta non ſint vera in ſe, ſed quia Eccleſia
prohibet, quod nullus eorum præſumat au-
dire officium: *c. nullus, & c. ſeq. 32. diſt. c. ſi quis
81. diſt. c. fin. & c. veſtra, & ibi Panor. n. 5. & Can.
hoc tit.* Vnde dicit Canon, quod benedictio-
nes talium clericorum conuertuntur in ma-
ledi-

ledictionem, *d.c.ſi qui 81.diſtinct.* Idem obti-
net, quando conſtat de fornicatione ex eui-
dentia facti, ita quod nullam habeat dubi-
tationem, ſicut videmus in pluribus cleri-
cis, qui tenent ita publice Concubinas ſicut
vxores, & publice nutriunt filios, *d.c.veſtra
in fin.gloſſ.in d.c.tua nos, in verb. ex euidentia hoc
tit.c.manifeſta 2.quæſt.1.gloſſ.in c. Michael de filijs
presb.in verb.conſtuerit, & Can.* Ratio præmiſ-
ſorum eſt, vt peccandi licentia cæteris cle-
ricis auferatur, & huiuſmodi ad pœniten-
tiæ fructum trahantur; neque enim poteſt
aliquis, quantumcumque pollutus fuerit,
diuina polluere Sacramenta, quæ purga-
toria cunctarum contagionum exiſtunt; *d.
c.veſtra in princ. in verſ. item aliud, cap. præ-
tor ad hoc 32 diſt.cap.Chriſtus, & cap ſeq.1.quæſt.
1. Pan.in cap.1.ſub numer. 4 circa princip. de
ſchiſmat.* Si vero fornicatio non habet ope-
ris euidentiam, ſed poteſt probabiliter
tergiuerſari, quia Concubina habitat cum
matre clerici, & dicit ipſam pediſequam
matris, vel quid ſimile, tunc requiritur mo-
nitio clerici, & eius contemptus, vt quis
poſſit habere indubitatam ſcientiam de
concubinatu, & eum euitare in diuinis, cum
clericus poſſit habere excuſationem, *d cap.ſi
qui in verb.ſi qui vero in peccato ſuo perſeuerare
maluerint & c.81.diſt.c.nullus, & cap ſeq.in verb.
indubitanter 32.diſt.Panor.in d c.veſtra n.5.& 6.
& ibi Zab.in 6.oppoſ.& ibi Can.*

De clericis coniugatis.

Titulus III.

SVMMARIA.

1 *Clerici in ſubdiaconatu & alijs ſuperioribus or-
dinibus conſtituti ſi vxores accepiſſe noſcan-
tur coguntur eas dimittere & ipſo facto per-
dunt beneficia.*

2 *Clerici infra ſubdiaconatus ordinem conſtituti
coguntur ad retinendas vxores, ſed beneficia
penſiones, & adminiſtrationes eccleſiaſtica i-
pſo iure vacant.*

3 *Nec deinceps matrimonio durante ad beneficia
vel ſacros ordines admittuntur.*

4 *Inuiti non coguntur portare tonſuram aut ha-
bitum clericalem.*

5 *Coniugatus qui contraxit cum virgine & vnica
& volens defert tonſuram & veſtes clericales
& alicuius eccleſiæ ſeruitio eſt deputatus gau-
det priuilegio canonis* ſi quis ſuadente 17.
quæſt.4. *& quod pro aliquo crimine non
poßit trahi ad iudicium ſeculare.*

6 *In eccleſia orientali clerici in minoribus ordini-
bus conſtituti contrahunt matrimonia & in
ſuperioribus ordinibus vtuntur matrimo-
nio iam contracto.*

*Poſt ſuſceptum ſacrum ordinem non poſſunt con-
trahere matrimonium.*

7 *Clericus miles & ſaua exercens perdit priuilegia
clericorum.*

SVPERIORI titulo dictum eſt, de cohabi-
tatione clericorum, & mulierum illicita,
nunc ſubijcit de licita clericorum & mulie-
rum cohabitatione: nam † clerici in ſubdia- 1
conatu, & alijs ſuperioribus ordinibus con-
ſtituti, ſi vxores accepiſſe noſcuntur, co-
guntur eas dimittere, & pœnitentiam agere
de commiſſo, *cap.1.hoc tit.cap.presbyterum
28.diſtinct.* & ipſo facto perdunt beneficia
obtenta: *Late Panorm.in d.c.1.* Infra † ſub 2
diaconatus ordinem conſtituti coguntur
ad retinendas vxores, ſed beneficia eorum
antea obtenta per contractum matrimonij
per verba de præſenti ipſo iure vacant, *d. c.
1.& ibi gl.1.& Can c.quod te c.diuerſis c.cum de-
corem hoc tit.* ac etiam penſiones, quæ eis
fuerunt aſſignatæ vt clericis, *Caſ. deciſ. 2.nu.
4.de except.Put.deciſ.449.lib.2.contra Sarnenſ.
in reg.de annot.quæſt.21.* & quælibet admini-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtrationes eccleſiaſticæ, *Panorm. in c. ſane nu. 2. hoc tit. Caſ. deciſ. 3. num. 4. & 5. de præb.* nec ea
recuperant, etiamſi ſponſi eo per verba de
præſenti ante carnalem copulam ingredi-
antur monaſterium, *Panorm. in d. c. 1. num. 6.*
ſane ſi eccleſiis, quibus intitulati fuerunt, de
poſſeſſionibus, aut aliis bonis aliqua con-
tulerunt, cum ab earum eccleſiarum mini-
ſterio fuerint, & beneficio amoti, ad ipſos
recta via debent abſque contradictione
redire, *c. quod à te & ibi gloſſ. fin. & Can. hoc*
3 *titulo.* nec deinceps matrimonio † durante
ad eccleſiaſtica beneficia, vel ſacros ordi-
nes, aut adminiſtrationes eccleſiaſticas ad-
mittuntur, *c. 2. c. decorem hoc tit.* quia cythara
cum pſalterio male concordant, cum vir
cogitet, quomodo placere poſſit vxori, & i-
deo minus quæ Dei ſunt valeat cogitare,
cum quaſi diuiſus in duo plenam ſui non ha-
beat poteſtatem, *c. diuerſis hoc titul.* Imo col-
latis poſtea beneficiis per epiſcopos, appel-
latione remota, ſunt priuandi, quia per ta-
les rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia ſolet
perire, *c. de ſiracuſana 28. diſtinct.* niſi forſan ta-
libus epiſcopus ſcienter contulerit benefi-
cia, quibus eos non per epiſcopum confe-
rentem, ſed per ſuperiorem conuenit ſpo-
liari, *d. c. diuerſis in fin. & ibi gl. pen. & fin.* Inuiti
4 non † coguntur portare tonſuram, aut ha-
bitum clericalem, nec gaudere poſſunt pri-
uilegio clericali in perſona, vel rebus, aut
delegari iudices in cauſis ſpiritualibus, *c. 10. c. ex par. tua c. fin. hoc tit. cap. vnico eod. in 6. in fine.*
quia cum eos oporteat ſæcularibus negotiis
immiſceri, tonſura ipſorum in miniſterii cle-
ricalis vituperium redundaret, *d. c. Ioannes in*
5 *fin.* ſed ſi clericus infra ſubdiaconatus † or-
dinem conſtitutus, & coniugatus contraxit
cum virgine, & vnica, & volens defert ton-
ſuram, & veſtes clericales, ac iuxta Conci-
lium Tridentinum alicuius eccleſiæ ſerui-
tio, vel miniſterio ab epiſcopo deputatus
eidem eccleſiæ ſeruiat, & miniſtret, ſolum
gaudet duobus ex tot priuilegiis clericali or-
dini conceſſis, non obſtantibus ſpecialibus
priuilegijs, & conſuetudine immemorabili
contrariis, quæ per Concilium Tridentinũ
tolluntur, ſcilicet priuilegio, *ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* & quod pro aliquo crimine non
poſſunt trahi criminaliter, aut ciuiliter
ad iudicium ſæculare; nec Iudex ſæcula-
ris prætextu cuiuſque exceſſus poteſt eum
punire pecunialiter, aut perſonaliter: *d. c. v-
nico hoc tit. in 6. c. nullus primo §. in clericis ſeſſ. 23. Io. Andr. in d. c. vnico in glo. ſuper verbo in cæterũ, & Anch. in 6. notab.* In orientali † eccleſia, cle- 6
rici in minoribus ordinibus conſtituti con-
trahunt matrimonia, & in ſuperioribus or-
dinibus vtuntur matrimonio iam contra-
cto, ac filij ex eo nati licitè inter latinos pro-
mouentur ad ſacros ordines, & dignitates
eccleſiaſticas, *c. cum olim. hoc tit. gl. 1. in c. Diaconi 28. diſt. c. noua c. fin. 31. diſt.* ſed Græco in ſa-
cris ordinibus conſtituto, & vxorato, ſi ma-
trimonio contracto vti voluerit, non eſt
conferenda eccleſia, aut beneficium eccle-
ſiaſticum inter latinos, ne variis tribus coin-
quinetur honeſtas eccleſiæ, *c. cum ſecundum de temp. ord. & qual ord. Panorm. in d. c. cum olim. num. 2.* poſt ſuſceptum ſacrum ordinem
clerici etiam in orientali eccleſia non poſ-
ſunt contrahere matrimonium, *c. cum in præterito 84. diſt. & ibi poſt gl. Can. c. de ſiracuſana, & ibi gl. in verbo ſuſceperat, & Can. 28. diſt. Couarr. in epit. 4. lib. decret. 2. par. c. 6. §. 3. ſub nu. 1.*
Clericus in minoribus factus † miles, & ex- 7
ercens ſæua, ipſo facto perdit omnia priui-
legia Clericorum, *c. fin. hoc tit. & ibi Panorm. num. 1. c. ſi quis poſt, & ibi gl. 52. diſt. c. præſens & ibi gl. 1. 2. quæſt. 3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.

### Titulus IIII.

### SVMMARIA.

1 Reſidentia eſt perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio.

Præſentia
2 Reſidentia } quomodo differunt.
Intereſſentia

3 Clericus tenetur reſidere in eccleſia ſua vel beneficio in quo eſt intitulatus.

4 Eccleſia contra clericum petentem fructus beneficij poteſt excipere tu non feciſti reſidentiam.

5 Tertius autem opponere non poteſt niſi quando cum non reſidentia concurrit priuatio tituli ipſo iure.

6 Epiſcopi & his ſuperiores ex quibus cauſis poſſint abeſſe à ſuis eccleſiis.
Epiſcoporum non reſidentium pœnæ.

7 Curatorum non reſidentium pœnæ, & qualiter liceat eis abeſſe ad bimeſtre.

8 Beneficiatorum in cathedrali vel collegiatis eccleſiis non reſidentium pœnæ & quanto tempore liceat eis quolibet anno abeſſe.

9 Beneficia ſimplicia quæ dantur in titulum iure communi requirunt reſidentiam & ea obtinentes non poſſunt abeſſe ſine prælati ſui licentia.

10 De conſuetudine generali non requirunt reſidentiam.

11 Laici quibus diebus non poſſunt abeſſe à parochia.

12 Diſpenſatus ad plura beneficia incompatibilia non cenſetur diſpenſatus ſuper reſidentia vtriuſque beneficij ſed in vno tenetur perſonaliter reſidere & in altero per ſubſtitutum deſeruire.

13 Diſpenſatus ſuper pluralitate plurium incompatibilium an percipiat fructus in abſentia.

14 Diſpenſatus de non reſidendo an & quando recipiat fructus beneficij.

15 Quinam concedant indulta de non reſidendo.

16 Indultum de fructibus in abſentia percipientis debet facere mentionem de indulto præcedente pendente ſeu finito.

17 Non capit diſtributiones quotidianas neque tertiam partem prębendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini conuerſa fuit in diſtributiones quotidianas.

18 Diſtributiones quotidianæ dandæ ſunt illis qui ſtatutis horis diuinis in eccleſia interfuerunt.

19 Qui aliter eas receperint tenentur ad earum reſtitutionem.

29 Diſtributiones quæ abſentibus ſubtractæ eis non fuerunt ſolutæ quibus accreſcant.

21 Cenſentur diſtributiones ſi in ſolutione earum habetur ratio ad ſingulas horas.

22 Tertia pars fructuum & quarumcunque obuentionum in cathedralibus & collegiatis eccleſiis in diſtributiones quotidianas debent conuerti, vbi vel nullæ vel ſunt tenues.

23 Duplices diſtributiones non debentur vni habenti plura beneficia in eadem eccleſia.

24 Indultum de percipiendis fructibus in abſentia quomodo tollatur.

25 Abſens certis caſibus habetur pro præſente & reſidente, qui hic enumerantur quinque.

26 Habens indultum vt poßit percipere fructus in abſentia non habetur pro præſente quoad alios effectus.

27 Abſens certis caſibus habetur nedum pro præſente & reſidente, ſed etiam intereſſente qui hic enumerantur ſeptem.

28 Capitulum non poteſt ſtatuto aut alias habilitare abſentem vt lucretur diſtributiones.

26 Abſens à beneficio requirente reſidentiam & non habente curam animarum quomodo compellatur ad reſidendum.

30 Quid iuris ſi beneficium habeat curam animarum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

31 *A quo compellatur & quibus remediis.*

32 *An licita ſit appellatio ab huiuſmodi compulſione.*

33 *Quid iuris ſi ſint priuilegiati ſuper abſentia & eccleſia patiatur miniſtrorum defectum.*

34 *Fructus amiſſi ob non reſidentiam quibus accreſcant vel applicentur.*

IN Clericis præter honeſtatem vitæ, requiritur reſidentia beneficiis, vel dignitatibus per eos obtentis: *c.2.c.inter quatuor, &c fin.hoc tit.Ferret.conſ.32.vol.1.in princ.* ideo ſubnectitur hic titulus, de Clericis non reſidentibus, &c. quia qui acceptauit beneficium ſibi collatum, videtur per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem illius, *c.niſi cum pridem §.verum de renunc.Felin.in cap. quoniam frequenter numer.12. vt lit non conteſt.&c.*

1 *Reſidentia* † eſt perſonalis ſolutio proprii officij in proprio beneficio, *c. tenère, ibi, diuini myſterij quotidiani neceſſitatibus occupantur, cap. nam ſicut, ibi, orandi, & ſacrificandi iuge ſacrificium eſt 31.diſt.c.fi.92.diſt.c.peruenit, & ibi Can. 7.quæſt.1.cap.quia nonnulli §.cum igitur hoc tit.*

2 ſtricte tamen accipiendo differunt † *præſentia, reſidentia, & intereſſentia, d.c.vnico hoc tit.in 6.c.licet nobis & Caſ.deciſ.1.in princ.de præben. Caſſad.deciſ.vnica num.5.hoc tit.* Clericus dicitur *eſſe præſens* in eccleſiâ qui eſt in ciuitate, vel Caſtro, vbi eſt Eccleſia, licet non habitet in eius cœmiterio, *d.c.vnico hoc tit.in 6. ibi qualitercumque in Ciuitatibus, ſeu aliis locis, in quib.ipſæ conſiſtunt eccleſiæ, ſunt præſentes facit l.præſens ff.de procur.* ſiue Eccleſiæ atrio, in quo nullæ ædificia poſſunt poni niſi tantum clericorum, *c.nulla 12.quæſt.1.* *Reſidere* dicitur in Eccleſia qui habitat iuxta Eccleſiam, vel in eius cœmiterio: *c.ex geſtis c.quia nonnulli h.t. c.præter hoc §.præcipientes 32.diſt.c.epiſcopus vilem 41.diſt.c.neceſſaria, & conſeq.12.quæſt.1. Franc. in c.vnico §.ſtatuimus num.3.hoc titul.in 6. poſt gloſſ.in verb.adfuerint.* *Intereſſe* dicuntur, qui diuinis officiis in ipſis Eccleſijs adſunt, *d.c.vnico, vbi, qui eiſdem officiis in ipſis Eccleſiis adfuerunt.c.ſuper ſpecula, & ibi poſt gl.& Can.de magiſt.&c.c.1.verſ.porro de off.ord.in 6. Caſſad.dec. vnica hoc titul. Archid.in d.c.vnico h.t.in 6. n.1. extrauag.poſtulaſti §.licet de præb.inter communes Couarr.var.reſolut.lib.3.c.13.n.3.*

Quilibet Clericus tenetur † reſidere in 3
Eccleſia ſua, vel ſuo beneficio, in quo eſt intitulatus, *c.conquerente, & ibi glo.fin. Panor.& DD.hoc tit.cap.ſuper inordinata, & ibi Pan.num. 5.de præben.Zab.in clem.1.num.21.de for. compet.* Sub pœna priuationis, vel ipſo iure, vel per ſententiam, *Late Hoieda de benef.incomp par.1.cap.18.num.4 & pluribus ſeqq.* tam iure veteri, *c.quia nonnulli c.relatum c. conquerente hoc tit.* quam ex decretis Concilii Tridentini, *c.2.ſeſſ.6.quod tollit priuilegia, & indulta perpetua, c.cum dignitates §.præterea ſeſſ. 24.quod tollit ſtatuta & conſuetudines,* etiamſi ex eo vix poſſit vitæ neceſſaria percipere, quia tempore collationis illud poteſt opponi, non poſtea, ex quo enim conſentit in eam, licet paupertate laboret, nō poteſt amplius diſſentire, *c.dilectiſſimi 8.quæſt.2.glo.in c. clericus in verb.neceſſitatem 21. quæſt. 1. c.clericus 91.diſt.gl.in c. quanto in verb.indulgemus de cenſib.Rot.diuerſ.deciſ.230.part.1.& deciſ.60.par.2. Greg.15.deciſ.215.numer.7.& ibi annot.* aut ſibi aſſignatus ſit ſtallus, ſiue ſedes honoraria in Cathedrali Eccleſia, ſine fructuum perceptione, quia ea arguit talem reſidentiam eſſe facultatiuam, & voluntariam, non neceſſariam, *Seraph.deciſ.1452.cap.licet Can.§.is etiam de elect.in 6.& ibi DD.cap.quia nonnulli §. cum igitur & c relatum 1.de cleric.non reſid.*&
Eccleſia contra clericum † petentem fru- 4
ctus ſui beneficii, poteſt excipere, tu non feciſti reſidentiam in beneficio, nomine autẽ Eccleſiæ veniunt Prælatus, & Capitulum:

Butr.

*Butr.in c fin.num 6.& ibi Zab.& Can. de verb.*
*ſignif.c.cum clerici de verb. ſignif.c. relati el.2.§.*
*nomine de teſtam.* nam licet ad priuationem
beneficij non poſſit deueniri ſine admoni-
tione propter non reſidentiam , tamen per
viam exceptionis videtur quod poſſit exclu-
di ſine aliqua admonitione à iuribus Eccle-
ſiæ: *Io.de Anan.in c.conquerente num.4. hoc tit.*
5 Tertius autem † opponere non poteſt, *Pa-*
*norm. in d. c. conquerente num. 4.* niſi quando
cum non reſidentia concurrit defectus, ſiue
priuatio tituli ipſo jure, ſecus ſi titulus elide-
retur ope exceptionis, *Anchar. in c.conqueren-*
*te in 4.not.in fin.Panor.ſub num. 4. & Can. hoc*
*tit.* opponenti non incumbit onus probandi
dictam negatiuam, ſed clerico, qualiter fe-
cit reſidentiam: *Zab.in c. extirpandæ §. qui ve-*
*ro in 3.quæſt.ſub vlt.oppoſ.& ibi Rebuff. in repet.*
*verſ. vndecimo eſt animaduertendum de præb. l.*
*quæcumque §.fin.ff.de pub.in rem act.* quare or-
dinate dicendum eſt de reſidentia Epiſco-
porum, Curatorum, Canonicorum, bene-
6 ficiorum. Epiſcopi † & his ſuperiores ad
perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſi-
dentiam obligantur, *c.1.§.ſi quis ſeſſ.6.c.1.ſeſſ.*
*23.quod d.c.1.ſeſſ.6.innouat. & ampliat.* neque
abeſſe poſſunt, niſi cum Chriſtiana charitas,
vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac eui-
dens Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas poſtu-
lat, cauſaque abſentiæ, ſi non acciderit pro-
pter aliquod munus, & Reipublicæ offici-
um epiſcopatibus adiunctum , à ſummo
Pontifice, aut Metropolitano, aut eo abſen-
te, à ſuffraganeo Epiſcopo antiquiore reſi-
dente, qui idem Metropolitani abſentiam
probare debebit, in ſcriptis approbata: *facit*
*l.vnica C.de ijs quæ à princ. vacat.accept.lib.20.*
Interea meminerint diſceſſuri ita cuibus
ſuis prouidendum, vt quantum fieri poterit,
ex ipſorum abſentia nullum damnum acci-
piant. Quoniam autem qui aliquantiſper
tantum abſunt, ex veterum canonum ſen-
tentia non videntur abeſſe, *Zab in Clem.1.ſub*
*num.21.de form.Comp.* quia ſtatim reuerſuri
ſunt, ſtatuit Concilium Tridentinum, quod
illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue
continuum , ſiue interruptum extra præfa-
tas cuſas nullo modo duos, aut ad ſummum
tres menſes excedat, & illos hortatur, ne per
illius temporis ſpatium Dominici Aduen-
tus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurre-
ctionis Domini, Pentecoſtes, item & cor-
poris Chriſti diebus, ab Eccleſia ſua Cathe-
drali vllo pacto abſint, niſi epiſcopalia mu-
nia in ſua diœceſi eos alio vocent : quod ſi
contra diſpoſitionem decreti Concilij Tri-
dentini abſuerint, præter alias pœnas, ac
mortalis peccati reatum, quem incurrunt,
pro rata temporis abſentiæ fructus non fa-
ciunt ſuos, nec tuta conſcientia , etiam alia
declaratione non ſequuta, illos ſibi detinere
poſſunt, ſed tenentur , aut eis ceſſantibus
compelluntur à ſuperiore fabricæ eccleſia-
rum, aut pauperibus loci erogare, prohibita
quacumque conuentione, vel compoſitio-
ne, quæ pro fructibus male perceptis appel-
latur, *d.c.1.ſeſſ.23.concordat, cap.ſi quis in clero 7.*
*quæſt.1.* Curatis † & alijs quibuſcumque, qui 7
beneficium aliquod eccleſiaſticum curam
animarum habent, obtinent, quia tenentur
in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam
exercere, *d.c.inferiora ſeſſ.23.* non licet abeſſe
à ſuis Eccleſijs, *Late Gonz.ſuper reg.Cancell.de*
*menſib. & altern.gloſſ.6.num.249. & plurib.*
*ſeqq.* Citra peccati mortalis reatum, præter-
quam ex cauſa prius per Epiſcopum cogni-
ta, probata, ac obtenta in ſcriptis licentia,
quæ gratis concedi debet, & vltra bimeſtre
tempus, *gloſſ in c.præſentium in verb.poſt duorum*
*7.quæſt.1.* (Imo, ſecundum aliquos, iure De-
cretorum vltra tres hebdomadas, *d.c.ſi quis*
*in clero 7.quæſt.1.*) niſi ex cauſa, extendi non



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debet, atque relicto Vicario idoneo ab ipſo
Ordinario approbando cum debita merce-
dis, aut congruæ portionis fructuum, *c. epiſ-
copus in fin. ſeſſ. 6.* aſſignatione, alioquin eaſ-
dem ſubeunt pœnas, quas epiſcopi ſine cau-
ſa abſentes: *d. c. 1. §. eadem omnino ſeſſ. 23. cap. 1.
in fin. ſeſſ 6. Garz. de benef. par. 3. cap 2. numer. 19.
vbi ponit 12. quaſt.* Præcipitque Concilium
Tridentinum dicta decreta publicari in
Concilijs prouincialibus, & epiſcopalibus,
vt in poſterum nulla temporum iniuria, aut
hominum obliuione, aut deſuetudine abo-
leantur, *d. cap 1. in fine ſeſſ. 23.* Obtinentes in
Cathedralibus † maiorem poſt Pontifica-
8 lem, aut Collegiatis principalem, aut alias
dignitates, canonicatus, præbendas, aut
portiones, Capellanias, aut beneficia, etiam
quæ nullos fructus habent in abſentia, præ-
ter diſtributiones quotidianas, quæ inter
præſentes tantum diſtribuuntur. *Gonz ſuper
reg. de menſ. & alter gloſſ. 5. numero* 08. *Garz. de
benef. par. 3 cap. 2. §. 1, numero* 187. *& ſeqq.* non
poſſunt vigore cuiuslibet ſtatuti, aut con-
ſuetudinis etiam immemorabilis, *Garz. de
benef. par. 3. cap. 2. §. 1. numero* 189. *& num.* 193.
*& ſeqq. Couarr. var. reſol. lib. 3 cap. 13. numero* 5.
*&* 9. vltra tres menſes quolibet anno abeſſe,
ſaluis nihilominus earum Eccleſiarum con-
ſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus
requirunt, alioquin primo anno priuatur v-
nuſquiſque dimidia parte fructuum, quos
ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fe-
cit ſuos, quod ſi iterum eadem vſus fuerit
negligentia, priuatur omnibus fructibus,
quos eodem anno lucratus fuerit, creſcente
vero contumacia, contra eos iuxta ſacrorum
Canonum, de quibus infra dicetur, conſti-
tutiones proceditur: *c. cum dignitates §. præter-
ea ſeſſ. 24. c. ad audientiam hoc titul. Garz. de be-
nef. par. 3. cap. 2. §. 1. & §. 2. per 26. quaſt.* Ab-
ſentes per tempus à Concilio permiſſum
non percipiunt diſtributiones quotidianas,
etiamſi conſuetudo eſſet in contrarium, *Pa-
riſ. de reſig. benef. lib. 1. quaſt. 10. numer.* 65. nec
tenentur dimittere Vicarium, quia in Col-
legiatis attenditur præiudicium Eccleſiæ ex
defectu miniſtrorum abſentium, non legiti-
mitas cauſæ, *c. cum ad hoc & Panor. in c. fin. nu-
mer. 2. in fin. hoc tit.* & multo minus dimittit
Vicarium, ſi abſit cauſa ſtudiorum, *Panor. in
c. licet num. 9. de præb.* Omnes tamen, tempo-
re Concilij Tridentini ipſis permiſſo, ſimul
abeſſe non poſſunt, ne Eccleſia ſuo ſeruitio
debito deſtituatur, quæ autem pars ſimul
abeſſe poſſit relinquitur arbitrio epiſcopi
& capituli, *l. in ambiguis §. quoties ff. de reg. iur. l.
neque & ibi gloſſ fin. & DD. ff. de legib. & c.* Bene-
ficia ſimplicia, † quæ dantur in titulum iure 9
communi requirunt reſidentiam, & clerici
ea obtinentes non poſſunt abeſſe, niſi cum
epiſcopi, vel Prælati ſui, *c. relatum, & ibi Pa-
norm. numer. 4. hoc titulo, gloſſ. in c. cum ex eo, in
verb. Epiſcopi de elect. numer. 6.* vel per recurſum
in caſu iniuſtæ denegationis ſuperioris ſui
Prælati, *Panor. in d. c. relatum numer. 2. in 5. not.
c. per. hoc titul. c. ſuper ſpecula de magiſtr.* Licen-
tia, quæ ex vi ſermonis præcedere debet ab-
ſentiam, *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. c. cum ol m c. cum
venerabilis de conſuetud. Bald. in l. 1. numer.* 61. *in
fin. C. qui admitti & c. Imol. in c. cum conſuetudi-
nis in fin. de conſuet. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. iuſ-
ſum numer. 37. & ſeq. ff. de acq. & am. hæred. Pan.
in c. licet numer. 11. de regul. & tranſ. ad relig.* alias
dicitur temeritate propria receſſus, *c. qualiter
hoc titul* obtenta & conceſſa ex cauſa iuſta,
& rationabili, quia debet eſſe expreſſa, &
non ſufficit tacitus conſenſus: *gloſſ. in Clem. 1.
in verb. obtenta, & ibi Can. de teſtam. Ioan. Andr.
in c. ſi Abbatem in princ. de elect. in 6. Rom. in l. 2.
§. 1. num. 11. ff. ſol. matr. Gonz ſuper reg. de menſ.
& c. gloſſ. 47. numer. 50. & 51.* aut ratihabitio,
*Bald. in l. fin. numer. 3. C. ad Maced. Bartol. in l ſi*

autem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*autem ff. de acqu. pluu. arcen.* & quod deſeruiat per Vicarium ab ipſis, & non ab Epiſcopo eligendum, *c. inter quatuor c. relatum, & ibi Panor. Idem in c. cum ad hoc numer. 4 & 5 & in c. cap. clericos numer. 1. 2. & 3. hoc tit. c. epiſcopis ſeſſ.*
10 6. Secus ſi dentur in ſtipendium, aut de † conſuetudine, quæ generalis eſt antiquiſſima, *Pan. de res. ben. lib. 1. quæſt. 10. nu. 67. Garz. de benef. par. 3. c. 2. numer. 3. & ſeqq. plures cum ulans. Alph. Hoied. d. benef. incomp. par. 1. cap. 17. numer. 26. & ſeqq. gloſſ. fin. in c. cum omnes, & ibi Can. de Conſt.* vel alias non requirunt reſidentiam, quia talia obtinentes, ex quo non tenentur reſidere, poſſunt ſe abſentare ſine licentia, *Pan. in d. c. clericos numer. 3. & ibi Anchar. numer. 3. & Collect. in princ. & Can.* & non tenentur relinquere Vicarium, quia de eo iura nullam faciunt mentionem, *Panor. in c. tuæ in fin. hoc tit.* Sed non poſſunt vagari, imo ſolum vagationis delictum eſt ſufficiens ad iſtorum priuationem, *c. non oportet, c. peruenit 7. quæſt. 1. Panor. in c. ex tuæ num. 14. hoc tit.* niſi Eccleſia velit eos repetere, *gloſſ in d. c. non o-*
11 *portet*, Nulli laicorum, † Paſchæ, Natalis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes, Natalis Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Quadrageſimæ ſolemnitatem in villa, aut Oratorio licet celebrare, ſed in parochia, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe, *c. nullo de conſecr. diſt. 3. c. ſi quis etiam de conſecr. diſt. 1.*
12 Papa diſpenſans † ad plura incompatibilia non cenſetur etiam diſpenſare ſuper reſidentia beneficij vtriuſque, *c. non poteſt, & ibi gloſſ. in verb. retinere eod. in 6. Franc. ibid. in § illud num. 5 Card in clem. 1. in princ. in 9. quæſt. de præb. Franc. in c. ordinarij num. 3. de off. ord. in 6. licet aliter ſentiat in c. ſi quis in clero, gloſſ. in verb. ſolemnibus 7. quæſt. 1. c. quia in tantum, & ibi glo. in verb. plures, de præben.* ſed tenetur diſpenſatus in vno beneficiorum perſonaliter reſidere, & in altero per ſubſtitutum deſeruire, *Alph. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 17. ſub nu. 29. & par. 2. cap. 12. num. 7. & ſeqq. Iaſ. in l. fin. num. 45. ff de conſtit. princip.* imo diſpenſatus ſuper reſidentia tenetur per ſubſtitutum, ſeu Vicarium deſeruire, *Lapus alleg 35. num. 4. & ibi add. mand. in reg. Canc. 20. de idiomate quæſt. 7. num. 4. & ſeqq.* teneturque diſpenſatus in parochiali Eccleſia, ſi quam habet, ex Conſtitutione Pij V. data Idibus Iulij 1568. Pontificatus anno tertio, alias in digniori reſidere, in altero deſeruire per Vicarium, *c. extirpandæ § qui vero, & ibi Can. de præb.* Præpoſituræ collegiatarum eccleſiarum digniores cenſentur canonicatu Cathedralis Eccleſiæ, *d. c. ſtatutum § ſancimus, & ibi gloſſ. & DD. de reſcript. in 6. c. fin. de off. deleg. in 6. & ibi gl. in verb. obtinentes*, aut ſi beneficia ſint æqualia, & loca ſunt ita vicina, quod poſſit vtrique commode deſeruire poteſt viciſſim reſidere in ambobus beneficijs, ſed vbi loca eſſent remota, ita quod vtrique non poſſet commode deſeruire, tunc poterit in quo vult reſidere, & in altero deſeruire per Vicarium, *glo. in c. non poteſt in verb. retinere, & ibi Franc. numer. 5. Gemin. numer. 11. Ioan. Andr. in c. fin. ſuper verb. diſpenſatione de reſcrip. in 6.* In curatis epiſcopi deputant idoneos Vicarios, eiſque congruam portionem fructuum aſſignant, appellationibus priuilegijs, exemptionibus quibuſcumque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus, *c. 2. in fin. ſeſſ. 6. cap. 5. & 7. ſeſſ. 7. c. cum ex eo, de elect. in 6.*
Item diſpenſatus ſuper † pluralitate pluri- 13
um incompatibilium non debet percipere fructus in abſentia, etiamſi in altero ipſorum reſideat, niſi id ex priuilegio ſit ſibi conceſſum, vel ibidem deſeruiat per alium, aut in diſpenſatione fuerit expreſſum, *Fr. in c. fin. in 3. not. & numer. 8. de reſcript. in 6. & ibi Can. c. 2. ſeſſ. 6. vbi pro diuerſis ponuntur indultum*

*non reſidendi, & indultum percipiendi fructus, Rebuff. in prax. par. 2. tit. diſpenſat. de non reſid. num. 60. & ſeqq.* Præterea ſi Papa diſpenſat, quod quis poſſit tertium beneficium obtinere, cum duobus quæ poſſidet, non videtur diſpenſare ſuper illis duobus, ſi ea tenet ſine iuſto titulo, *Bald. in c. dudum el. 2. num. 1. de elect. & ibi Collect. numer. 14. & Can.* Priuilegiatus,
14 ſiue diſpenſatus † de non reſidendo, nequaquam recipiet fructus beneficij, niſi concedatur expreſſe hoc in priuilegio, ſeu diſpenſatione, vel niſi fauore ſtudij Theologiæ, *c. fin. de magiſt. & ibi Can.* aut minoris ætatis ſic eſſet diſpenſatus, quia diſpenſatio abſentiæ non reſpicit directe perceptionem fructuum, niſi in dictis duobus caſibus, *oar. Andr. in c. cum ex eo verb. iuſta de cauſa de elect. in 6. post Arch. & ibi Can. Rebuſ. in pract. part. 2. t. diſpenſatio de non reſid. n. 60 & ſeq.* Sola licentia epiſcopi exiſtendi in ſtudio, non ſufficit, niſi eſſet ſtudium priuilegiatum, aut ſtatutum, vel conſuetudo Eccleſiæ exiſteret, aut in diſpenſatione exprimeretur, quod exiſtens in ſtudio poſſet percipere præbendam *c. tuæ, & ibi per illum tex. Ioan. Andr. ſub numer. 1. hoc tit. c. cum de diuerſis, & ibi gloſſ. fin. de priuil. in 6. & Can. Franc. in c. fin. in 2. notab. de reſcript. in 6.* & ſi opponatur quid operabitur talis diſpenſatio de non reſidendo, reſpondeo quod operatur, quia non poterit priuari beneficio propter non reſidentiam, quod alias fieri potuiſſet, *Gemin. in c. de quibuſdam ſub n. 2. verſ. Ioan. Andr. 37. diſt. Felin. in c. fin. ſub n. 3. verſ. 6. Limita de magiſt. &c.* Concedunt † huiuſmo-
15 di indultum Papa, *c. tuæ, & ibi gloſſ. 1. hoc titul. Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpenſatio de non reſidendo n. 53. & 75. & ſeq.* Epiſcopus, *c. relatum hoc tit. gloſſ. 1. in c. 1. gloſſ. 1. in c. tua hoc tit.* quilibet Prælatus, *Pan. in d. c. relatum n. 4. hoc tit. & ibi Can.* Capitulum, *c. cum dilectus, c. ad audientiam hoc tit. extrauag. cum nonnullæ §. præterea de præb. inter communes, Garz. de beneſ. par. 3. cap. 2. §. 2. num. 402. & num. 417.* ex cauſis in canonibus expreſſis, vel his ſimilibus, quia non poſſunt gratiam facere contra Canonem Concilij Lateranenſis, qualis eſt Canon de reſidendo, *c. 3. & 4. hoc tit. c. 12. ſeſſ. 24. in Trident.* Priuilegia, ſiue indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis non dantur à ſummo Pontifice, & data non ſuffragantur, *cap. 2. §. nulli que ſeſſ. 6.* Perpetua cenſentur, quorum terminus eſt incertus, *Franc. in c. fin. num. 5. & ibi Can. de reſcript. in 6. poſt gloſſ. in verb. perpetuas,* & ſublata videtur diſtinctio, quam facit *c. fin. de reſcript. in 6. & c. cum non doceat. & ibi poſt gloſſ. in verb. reſidentes Monach. de elect. in 6.* an huiuſmodi indulta ſint conceſſa perſonis, an verò eccleſijs, & dignitatibus: indulgentiæ verò, & diſpenſationis temporales huiuſmodi ex veris, & legitimis cauſis conceſſæ, coram ordinario legitime ſunt probandæ, *d. c. 2. §. nulli que ſeſſ. 6.* & ex Conſtitutione Pij V. publicata 24. Nouembris 1564 indulta & diſpenſationes ſedis Apoſtolicæ de non reſidendo, & percipiendo fructus in abſentia etiam ratione ſtudij, & deſuper confectæ, & conficiendæ litteræ, proceſſusque habiti, & habendi per eaſdem dictis abſentibus nullatenus ſuffragantur, niſi ſingulorum ordinariorum locorum, in quibus ſingula huiuſmodi beneficia conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, quæ conſtitutio iuri communi eſt conformis, *c. tuæ, & ibi Zab. in 2. quæſt. Imol. num. 3 hoc tit. c. inter quatuor, & c. pen. hoc tit.* & ibi ſublata videtur differentia inter indulgentiam ſuper non reſidentia, quam iure Decretalium ſummi Pontifices concedebant ſine cauſa, & licentiam ſe abſentandi, quæ ab inferioribus ex cauſa concedebatur, *Pan. in c. cum ad hoc num. 4 per illum tex. hoc titul.* In eis ſubintelligitur clauſula, quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod interim beneficium debitis non de-
fraudetur obſequijs, *cap. cum ex eo de elect. in 6. c. pen. & Panor. in c. tuæ nu. 6. hoc tit.* & propter
ſeruitij negligentiam in loco beneficij, po-
teſt beneficio iuſte priuari præmiſſa moni-
tione: *c. relatum & ibi not. hoc tit. poſt gloſſ. in verb. amoueri,* Indultum de fructibus † in ab-
16 ſentia percipiendis debet facere mentio-
nem de indulto præcedenti pendente, ſeu
finito, *Ioann. And. in addit ad ſpecul. ſuper rubr. de cler. non reſid. verſ. item quæro de 2. quinquennio impetrato &c. & verſ. quia ſupra dixi hæc verba procedere &c. Felin. in c. veniens ſub numero 2. de præſcript. & ibi Canon.* ac de limitatione, &
moderatione primi indulti, *arg. c. 2. § ſtatuimus, de decim. in 6. & not. per gloſſ. in c. non poteſt in verb. modicum, & ibi Franc. & Gemin. de præb. in 6.* ac de ſtatutis & conſuetudinibus eccle-
ſiæ: *Franc. in c. cum ex eo ſub num. 4. verſ. in gloſſ. ibi caueant de elect. in 6. & ibi Can. per c. 1. de conſtit. in 6. gloſſ. fin. in c. cum non deceat, de elect. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ. 8. de reſcript. in antiq.* nam
huiuſmodi indulta ſunt magis ambitioſa,
quam reſcripta gratiæ, quia per ea minuitur
cultus diuinus, & omittitur officium, prop-
ter quod datur beneficium, *c. fin. de reſcript. in 6.* afficit Capitulum in fructibus diſtributis
à die intimationis indulti, *Put. deciſ 169. lib. 1. l. 2. in verb. eoque ad notionem eius perducendum C. vbi in rem actio &c. & ibi Bald. l. labeo, & ibi Bart. ff de iuretur. &c. l. generaliter §. his de præſentibus C. de reb. cred.* in fructibus non diſtributis
à die datæ indulti, *Put. dec. 407. libr. 1. § ſed ex conſtitutione. Inſt. quib mod. ius patr. pot ſolu. l. fin. in princ. & § fin. C. de ſent paſſ. &c. Iaſ. in l. fin. numer. 46. & 51. vbi circa finem cogitandum relinquit. ff. de conſtit. princip.* quia bonæ fidei
poſſeſſor tenetur de fructibus penes eum
extantibus, & non conſumptis, *l. certum C. de rei vendic. §. ſi quis à non Domino, & ibi poſt gloſſ. DD. Inſtit. de rerum diuiſ.* Abſentes vigore hu-
iuſmodi indulti percipiunt fructus menſæ,
non autem diſtributiones † quotidianas, 17
neque tertiam partem præbendæ, quæ ex
decreto Concilij Tridentini conuerſa fuit
in diſtributiones quotidianas, *cap. cum beneficia ſeſſ. 22. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. §. 1. num. 185. verſ ſecundo,* etiamſi deſeruiant per Vi-
carium, *Calderin. conſ. vnico hoc titul. cap. de cætero, cap. ad audientiam hoc tit. cap. vnico hoc titul. in 6.*

Idem iuris eſt in priuilegiatis de iure com-
muni, aut ſtatuto circa abſentias, *c. licet de præb. c. fin. de magiſt gl. fin. in c. 2. de priuil. in 6.* quia requiritur perſonalis intereſſentia in
diuinis ad hoc vt quis percipiat diſtributio-
nes quotidianas, vnde faciendo id per alium
non ſatisfacit iuri communi: *c. 3. & ibi gl. pen. hoc tit. c. extirpanda §. fin. de præben. facit lex vnica §. ne autem C. de cad. toll.* Etenim diſtributio-
nes quotidianæ dandæ † ſunt illis, qui ſtatu- 18
tis horis diuinis in eccleſia interfuerunt, *c. dilectus, & ibi gloſſ fin. de præb. late Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13.* reliqui, quauis conſuetudine,
*Couar. Var. reſol. lib. 3 cap. 13. num. 2. 4. & 5.* col-
luſione, aut remiſſione excluſa, his carent, &
qui aliter † eas receperunt, non faciunt eas 19
ſuas, imo tenentur ad earum reſtitutionem,
*c. vnico, hoc tit. in 6. cap. cum dignitates §. diſtributiones ſeſſ. 24.* quia inſtitutione facta, fabricæ
eccleſiæ, quatenus indiget, aut alteri pio lo-
co, arbitrio epiſcopi, applicantur, *c. Epiſcopi in fin. princ. ſeſſ. 22.* Illæ vero diſtributiones quæ
† abſentibus ſubtractæ eis non fuerunt per- 20
ſolutæ, accreſcunt intereſſentibus diuinis,
*gloſſ. in Clem. 2. in verbo dimidia pars, de æt. & qual.* quando ſimpliciter pro indiuiſo aſſig-
nantur intereſſentibus, ſecus quando aſſig-
natur certa quantitas per capita intereſſen-
tium, quia hoc caſu nulla eſt inter eos com-
munio, ſed portiones abſentium ponentur
ad vtilitatem eccleſiæ pro recompenſatione



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubtracti officij, *Zab.in d.Clem.2.§.illi vero num.21.& Im.ſuper gloſſ.in verbo dimidia. Pan. num.19. Prob.ad Monach.in cap.vnico num.61. de Cler.non reſid. Couar.Var.reſ lib.3.cap.13. numer.7.gloſſ in Clem.2. in verbo ſuſpenſus, & ibi Zab.& Can.de vit.& honeſt. Cleric.* exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſat, vt infra dicetur. Idem obſeruatur de diſtributionibus pro defunctorum anniuerſarijs largiendis, *d.c.vnico in fine hoc titul.in 6.c.nullus presbyterorum diſt 44. repetitus de Conſecr.diſtinct.5.& ibi Can.* & ijs quæ dantur intereſſentibus officio funeris, *Lap.alleg.42.Milis in repet. Verſ.diſtributionum quo-*
21 *tidianarum appellatione.* Cenſentur † diſtributiones quotidianæ, ſi in ſolutione habetur reſpectus ad ſingulas horas, ſiue aliquid dietim ſoluatur, ſiue poſt longum tempus, *Achil.deciſ.12.de præb.Caſ.dec. vnica num.8. hoc tit.cap vnico §. ſtatuimus hoc tit. in 6.ponderans verb.tribuantur, late Pariſ.Conſ.23.vol.4* quando diſtributiones aſſignantur particulariter propter intereſſe illi actui, vt quia intereſſenti Veſperis tantum, quando vero diſtributiones aſſignantur ſimul pro toto die, non ſufficit intereſſe parti horarum ſed oportet quod omnibus interſit, *Clem.1.in fin. & ibi gloſſ.pen.de reliq. & vener.ſanct. Lapus d.alleg 42.* æquari debent diſtributiones in his tribus, Matutino, Miſſa, & Veſperis, etſi in illis dantur decem, in alijs debent dari quatuor, *d.Clem.1.in fin.& ibi gloſſ in verbo totidem, & Can.de reliq.& Vener.ſanct.gloſſ in Clem.vt ij qui, in verb.certis horis: de æt.qual. & ord.præf.* Ad eſſentiam diſtributionum non requiritur quotidiana tributio, ſed quod dentur intereſſentibus diuinis, dato quod illis interſunt, & quod alias priuarentur eis in totum, *Clem.1.verſ.ipſisq; diſtributio num.iuncta gloſſ.in verbo interſunt, de æt.qual.&c. Lap.alleg.42. Extrau.poſtulaſti, §.licet autem quotidianæ de præb. inter communes c.licet de præbend.* & quotidianæ dicuntur aptitudine, etiamſi cum intermiſſione temporis, menſium, vel dierum diſtribuantur, *arg.l.1.§.quotidiana.& ibi gloſſ.in verbo tempore ff.de aq.quod & æſt.* ſic actio legis Aquiliæ aptitudine dicitur pœnalis, licet non ſemper ſit ibi pœna, *§.his autem verb.Inſt. de leg. Aquil.* tum quia frequentius quotidie diuiduntur, *arg.c ſignificatum de præb. Fel.in præm.decret. Rex pacificus num.2.& ibi Panorm. n.1.& 3.& Canoniſt* Ideo non cenſentur diſtributiones illa, quæ ſoluuntur præſentibus in ciuitate, vel caſtro, vbi ſita eſt Eccleſia, *Extrauag poſtulaſti, §.licet de præb inter communes.* quantitas bladi, aut pecuniæ ſumma, quæ ſingulis menſibus, aut hebdomadis, miniſtratur, *Extrauag.nonnullæ §.præterea, de præb. in communibus.* aut fructus quos canonici reſidendo, aut intereſſendo pro parte anni lucrantur in toto, *c.propoſuiſti, & ibi gloſſ.in verbo quod in templo 82.diſt.& ibi Can.Caſ.deciſ.5.nu. 7.& 8.& ſeqq.de præb. Præpoſ.in c.tenere num.7. & ibi Gemin.numer.5.& Can 31.diſt. Late Pariſ. Conſ.32.vol.4.* emolumenta quæ quilibet lucratur intereſſendo diuinis vna hora diei per ipſum eligenda ad libitum ſuum per nouem menſes, & poſtea dantur tres menſes recreationis, quibus habentur pro intereſſentibus: *Puteus in vtramque partem deciſ.365. li.2.Extrauag.cum nonnullæ 1.§.præterea de præb. in Communib.gloſſ.pen.in c.vnico verſ.ſed quid dices de eccleſijs, quæ non habent, &c. de cler.non reſid.in 6.& ibi Can.Caputaq.deciſ.29 part.2.* In Eccleſijs cathedralibus, aut collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, vt cultui diuino debitum omnibus in
rebus obſequium præſtetur, tertia pars † 22
fructuum, & quarumcumque obuentionum, tam dignitatum, quam canonicatuũ, portio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

portionum,& officiorum ſeparari debet; &
in diſtributiones quotidianas conuerti,
quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros
diuinis intereſſentes proportionabiliter di-
uidatur, ſaluis tamen conſuetudinibus ea-
rum eccleſiarum, in quibus non reſidentes,
ſeu non ſeruientes nihil aut minus tertia par,
te percipiunt: *c. cum beneficia ſeſſ. 21. cap. Epiſco-*
23 *pi ſeſſ. 22.* non debentur † duplices diſtribu-
tiones vni duo beneficia habenti in eadem
Eccleſia, licet ſi in illa beneficiati eſſent duo,
deberentur cuilibet eorum ſimplices diſtri-
butiones: *c. felicis §. adijcientes de cenſib. in 6.*
*Butr. in c. cum olim de re iud. n. 10. cir. fi.* tollitur
24 † indultum de fructibus in abſentia perci-
piendis per negligentiam, ſi habens indul-
tum eo non vtatur, *Oldrad. Conſ. 56. Put. deciſ.*
196. *lib. 1.* vel ſaltem non eſſet agendum Con-
tra Capitulum, ſed contra particulares, in
quos fructus ſunt diſtributi; *Put. d. deciſ. 196.*
*lib. 1. l. fin. in fin. cum legib. ſeqq. ff. de condict. indeb.*
*l. ſcimus §. etſi præfatam C. de iur. delib.*
25 Abſens † certis caſibus habetur pro
præſente, & reſidente. Primo, quando eſt
in ſeruitio Papæ, quia familiares Papæ ſe ex-
hibent obſequiales vniuerſis, *c. cum dilectus*
*hoc tit. l. iuris peritos ff. de excuſ. tut.* ſecus ſi in
Romana Curia ſit ſcriptor Bullarum, aut
procurator, quia tales lucri ſui cauſa abſunt.
*l. ſcriniarios, & ibi Iaſ. C. de teſt. mil. l. inter eos cum*
*l. ſeq. l. rei publicæ, & l. non vere ff. ex quib. cauſ.*
*maior. &c. Rebuff in pract. par. 2. tit. diſpenſatio*
*de non reſidendo numer. 53 gloſſ. pen. in c. 2. de pri-*
*uil. in 6. & ibi Monach. & Can.* Secundo, ſi
duo canonici cathedralis eccleſiæ ſint in ſer-
uitio ſui epiſcopi, *c. ad audientiam, c. de cætero*
*hoc titul.* etiamſi obtineant canonicatum
doctoralem, & magiſtralem: *Put. deciſ. 293.*
*lib. 3. c. ad audientiam in fin. de cler. non reſi.* idem
obtinet in omnibus prælatis reſpectu ſub-
ditorum, *Panormit. in d. c. de cætero numer. 3.*
*Nauar. Conſ. 2. hoc titul.* quia præſentes cen-
ſentur, qui cum epiſcopo pro ſuo, & ipſius
eccleſiæ ſeruitio commorantur: *d. c. ad au-*
*dientiam in fin.* aliud eſt in inferioribus cle-
ricis abſentibus pro ſeruitio epiſcopi, niſi
communis neceſſitas, vel vtilitas vrgeret,
*Panorm. in d. c. de cætero, & d. c. ad audientiam*
*numer. 8. hoc titul. Put. deciſ. 293. lib. 3. Rota di-*
*uerſarum deciſ. 222. part. 2.* ac canonicis Ca-
thedralium Eccleſiarum, & alijs clericis
exiſtentibus in ſeruitio legati in Prouincia,
aut Archiepiſcopi *Panormit. in d. c. ad audien-*
*tiam, & in d. c. cum dilectus numer. 6. & 3. Put. d.*
*deciſ. 293. lib. 3. Rebuff. in pract. par. 2. tit. diſpen-*
*ſatio de non reſid. num. 4* Tertio, quando eſt
abſens cauſa ſtudiorum Theologiæ, & iuris
canonici, *cap ſuper ſpecula, & ibi Panormit. ſub*
*num. 6. de Magiſt. Panorm. in c. tua ſub numer. 5.*
*hoc titul. Panorm. in c. licet num. 5. de præb. & dig.*
*cap. fin. de magiſtr.* in vniuerſitate publica, *c.*
*tua c. relatum hoc tit. c. licet de præb. gloſſ. fin. in c. 2.*
*de priuileg. in 6,* ad quinquennium, *c. ſuper ſpec.*
*de magiſtr.* quod per epiſcopum non poteſt
prorogari, *Lap. ad pract. crim. Can. Dias c. 52.*
*verſ. primus, Steph. Quaranta in ſumma Bullarij*
*in add. Verſ. & quoniam hac conceſſio.* aliorum
ſtudiorum cauſa abſens non percipit fructus
beneficij, niſi concurrente vno ex tribus, vel
quod ad huiuſmodi abſentiam ſit diſpen-
ſatus, vel quod conſuetudo id velit, vel quod
ſtatuto eccleſiæ id cautum ſit. *Mandoſ. de ſign.*
*grat. tit. indultum percip. fruct. in abſ. col. 2. verſ.*
*contrarium concluſerunt per gloſſ. fin. in c. 2. de pri-*
*uileg.* Quarto, ij qui *iuxta c. cupientes de elect. in*
6. ad ſedem apoſtolicam venerint, eam cir-
ca imminentium electionum ad eccleſias
Cathedrales vel regulares virorum nego-
tia inſtructuri, ad ſedem propterea venien-
do eamdem, ibidem hac de cauſa morando,
& ad ipſas eccleſias redeundo cenſentur in
eiſdem eccleſijs reſidere, *c. cum non doceat*
*de elect.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de elect. in 6. & ibi gloſſ. & Can.* non autem electi, qui ire tenentur in caſibus dicti cap. cupientes, aut etiam opponentes, qui ſimiliter aſtringuntur, quia veniunt ad ſedem ratione proprij commodi, licet ſecundarip proſequantur vtilitatem eccleſiæ, *Anchar. in d. c. cum non doceat poſt gloſſ. in 1. quæſt. & ibi Can. communiter.* Quinto, obtinentes ex quacunque diſpenſatione apoſtolica parochialem eccleſiam, ac canonicatum, aut dignitatem etiam poſt pontificalem maiorem, ſeu principalem, in quibuſcumque Cathedralibus, ſeu collegiatis eccleſijs, ſeu aliud quodcumque beneficium eccleſiaſticum tenentur, & compelluntur ad reſidendum, & deſeruiendum in parochiali eccleſia, & habentur pro præſentibus, & reſidentibus in alijs beneficijs ex diſpenſatione, prædicta obtentis, *Pius V. Conſtit. ſua data Romæ Idib. Iulij* 1568. *Pontif. an.* 3. qui omnes percipiunt corpus præbendæ, non diſtributiones, aut victualia, illa enim non dantur præſentibus, aut reſidentibus, quia non interſunt diuinis *gloſ. in d. c. cum dilectus in verbo fructus, gloſſ pen. in d. c. ad audientiam, gloſſ fin. in d. c. 2. de priuil. in 6. cap. vnico hoc titul. in 6.* quod ſi in diſtributionibus quotidianis omnes eccleſiæ reditus conſiſtant tunc perc pient etiam diſtributiones dempta tertia parte, quæ inſeruientibus accreſcit, *c. licet & ibi gloſſ. fin. & marg. Innoc. de præbend. arg. c. cum beneficia ſeſſ.* 21. & gaudent omni prorogatiua præſentium, non ſolum in his, quæ competunt præſentibus de iure communi, ſed etiam in competentibus de iure ſpeciali, puta, ſtatuto, vel conſuetudine, is vero cui conceſſum eſt indultum, vt poſſis percipere fructus in abſentia, non habetur pro præſente quoad alios effectus. *Panormit. in c. ex parte in fin. hoc tit. idem in c. cum dilectus in 3. not. eod. vide Butr. in c. fin. n. 10. & ſeqq. & ibi Archid. num. 1. de conſuet. in 6. qui videntur paulo aliter ſentire.*

Præterea certis caſibus † abſens habe- 26
tur nedum pro præſente, & reſidente, ſed etiam intereſſente. Primo, ſi eſt abſens ex euidendi vtilitate eccleſiæ (quod licet, etiamſi iurauerit reſidere) *cap. ex parte hoc tit.* non in genere, ſed in ſpecie. Non ſufficit vtilitas totius epiſcopatus in genere, ſed requiritur vtilitas eccleſiæ in ſpecie: *Ioan. And. in c. vnico ſub num. 3. in verbo euidens, & Prob. ad Monach. ſub num. 24. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 222. num. 5. & ſeq. part. 2 diuerſ.* alterius vero eccleſiæ vtilitas non iuuat, *Anchar. in d. c. vnico nu 4. hoc tit. in 6.* percipit diſtributiones, & victualia, *c. vnico §. qui vero, & ibi Franc. num. 3 hoc tit. in 6.* Secundo, quando non poteſt intereſſe et cauſa infirmitatis, ſeu iuſtæ, & rationabilis corporis neceſſitatis, id eſt, iuſti impedimenti, puta, quia medicinam ſumpſit, aut expulſus fuit ex ciuitate propter partialitates, *Calder. Conſ. 17. de præb.* & ante infirmitatem, ſeu corporalem neceſſitatem ſolitus erat deſeruire, alias ſecus; *d. c. vnico §. qui vero, & ibi Gemin. num. 5. & ſeqq. Ioan. And. ſuper verb. infirmitas, & Can. hoc tit. in 6. Panorm. in c. ad audientiam num. 5. & ibi Boick. in fin. & Can. hoc tit.* & intellige præfatos tres caſus ſtante conſuetudine eccleſiæ, quod abſentes infirmi, & impediti habeant diſtributiones, & victualia, quæ in dictis tribus caſibus toleratur, alias autem ceſſante dicta conſuetudine, nihil de diſtributionibus percipiunt, *Archid. in c. vnico in gl. ſuper verbo vtilitas hoc tit. in 6. Franc. ſub n. 4. verſ. & intellige prædicta Anch. ſub n. 4. verſ. oppon. & Can. communiter per c. cum non doceat de elect. in 6. c. licet de præb. c. alma §. adijcimus de ſent. excom. in 6.* Concordat Con-
cilium † Tridentinum in c. cum digni- 27
tates §. diſtributiones ſeſſ. 24. quod inno. cap. fin. hoc tit. in 6. cum clauſula non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus. Tertio, ex decreto Concilij Tridentini,

tini, ſi alicui ex dignitatib in eccleſijs Cathedralibus, vel collegiatis iuriſdictio, adminiſtratio, vel officium non competat, ſed extra ciuitatem in diœceſi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in Eccleſia curata reſederit, ac miniſtrauerit tanquam præſens ſit, & diuinis interſit, habetur in eccleſijs cathedralibus, & collegiatis, *c. epiſcopi § quod ſi ſeſſ.* 22. Quarto Pœnitentiarius cathedralis eccleſiæ, dum confeſſiones in eccleſia audit, interim præſens in choro cenſetur, *c. Apoſtolus in fin ſeſſ.* 24. ac etiam in proceſſionibus, & exequijs defunctorum, *Garz. de benef part.* 5. *c.* 4. §. 1. *nu.* 125. Quinto Archidiaconus viſitando Archidiaconatum, percipit diſtributiones, cum viſitando ſeruiat eccleſiæ, *Ioan. Andr. in c. vnico num.* 1. *hoc tit. in* 6. Sexto Vicarius deputatus, ſede epiſcopali vacante, à Capitulo, *Pauin. de off. & pot. cap. ſed vac. x. quaſt.* 2. *part. princ. ſub num.* 5. *Rebuff. in prax. tit. de Vic. epiſc. nu.* 4. & 5. Licet ſecus in Vicario deputato ab epiſcopo, *Rot. diuerſ. deciſ.* 222. *part.* 2. *Panor. in c. ad audientiam num.* 3. *hoc tit. Ioann. Andr. in c. vnico ſub n.* 3. *in gloſſ. in verb. euidens, verſ. item intelligendum eſt hoc tit. in* 6. Ratio eſt, quia Vicarius deputatus à Capitulo ſede vacante eſt in ſeruitio Eccleſiæ, cum magni ſit commodum Eccleſiæ, vt deputetur vnus, & non exerceatur iuriſdictio per totum Capitulum, propter difficultatem congregandi Capitulum & diſcordias, quæ poſſunt oriri inter ſingulos Canonicos, quæ ratio non militat in Vicario deputato ab Epiſcopo, quia eius officium eſt merè voluntarium, *Rot. diuerſ. d. deciſ.* 222. *n.* 5. & 6. *dictum eſt ſupra libr.* 1. *tit. de off. Vic. §. Vicarius generalis epiſcop.* Septimo quando abſentia contingit generalis Concilij gratia, nam qui Concilio interfuerint, omnes fructus, & quotidianas diſtributiones lucrantur, etiamſi Eccleſiarum ſtatuta ſint in contrarium; *Concil. Conſtant. ſeſſ.* 19. *Dias in pract. crim. can. cap.* 52. & *ibi add. ſub littera C. ver. quartus caſus, Rebuff. in pract. par.* 2. *tit. diſpenſatio de non reſid. num.* 34. idemque defendi poteſt, ſi interfuerint Concilio Prouinciali, vel Synodo, eadem enim publica vtilitas verſatur, nec non neceſſitas parendi Sacrorum Canonum decretis, maxime nouiſſimi Concilij Tridentini ſeſſ. 24. c. 2. de reform. nam proprium munus non debet eſſe damnoſum eis, qui intereſſe tenentur, *L. videlicet ff. ex quib. cauſ. maior. l. ſi ſeruus communis §. idem euidentius ff. de tut.*

Capitulum † non poteſt ſtatuto, aut alias habilitate abſentem, vt lucretur diſtributiones, *Archid. in c. vnico in gl. ſuper verb. faciendum hoc tit. in* 6. *Greg.* 15. *deciſ.* 154. & *deciſ.* 183. *num.* 2. & *vtrobique annot. Rot. Farin. deciſ.* 61. *num.* 2. *par.* 1. *Nauar. de orat. & hor. Can. cap.* 22. *miſcell.* 14. *n.* 48. & *ſeqq.* ſed vt abſens lucretur diſtributiones requiruntur duo coniunctim, iuſta cauſa probata, & præcedens licentia ordinarij obtenta cum cauſæ cognitione. *c. relatum & ibi gloſſ. in ver. prælatorum. Panor. num.* 1. & 5. & *Pan. in c. inter quatuor nu.* 4. *hoc tit. Felin. in c. fin. circa fin. verſ.* 6. *Limita de magiſtr. Archid. in c. vnico in gloſſ. ſuper verb. faciendam hoc tit. in* 6. *Rot. Farin. deciſ.* 608. *par.* 1. *Greg. xv. deciſ.* 154. & *ibi annot.* 28

Clericus abſens † à beneficio requirente reſidentiam, poteſt compelli ad reſidentiam in eo, iuris remedijs; ſi beneficium non habeat curam animarum, & ſciatur vbinam ſit beneficiatus, & commode citati poſſit, tunc debet perſonaliter moneri & reuocari, quia citatio ſolemnis non eſt neceſſaria, *c. ex parte veſtra hoc tit. & ibi Panormit. per illum tex. & Can. Franc. Marc. quaſt.* 679. *part.* 2. ab epiſcopo, vel ſuperiore, & non à capitulo, *Panormit. in d. c. ex parte veſtra num.* 5. & 6. Et ipſi præfigi 29



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præfigi terminus congruus ad redeundum
determinandus ſecundum viarum diſtan-
tiam, & qualitatem perſonæ ac temporis, &
toto præfixo tempore debet expectari: *d. c.*
*ex parte veſtra, cum duobus cc. ſeqq.* Quando
abſens commode citari non poteſt, aut ig-
noratur vbi ſit, tunc debet citari ad valuas
Eccleſiæ ſuæ, quia præſumitur fraudulen-
ter abeſſe, per edictum trinæ citationis, nec
ſufficeret vnum peremptorium; *c. ex tua, &*
*ibi Panor. n. 4. & 11 hoc tit.* Et abſens expecta-
tur per ſex menſes poſt citationes; præſump-
tio enim iuris eſt, vt intra hoc tempus cita-
tiones perducuntur ad notitiam ſuam, *c. ex*
*tua hoc tit. & ibi Panor. num. 5. & 13. Anch. in 2.*
30 *not. & Can. communiter.* Si beneficium † cu-
ram habeat animarum, & id obtinens ab-
ſens ſit, non requiritur perſonalis citatio, ſed
ſufficiunt citationes per edictum cum præ-
fixione termini ad redeundum ex decretis
Concilij Tridentini, *c. 1. §. eadem omnino, verſ.*
*quod ſi per edict. ſeſſ. 23.* quod in eo corrigit iura
Decretalium. In omnibus prædictis caſi-
bus, ſi abſentes contumaces fuerint, libe-
31 rum eſt † ordinarijs (nam licet quilibet
prælatus poſſit concedere licentiam abſen-
tandi ex iuſta cauſa, tamen non poteſt quili-
bet Prælatus apponere pœnam non reſiden-
tiæ, ſed oportet quod ille ſit ſuperior, in cu-
ius manibus poteſt fieri renunciatio, vel qui
poſſit alias inuitum deſtituere, *Panor. in c. re-*
*latum num. 4. hoc tit. Panor. in c. ex parte el. 1. nu.*
*5. & in c. qualiter in principio hoc tit.*) per cenſu-
ras eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſub-
tractionem fructuum, aliaque iuris reme-
dia, etiam vſque ad priuationem; quia non
requiritur ſolemnis citatio priuatiua, eos
compellere ad redeundum, & reſidendum,
*d. c. 1. §. eadem verſ. quod ſi ſeſſ. 23. Panorm. in d. c.*
*ex tua num. 6. in 6 & 7. notab. & ibi Anchar. in*
*4. & 5. notab. & Can.* vel petere reſtitutionem
ipſius clerici ab ipſo epiſcopo, cuius diœce-
ſim intrauit, & eum habitum aliter de ab-
ſentia punire, quam priuatiue, *c. placuit 21.*
*quæſt. 2.* nec executio hæc, ſi beneficium ha-
bet curam animarum, quolibet priuilegio,
licentia, familiaritate, exemptione, etiam
ratione cuiuſcumque beneficij, pactione,
ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque
auctoritate firmato, conſuetudine etiam
immemorabili, ſiue appellatione, aut inhi-
bitione etiam in Romana Curia, vel vigore
Eugenianæ conſtitutionis decreta ſuſpen-
ditur. *c. 1. §. fin. ſeſſ. 23.* In cæteris beneficijs re-
quirentibus reſidentiam, appellationis † 32
diffugium, ſi fuerit interiectum, non ſuffra-
gatur contra huiuſmodi canonum decreta;
*c. relatum hoc tit. c. peruenit el. 2. de appellat. & ibi*
*Canoniſt.* Si vero ſuper † abſentia fuerint 33
priuilegiati, & eccleſiæ patiantur miniſtro-
rum defectum, poſſunt ordinarij, non ob-
ſtantibus apoſtolicis indulgentijs & præde-
ceſſorum ſuorum, aliorumue prælatorum
licentia abſentes reuocare ad reſidendum
in eccleſijs ſupradictis, & ſi non venerint, de
ipſorum beneficijs, dum abſentes fuerint,
ipſis eccleſijs facere congrue deſeruiri in v-
tilitatem earundem, quod ex præfatis bene-
ficijs ſuperfuerit conuertendo: *c. cum ad hoc*
*tit. & ibi Anchar. num. 3. Ioan. Andr. n. 4. & Can.*
conſultius tamen eſt & cautius recurrere ad
ſummum Pontificem. *Panormit. in d. c. cum ad*
*hoc num. 7. in fine.* Clericus abſens non tene-
tur venire ad reſidentiam tempore peſtis,
quando Eccleſia non patitur defectum in
miniſtris; *Ioan. de Imol. in c. fin. num. 7. hoc tit.*
Fructus amiſſi † ob non reſidentiam, 34
quando ex patrimonio, & bonis eccleſiæ
dantur præbendæ, & redditus miniſtris, per-
tinent ad eccleſiam; ſi menſa, ſiue maſſa ca-
pitularis canonicorum, ſeu beneficiatorum,
quæ inter reſidentes pro ſuis præbendis di-
uiditur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uiditur, eſt diſtincta à patrimoniæ eccleſiæ, ſiue fabricæ; tunc portio non reſidentium amiſſa remanet in maſſa capitulari cum reliquis eiuſdem fructibus inter reſidentes diuidenda: *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13. ſub num. 7. verſ. quod vero diximus. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. §. 2. num. 449. & ſeqq. obiter Bouk. in c. cum ad hoc num. 4. de cler. non reſidend.* quando vero præbendæ realiter ſunt diſtinctæ, ita quod quælibet præbenda eſt domina ſuæ dotis, tunc fructus amiſſi applicantur fabricæ, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio ordinarij. *cap. 3. ſeſſ. 22. cap. cum ad hoc de cl. non reſid. Garz. de benef par. tert. cap. ſecundo, §. 2. numer. 450.*

## De præbendis, & Dignitatibus.

## Titulus V.

### SVMMARIA.

1 *Præbenda quomodo accipiatur.*
2 *Beneficij eccleſiaſtici definitio.*
3 *Beneficium eccleſiaſticũ ſumitur large & ſtricte.*
4 *Beneficium & eccleſia differunt.*
5 *Beneficium eccleſiaſticum cognoſcitur ex quatuor ſignis.*
6 *In Beneficio ſibi collato clericus dicitur intitulari.*
7 *Titulus in beneficio eſt multiplicabilis, non ad effectum conſequendi ius ex varijs cauſis, ſed ad effectum ſe defendendi.*
8 *Beneficium ſicut res prophana poteſt ex pluribus cauſis poſsideri.*
9 *Clericus agens petitorio ad beneficium debet docere de titulo.*
*Idem iuris eſt ſi agat poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ.*
10 *Quando clericus eſt in poſſeſſione beneficij, extraneus moleſtans eum ſuper beneficio non poteſt vllo modo eum aſtringere vt oſtendat titulum ſuum.*
11 *Prælatus poteſt eum cogere ad oſtendendum titulum ex officio.*
12 *Quando agit pro viribus ſui beneficij ſatis eſt quod doceat de poſſeſſione & communi reputatione.*
13 *Beneficiorum quædam ſunt ſimplicia quædam curata.*
14 *Beneficia ſimplicia ſunt quæ non habent populum vel clerum.*
15 *Simpliciorum quædam ſunt mere ſimplicia.*
16 *Seruitoria.*
17 *Sacerdotalia vel alium ordinem annexum habentia.*
18 *Stipendia.*
19 *Ætas quænam requiratur in ſimplicibus beneficijs.*
20 *Simplicia plura beneficia in titulum an clericus poſsit obtinere.*
21 *Cura conſideratur dupliciter large & ſtricte.*
*Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi.*
22 *Stricte cura dicitur poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali.*
23 *Beneficiorum quædam ſunt ſæcularia, quædam regularia.*
*Beneficium omne præſumitur ſæculare.*
24 *Status præcedens alterius qualitatis beneficij quando non probatur ſufficit impetranti probare ſtatum præſentem per decem annos, ſed quando conſtat de ſtatu præcedenti regulari tunc neceſſe eſt quod ſtatus regularis ſit legitime præſcriptus.*
25 *Et in dicta præſcriptione non requiritur titulus.*
26 *Eadem ratione in præſcriptione ſupra ſtatu regularis beneficij ſufficit adminiſtratio regularis per quadraginta annos ſine titulo ad repellendum impetrantem.*
27 *Beneficij ſubſtantia controuertitur quando quæritur an ſit beneficium eccleſiaſticum.*
28 *Beneficij ſtatus controuertitur quando quæritur quale ſit ſæculare vel regulare.*
29 *Beneficij vſus ſiue ſtatus ipſius vſus controuertitur*

tur quando quæſtio eſt de modo conferendi beneficia & attenditur ſtatus ſiue poſſeßio quæ pro tunc eſt.

30 Aliquando controuertitur quaſi poſſeßio conferendi ſeu prouidendi, & ſufficit quaſi poſſeßio tunc temporis.

31 Clerico ſæculari prioratum ſimpliciter impetranti, non prouidetur de conſueto regi per ſæculares.

32 Monacho vel religioſo non poteſt conferri, neque etiam idem præſentare ad beneficium ſæculare etiam ſpectans ad ius patronatus monaſterij.

33 Regulare beneficium eiuſdem ordinis ſiue religionis & monaſterij religioſo expreſſe profeſſo conferri poteſt.

34 Religioſus abbatem vel prælatum alterius religionis vel habitus eligi non poteſt.

35 Monachi eiuſdem religionis licet diuerſorum monaſteriorum inuicem in abbates eligi poſſunt.

36 Præceptoria ſunt beneficia regularia quæ militibus ordinis ſancti Ioannis aut beatæ Mariæ teutonicorum profeßis commendantur.

37 Beneficiorum quædam vocantur dignitates.

38 Perſonatus.

39 Officia.

40 Canonicatus.

41 Præbenda.

42 Epiſcopus & capitulum vtrum poßint numerum præbendarum minuere augere vel dignitatem erigere.

43 { Vicaria. Capellania. Altare. Oratorium.

44 Hoſpitale, quod duplex laicale vel religioſum.

45 { Operaria. Fabrica. Eleemoſynaria.

46 Beneficiorũ quædã ſunt perpetua vt ſæcularia.

47 Manualia vt regularia.

48 Pleno iure ſubiecta quoad temporalia & ſpiritualia vt fructus omnes in proprios vſus conuertantur ſiue de menſa.

49 Spectantia ad menſam quoad temporalia tantum.

50 Pleno iure ſubiectionis ſpectantia ad aliquem.

51 Temporalia.

52 Beneficiorum ſæcularium quædam ſunt libera.

53 Patrimonialia.

54 Affecta vel ratione eius qui habet conferre vt ſummi Pontificis.

55 Vel reſpectu eius cui ſunt conferenda.

56 Aut reſpectu eorum quibus conferri nõ poſſunt.

57 Beneficiorum alia ſunt conſiſtorialia.

58 Alia non conſiſtorialia.

59 Beneficiorum quædam ſunt principalia.
Subiecta, dependentia.
Annexa.

60 Quoddam eſt monoculare.

CLERICI, vt honeſte viuant, debent habere præbendas, ſtipendia, ſiue titulos in aliqua Eccleſia, *c. non liceat, c. cum epiſcopus, c. cum ſecundum hoc tit. c. ex his 12. quæſt. 1.* ne in opprobrium clericatus aut mendicent, *c. Diaconi cl. grande 93. diſt. arg. l. Ioannes in fin. de cler. coniug.* aut negotiari cogantur, *c. cum clerici de vit. & honeſt. cler. c. clericus el. 2, in fin. 91. diſt.* Ideo ſubijcitur *Rubrica de Præbendis, &c.* Præbenda † generaliter accipitur pro omni beneficio eccleſiaſtico, *c. ſi quis dator, c. ſi quis epiſcopus 1. quæſt. 3. c. pen. de verb. ſignif. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 4. verſ. tertia concluſio de reſcript.* 1 Beneficium † eſt ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis perſonæ Eccleſiaſticæ propter diuinum officium, vel obſequium competens, *gloſſ. 1. in ſumma, 1. quæſt. 3. & ibi Can. c. dilecto hoc tit. Felin in c. conſulere nu. 1. & ibi Can. de Simon.* 2 Nomen beneficij † large, & ſtricte ſumitur, ſecundum 3 ſubiectam

ſubiectā materiam: prolatum à Canone, ſi-
ue in conſtitutione generali comprehendit
maiora, & minora beneficia, curata, & dig-
nitates etiam in materia ſtricta, gloſſ. 1. in c. be-
neficium de reg. iur. in 6. cap. ſi gratioſe & ibi gloſſ.
in verb. beneficia de reſcript. in 6. cap. 1. & ibi gloſſ.
in verb. beneficia de rer. permut. in 6. Clem. audi-
tor & ibi gloſſ. in verb. beneficio de reſcript. gloſſ. 1.
in Clem. vnica de cauſ poſſ. & propr. Vitall. in
Clem. 1. nu. 8. & ſeqq. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.
Felin. in c. poſtulaſti numer. xj. ad fin. de reſcript.
Item in litteris gratioſis non ambitioſis, ac
materia fauorabili comprehendit curata, ac
etiam canonicatus, & beneficia cathedralis
Eccleſiæ; non autem in litteris ambitioſis, c.
dudum, & ibi gl. in verb. beneficia, & Gemin. in
gloſſ. 3. Franc. ſub num. 3. in fin. hoc tit. in 6. c. fin.
hoc tit. c. quamuis hoc tit. in 6. Differunt eccle-
4 ſia † & beneficium, Clem. cauſam, §. quod ſi
forte, vbi ponitur alternatiuè inter eccleſiam & be-
neficium de elect. appellatione eccleſiæ veni-
unt obuentiones ipſius eccleſiæ prouenien-
tes occaſiones eccleſiæ, c. fin. ne Prælati vices
ſuas vel eccleſ. & ibi gloſſ. fin. gloſſ. in c. cum clerici
de verb. ſignif. tamen eccleſia propriè dicitur
prælatura ipſius eccleſiæ, c. quoniam 2. ne præl.
5 vices ſuas. &c. Cognoſcitur beneficium † ec-
cleſiaſticum ex quatuor ſignis, c. 1. & ibi An-
char. numer. 3. de reg. iur. in 6. Felin. in c. in noſtra,
num. 9. de reſcr. Rot. diuerſ. deciſ. 508. & 509. par.
1. Cæſ. deciſ. 13. & 16. hoc titul. Barbat. in d. Clem.
cauſam §. quod ſi forſan numer. 27. & ſeqq. Zab.
in c. in noſtra in 2. quæſt. de reſcript. Primo ex per-
ſona conferentis, quia illud conferens eſt
perſona eccleſiaſtica, c. dilectus hoc tit. c. bene
quidem diſt. 96. c. Sacramenta c. Meſſana, & ibi
Can. de elect. ad laicum non poteſt illud ius
pertinere, niſi ex priuilegio Papæ; quale ha-
bet Rex Apuliæ, gloſſ. 1. in fin. in ſumma 16. q.
7. Hiſpaniarum, Gonz. ſuper reg. de menſ. & al-
ter. glo. 23. numer. 18. Reges Vngariæ, & An-
gliæ, Bald. in l. reſcripta ſub numer. 8. verſ. item
committit ſpiritualia C. de precib. Imp. off. late Reſt.
Caſtall. de Imperatore quæſt. 100. & ſi donaue-
rint ius conferendi eccleſiæ, ſiue clerico
contemplatione eccleſiæ, ſtatim conſequi-
tur naturam collationis eccleſiaſticæ; c. dile-
ctus el. 3. de præben. Secundo ex qualitate eius
cui confertur, quod de eo non poteſt proui-
deri, niſi clerico: c. cum adeo de reſcript. c. 2. de in-
ſtit. c. ex litteris de tranſact. Clem. quia contingit,
§. vt autem de relig. dom. Rot. diuerſ. dec. 509. nu.
2. p. 1. Laicus etiamſi ſit regularis, conuerſus,
& religioſus, eſt incapax beneficij, Butr. in c.
2. numer. 6. de inſtitut. c. laicis 16. quæſt. 7. An
conuerſi poſſint præſcribere iura ſpiritualia,
vide Felin. in c. cauſam num. 9. de præſcript. Ter-
tio ex qualitate beneficij, quod habeat ali-
quid ſpiritualitatis annexum, quia datur
propter diuinum officium, c. fin. & ibi gloſſ. in
verb. datur, & Can. de reſcript. in 6. c. ſi quis ſacer-
dotum 81. diſt. c. cum ſecundum Apoſtolum hoc tit.
c. ex his 12. q. 1. Quarto ex forma, ſiue modo
in collatione ſeruandis, quia debet prouide-
ri pure, ſine pacto, ſine conditione, ſine re-
tentione; c. conſulere de Simon. c. ordinationes, &
cc. ſeqq. 1. quæſt. 1. c. ſaluator c. pen. & c. fin. 1. q. 3. Si
igitur prædictæ conditiones concurrant,
beneficium eſt eccleſiaſticum; nec eſt curan-
dum, quo nomine vocetur, d. c. Saluator, verſ.
in nomine vero procuratoris cap. fin. in princ. de
conceſſ. præb. in 6. quia multiplex eſt benefici-
orum diſtinctio, vt patebit ex infra dedu-
cendis. Dicitur clericus † in beneficio ſibi 6
collato intitulari: c. dudum el. 2. & ibi gloſſ. in
verb. intitulatam, de elect. & ibi Panor. num. 32. in
fin. c. epiſcopus c. cum ſecundum verſ. licet hoc tit. c.
accepimus de ætat. qualit. &c. varia eſt ſignifica-
tio dicti verbi, tituli, gloſſ. in d. c. dudum 2. in
verb. intitulatam glo. in c. fin. in verb. titulos de off.
archipræsb. hic accipitur pro omni cauſa ac-
quirendi iuris in ipſo beneficio: c. ſi diligenti,

& ibi gl. in verb. iuſtus titulus de præſcript. 2. quæſt. 4. in ſumma, & ibi gloſſ. fin. & Can. c. ex inſinuatione, & ibi poſt gloſſ. fin. Can. de procurat. Tribuitque intitulato adminiſtrationem ipſius beneficij etiam ſimplicis, ac canonicatus, cui eſt aſſignata certa dos, Gemin. in c. fin. num. 12. in fin. de off. ord. in 6. & ibi Franc. num. 6. Inn. in c. ex litteris num. 2. de probat. & in c. tranſmiſſam ſub num. 1. verſ. quidam tamen de elect. operaturque acquiſitionem dominij fructuum, & redditauum ipſius beneficij quos beneficiatus facit ſuos c. vnico in fin. de cler. non reſid. in 6. c. 1. §. ſi quis autem ibi pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere ſeſſ. 23. in refor. c. cum dignitates § præterea, ibi quos ratione etiam præbendæ, & reſidentiæ fecit ſuos ſeſſ. 24. In eodem be-
7 neficio titulus † eſt multiplicabilis, non ad effectum conſequendi ius ex varijs cauſis, quia agendo, & petendo inſtitutionem ex præſentatione de ſe facta, aut confirmationem electionis, non poteſt quis ſe fundare ſuper duabus præſentationibus, Lap. alleg. 8. Franc. in c. 2. ſub num. 6. in fin. de elect. in 6. & ibi Can. Panor. in c. cum olim 2 ſub num. 17. de priuil. aut electionibus: requiritur enim decretum inſtitutionis, c. ſuggeſtum c. cum autem de iure patr. Lap. alleg. 8. numer. 4. in fin. & numer. 5 aut confirmationis, quod debet fieri ſuper certo, c. vt quis duas, & ibi Prob. ad monach. numer. 1. & 2. de elect. in 6. l. quod in hærede § eligere ff. de tribut. act. & beneficium quod actoris eſt, magis eius fieri non poteſt, § ſic itaque diſcretis Inſt. de act. & ibi poſt gloſſ. Doct. l. 3. § ex pluribus ff. de acq. poſſ. l. non vt ex pluribus ff. de regul. iur. Sed ad effectum ſe defendendi, & non dicitur mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, ſed cauſam, & titulos cumulare: c. poſt electionem de conceſſ. præb. & ibi Pan in 3. notab. Felin. in cap. in noſtra num. 2. de reſcr. qui lit. trib. mod. Caſſad. deciſ. 21 numer. 5 & ſeqq ſuper reg. Canc. Rot. diuerſ. deciſ. 205. per tot. par. 1. imo in incorporalibus poſſeſſio quæritur, etiam abſque ſcientia mutationis tituli & patientia, quando quis in veritate habet bonum titulum, Put. deciſ. 8. de cauſ. poſſ & propr. Rot. deciſ. 224 par. 1. diuerſ. § interdum, & ibi gloſſ. inſtit. de rer. diuiſ. Bart. in l. certi condictio § depoſui ff. ſi cert. pet. & quoties ſuperuenit titulus validus, vbi quis prius poſſidebat ex titulo inualido, abſque alia declaratione voluntatis cenſetur mutata cauſa poſſeſſionis, Put. deciſ. 441. libr. 1. Cont. Alex. in l. qui bona ff. de acq poſſ num. 13. Socin. ſen. in l. poſſideri § ex pluribus numer. 6. & 12. ff. de acq. poſſ. & ibi DD. l. non ſolum §. quod vulgo ff. de vſucap. quando expeditus fuit in forma gratioſa; nam ſi in forma commiſſaria, ante executionem non dat titulum, aut ius in beneficio, etiam tunc vacante, Bell. deciſ. 163. Gomez. in reg. de iur. quas non toll. quæſt. 1. nu. 34. Mandoſ. de ſign. grat. titul. mand. de prouidendo in fine, Etenim beneficium, † ſicut res propha- 8
na, poteſt ex pluribus cauſis poſſideri, d. l. 3. § ex pluribus, & ibi poſt gl. DD. ac cauſa poſſidendi ex ſuperuenienti titulo etiam abſque alia animi declaratione mutari, l. quod vulgo ff. pro empt. Achill. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Creſc. deciſ. 5 numer. 2. & 3. de reſt. ſpol. Greg. XV. deciſ. 546. numer. 1. & ibi annot. § interdum etiam Inſt. de rer. diuiſ. niſi ſuperueniens noua cauſa ſit contraria primæ, quia tunc neceſſe eſt, vt dimiſſa poſſeſſione prima eiuſdem rei, denuo ex hac noua cauſa poſſeſſionem nanciſcatur: l. qui bona fide § fin ff. de acq poſſ. Creſc. deciſ. 5. numer. 3. & 4. de reſt. ſpol. & ad adipiſcendam poſſeſſionem beneficij poteſt quis vti diuerſis gratijs, Rot. deciſ. 59. & 63. de reſcript. in antiq. Mohed. deciſ. 18. hoc tit. l. Aurelius § fin. ff. delib. leg. l. habebat ff. de inſtit. l. eum qui ff. de inoff. teſtam. Siue eodem contextu, & ſub eadem data ſint impetratæ ab eodem, Rot. deciſ. 59. in fin. & d. deciſ. 63. d. l. Aurelius § fin. cap. in noſtra, & ibi Ioan. Andr. in princ. de reſcript.

ſiue

ſiue habitæ à diuerſis, *Prob.ad mon. in d. c. vt*
*quis duas num.3.& ſeq. Pan.in c.cum olim 2. ſub*
*num.17.de priuil.c.poſt electionem §.cum igitur in*
*fin.de conceſſ.preb. Anch.in c.ſi Apoſtolicæ in 3.not.*
9 *hoc tit.in 6.* Clericus † agens petitorio ad be-
neficium, debet docere, de titulo, ſicut ille
qui ageret rei vendicatione ad aliquam rem
prophanam, *l.in rem actio ff.de rei vend. Anch.in*
*c.1.num.9.& ſeqq.de reg.iur.in 6.& ibi Can. Io.*
*de Anan in c.licet Heli num.32.& ſeqq.de Simon.*
Idem iuris eſt, ſi agat poſſeſſorio adipiſcen-
dæ, vel recuperandæ, *Innoc.in c. tranſmiſſam*
*ſub num.1.in fin.verſ.& idem de elect. Rot.deciſ.1.*
*de reſt.ſpol.in nou.* vt debeat probare titulum,
*Rot.d.deciſ.1.num.2.& 7.c.beneficium de reg. iur.*
*in 6. notant DD.in l.cogi C.de petit.hæred.* quia
eſt actor, & non habet pro ſe præſumptio-
nem iuris, quæ eum releuet ab onere pro-
bandi: *c.vt noſtrum, vt eccl.benef.ſin.dimin. conſ.*
*Rot.deciſ.5.& 20.de reſt.ſpol.in antiq.Innoc. in c.*
*nihil eſt ſub num.4.de elect.* nec ſufficit proba-
rio, quod Aduerſarius fuerit beneficio pri-
uatus propter ſuum delictum: *c.olim de reſcr.*
*c.fin.& ibi Pan.numer.5.de crim.fal.* probatur
autem titulus habitus à ſummo Pontifice
per literas, *c.inſtitutionis 25.quæſt.2.c.ex diligen-*
*tia in fin.de Simon. Ioan. Andr. in proem. lib. 6. in*
*princ.numer.7.& ibi Can. qui plures quotas alle-*
*gat. Felin in rub.de conſt.numer.5. vbi lim.trib.*
*mod. Cæſ.deciſ.1.de prob. Mohed.dec.3. de reſcript.*
*Rot.deciſ 27.eod in nou. Franc.in c. duobus num.*
*8.eod.in 6.* Inferiorum gratiæ poſſunt proba-
ri etiam per teſtes: *Bal.in l.ſi qua per calumniam*
*numer.7.C.de epiſ.& cler. Bal.in l.humanum in*
*fin.C.de leg. Rot.deciſ.27.de reſcript.in nou. & ibi*
*Add. Franc.in proem.6.§.fin.ſub numer.2.& ibi*
*Can.* Ratio diuerſitatis eſt, quia collatio
ſummi Pontificis donatio eſt, *c.gratia, & ibi*
*Franc in prin.c.de reſcript.in 6.* Collatio vero in-
feriorum non eſt proprie donatio, ſed eſt
debiti officij executio, *Bald.in d.l.ſi qua per ca-*
*lumniam ſub numer.7.c.fin. & ibi glo.in verb.li-*
*bera, de off. Vic.in 6.c.quamuis, & ibi glo.in verb.*
*penſione hoc tit.in 6.* non probatur per confeſ-
ſionem partis, quamuis ex ea poſſit coadiu-
uari, & iuſtificari; *c.duobus & ibi glo.in verb.non*
*appareat num.7.& ibi Franc.numer.9.& Can.de*
*reſcr.in 6.* Præſumptiue probatur ex antiqua,
pacifica, & præſenti poſſeſſione, *c.illud, & ibi*
*Ioann. And.num.7.in fin.& numer. 8.& Can. de*
*præſumpt. Felin.in d.c.licet Heli num.10. & 11. de*
*Simon.* Dicitur autem antiqua poſſeſſio,
quando poſſedit per triennium comple-
tum, *Ioan.de Anan.in d.cap. licet Heli numer.35.*
*per Clem.1.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct. Felin. in d.*
*cap.illud numer.6.* quæ præſumptio ceſſat, vbi
non datur viſitatio ſuperioris, *Felin. in d. c.*
*illud numer. 8.* & interrumpitur per litem
motam, niſi finita ſit per tranſactionem, *Fe-*
*lin.in d.cap.illud ſub numer.10.verſ. & ſcias v-*
*num caſum Rot.deciſ.534.numer.6.par.1.diuerſ.*
aut terminata fuerit ad fauorem poſſiden-
tis, *Felin.in d.c.illud ſub numer 17.verſ.14. con-*
*cluſ. Rot.diuerſ.deciſ.534.ſub numer.6.par.1.* ad-
mittitque probationem in contrarium, *c.di-*
*lecto, & ibi Panor.per illum text.num.8 hoc tit.&*
*ibi Can. Felin.in c. illud numer.7. de præſumpt.*
Quando clericus † eſt in poſſeſſione, extra- 10
neus eum moleſtans ſuper beneficio, non
poteſt vllo modo eum adſtringere, vt oſten-
dat titulum ſuum, *cap.olim in fin.de reſcript.glo.*
*fin.in c.vnic.de eo, qui mitt.in poſſ.&c. in 6.l.loci*
*corpus §.competit.ff.ſi ſeru.vend.l fin.de rei vend.*
*Felin.in d.c.licet Heli numer.16.* Prælatus † ve- 11
ro poteſt eum cogere ad oſtendendum titu-
lum ex officio per ſubtractionem fructuum,
aut alias, *c.ordinarij, & ibi Franc.numer.5.de off.*
*ord.in 6.& ibi Can. Anchar.in c.1.ſub numer.10.*
*de reg.iur.in 6. Felin.in d.c.licet Heli, qui limitat,*
*& declarat à numer.7.vſque ad numer. 17.& ibi*
*Can. Nauarr.conſ.4 de off.ordin.* niſi tacite, vel
expreſſe viſus ſit in eum conſenſiſſe, *c.ex ore,*
*de his*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de his quæ fi.à maior.part.capit.*& talis ſit inſti-
tutio, quæ poſſit expreſſo conſenſu ordina-
rij ratificari;*c.dilecto,& ibi Panor.nu.*13.*& Can.*
12 *hoc tit.* Si vero ipſe agat † contra extraneum
pro iuribus ſui beneficij.ſat eſt,quod doceat
de poſſeſſione antiqua & communi reputa-
tione,nec oportet de titulo diſputare, quia
non ſuo,ſed nomine eccleſiæ, quæ poſſidet,
agere videtur,*cap cum ſuper & ibi Innoc.numer.*
*3.& 4 de cauſ.poſſ.& propr.Rot.deciſ.*9.*eod.Rot.*
*deciſ.*1.*de iure pat.in nou.& deciſ.*1. *de reſt.ſpol. in*
*nou.quæ diſtinguit latius,& deciſ.*423.*num.* 1. *&*
2.*par.*1.*diuerſ.Tiraq.in tract. la mort ſaiſi le viſ.in*
*præf.declar.*5.*late Franc.in c.ordinarij ſub num.*5.
*de off.ord.in* 6.*& ibi Can.* niſi poſſeſſioni ius
commune reſiſtat,*c.conſtitutis de elect.gl.fin.in*
*c.beneficium de reg.iur.in*6.*cap. ordinarij, & ibi*
*Gemin.in* 2. *not. &* §. *quod ſi forte ſub numer.* 7.
*verſ.gloſſ.ſuper verb. exhiberi & Can. de off. ord.*
*in* 6.

Multiplex ex beneficiorum diuiſio. Pri-
13 ma eſt, quod beneficiorum quædam ſunt †
ſimplicia,& quædam curata,ſimplicia ſunt,
quæ non habent populum, vel Clerum;ideo
aſſerenti beneficio curam non imminere a-
nimarum, non incumbit probatio talis ne-
gatiuæ,quia ius commune præſumit nullum
14 beneficium habere curam,niſi habeat † po-
pulum, vel clerum,*c.fin.hoc tit.c.cum illis eod.in*
6.*Bellam.deciſ.*675.*Rot.diuerſ.deciſ.*17.*numer.*1.
*par.*1.*Gonz.ſuper reg.de menſ. & alter.gloſſ.*6.*n.*
91.*Greg.*15.*deciſ.*108.*numer.*2.*& ſeq.* Simpli-
15 cium quædam ſunt mere † ſimplicia, qualia
obtinentes tenentur ad horas canonicas,
ſed de conſuetudine non requirunt reſiden-
tiam,quicquid ſit de iure. *c.conquerente & ibi*
*glo.in verb.deſerviat de cler.non reſid.& Can.Pan.*
*in c.quia nonnulli poſt gloſſ.pen. ſub numer.* 7.*eod.*
*Caſ.deciſ.*4.*hoc tit.Greg.xv.deciſ.*175.Alia ſim-
16 plicia ſeruitoria, † quæ habent aliquod o-
nus annexum, puta, dicere Miſſam, quam
non aſtringitur celebrare per ſeipſum, ſed
poteſt cuiquam alteri delegare, *arg.c.ſignifi-*
*catum hoc tit.Rot.per Farin.deciſ.*366.*ſub num.*2.
*tom.*1.*Garz.de benef par.*7.*cap.*1.§.1 *in princ.&*
*num.*85.*& ſeqq. Gonzal.ſuper reg.de menſ. &c.*
*glo.*5.*num.*74.*& ſeq.Lap.alleg.*35.*Rot. Farin. de-*
*ciſ.*635.*num.*2.*& ſeq.par.*2.iuuare curatum in
canendo *c.ſignificatum hoc tit.* Quædam ſunt
ſacerdotalia, † vel alium ordinem habent 17
annexum, altero ex tribus modis: Primo,
quando per ſtatutum, priuilegium,vel pri-
mæuam inſtitutionem, vel conſuetudinem
conferri non poſſunt niſi ſacerdoti. Secun-
do quando promotus ad illa tenetur fieri ſa-
cerdos,aliter eis priuatur.*Pan.in c.cum in cun-*
*ctis* §.*inferiora num.*10.*de elect.Clem.vt ij qui,&*
*ibi gloſſ.in verb.præbendas, de æt.qual.&c. & ibi*
*Can.Pariſ.Conſ.*50.*numero*16. *& ſeq. vol.* 4.
Tertio quando tenetur fieri ſacerdos, & ſi
non fit ſacerdos, non percipit fructus; *c.ei*
*cui,& ibi gl.in verb.ſacerdotalis Franc.num.*6.*Io.*
*And.& Can.communiter hoc tit.in* 6.Et hoc ca-
ſu ſacer ordo neque actu, neque aptitudine
dicitur annexus:*Io.Andr.in c.ei cui ſub num.* 6.
*& Can.communiter Rot.Farin.deciſ.*421.*num.*1.
*in fin.& num.*2.*par.*1.Si beneficium alias ſim-
plex ſit collatum vni, vel pluribus ſacerdoti-
bus,& per eos ſucceſſiue rectum ſit per qua-
draginta annos continuos, tamen poſtea
poterit conferri non ſacerdoti, cum ſtatus
ſecularis clerici ſit compatibilis cum ſtatu
ſacerdotis.*Franc.in c.cum de beneficio in fin.hoc*
*tit.in* 6.*facit Conſ. Cald.*19. *hoc tit.* Quædam
ſunt † ſtipendia & in mera temporalitate 18
conſiſtunt, vt ſunt præſtimonia in Hiſpa-
nijs,& oblagia,& obedientiæ in Germania,
quæ non dantur in titulum, neque de illis
eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto
beneficiali;*Io.Andr.in c.vnico num.*3.*de rer.per-*
*mut.in* 6.*Gemin.Conſ.*89.*in fin.*Quia non cen-
ſentur beneficia Eccleſiaſtica, niſi ſolita ſint
dari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dari Clerico in titulum. *Io. Andr. in c. poſtulaſti nu.7. de reſcr. Gemin. in d. conſ. 89. in fine, qui ita diſtinguit. Creſc. deciſ.8. de conceß. præb.* aut habeant annexum aliquod onus, vel ſeruitium ſpirituale, *cap. fin. de conceſſ. præb. in 6. Achill. deciſ.7. de conceſſ. præb. Caſſad. deciſ. 3. hoc tit. in fin. Staphyl. de lit. grat. tit. de qualit. & ſtat. benef. num. 4. & 5.* Iure Decretalium maior
19 ſeptem † annis, & minor quatuordecim annis idoneus reputatur ad ſimplex beneficium, etiam ad canonicatum cathedralis eccleſiæ, *c. ex eo de elect. in 6. c. ſi eo tempore, & ibi gl. in verb. ætatem & Can. de reſc. in 6. c. ſuper inordinata, & ibi Panor. nu.8. & ſeqq. de magiſtr. diſtinguit hoc tit. Rot. deciſ.1. & 2. de ætat. qualit. &c. in antiq.* Ex decretis Concilii Tridentini nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poteſt obtinere, *c. nullus 1 ſeß.23.* aut ante ætatem viginti duorum annorum Canonicatum, vel portionem in Cathedrali Eccleſia obtinere, quia in omnibus eccleſiis Cathedralibus omnes Canonicatus, & portiones habent annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel ſubdiaconatus, *c. cum dignitates §. in omnibus ſeſſ.24.* Et nullus ad ſubdiaconatus ordinem ante vigeſimum ſecundum annum poteſt promoueri. *c. nullus el.2. ſeſſ.23.* Iuxta ſanctiones Decretalium poteſt Cleri-
20 cus plura † habere beneficia ſimplicia in titulum, quæ de conſuetudine, vel ſtatuto reſidentiam non requirunt, & ſingula per ſe non ſufficiunt ad ſuſtentationem honeſtam Clerici: *c. gratia, & ibi gl. in verb. de iure teneri, & ibi Dominic. ſub n.8. circa finem, verſ. ſed Dominus meus Ant. de reſcriptis in 6.* Nullus vero clericorum poteſt habere duo beneficia quamuis ſimplicia, quorum alterum ſufficit per ſe ad vitam beneficiati; *c. ad hæc hoc tit. cap. is cui eod. in 6. c. dudum 2. & ibi gl. pen. de elect. c. cum* adeo *c. poſtulaſti c. proponente de reſcript. 21. quæſt. 1. & ibi gl. in verb. ſumma, & c.1. & 2. & c. quia in tantum hoc tit. Hoied. de benef. in comp. par. 1. c.19.* immo poteſt altero priuari; *c. conquerente, & ibi Panorm. numer.2. de cler. non reſid.* niſi ſuper retentione vtriuſque obtinuerit diſpenſationem, quæ in hoc caſu neceſſaria eſt, etiamſi alterum non requirat perſonalem reſidentiam: *d. c. is cui c. cum teneamur, & c. ſuper inordinata, & ibi gl. fin. hoc tit. gl. pen. in d. c. dudum el.2.* ac etiam neceſſaria eſt, quando alterum per ſe non ſufficit, & vtrumque requirit perſonalem reſidentiam; *Pan. in c. quia nonnulli num.5. de cler. non reſid. Staphyl. de litt. grat. tit. de ſtat. & qual. benef. n.6. & ſeqq. Hoied. de benef. in compat. par. 1. cap.17.* Quæ iura Concilium Tridentinum approbauit, & innouauit, quia eccleſiaſticus ordo peruertitur, quando vnus plurium officia occupat clericorum, *c. quia in tantum c. referente, & ibi gloſſ. fin. hoc tit. c. cum ſingula eod. in 6.* Et ſtatuit vt vnum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre, & mandat dictum decretum, quoad effectum retentionis plurium beneficiorum in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo etiam cardinalatus honore fulgeant, obſeruari, & non modo ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia tam ſæcularia, quam regularia, quæcumque etiam commendata pertinere, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. *c. cum eccleſiaſticus ſeß.24. quod late explicat Gars. de benef. part. xj. cap.5. §.3. à num. 279. vſque ad finem.* In iſta ſufficientia conſiderantur plura, nobilitas, ſcientia, quia tales perſonæ maioribus redditibus ſunt honorandæ, *c. de multa in fin. hoc tit.*

*tit. Panor. in c. cum adeo num. 5. de reſcript.* dignitas, *l. ſed & ſi quid §. 1. ff. de vſufr.* Et quod poſſit ſufficere ſibi & ſuis, hoſpitalitatem ſeruare, & iura epiſcopalia ſoluere, *c. de monachis, gl. in c. extirpanda in verb. ſufficiens h. t. & ibi Pan. n. 4. & Can. c. ſtudeat in fin. & ibi glo. fin. & Can. 50. diſt. c. ſicut de ſuppl. neglig. prælat.* oneribus fabricæ, receptionis legatorum, & nunciorum ſedis Apoſtolicæ, & reliquis ſimilibus ſatisfacere, *c. 1. & ibi gl. in verb. neceßitatem 21. quæſt. 1. c. præſenti, & ibi gloſ. in verb. oneribus, & Can. de off. ord. in 6. c. 1. hoc tit. in 6. & ibi late Ioan. Andr. nu. 3. Hoied. de beneſ. incomp. part. 1. cap. 19. n. 23. & ſeqq.* Beneficium valoris viginti quatuor ducatorum computatis diſtributionibus quotidianis non dicitur ſufficientes redditus habere. *Caput deciſ. 65. par. 1. cap. 1. & ibi glo. in verb. neceßitatem 21. quæſt. 1. & ibi Can c. de monachis, & ibi Doct notant. hoc t. t.*

21 Cura † conſideratur dupliciter, large & ſtricte, *Innocent. in cap. cum ſatis ſit num. 2. de offic. Archid. Ioan. Andr. num. 8. Pan. ſub n. 2. & Can. Rot. diuerſ. deciſ. 52. num. 5. & ſeqq. part. 2. Extrauag. execrabilis §. fin. hoc tit. inter Communes.* Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi; prout eſt, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia huiuſmodi, quæ tendunt ad correctionem morum, etiam per ſubtractionem fructuum, & præbendæ tantum, & non alias, *Rot. deciſ. 18. hoc tit. in antiquior. Felin in cap. in noſtra in 50. Corol. de reſcr.* quam habere poſſunt Archidiaconi, qui non coguntur eſſe ſacerdotes, & alii inferiores Prælati, *cap. dudum el. 2. verſ. ſed cum in iure confeſſus, & ibi gloſſ. in verbo ſuſpendit. de elect. c. 1. de off. archid. c. cum contingat in fin. de foro compet.* Stricte † cura dicitur poteſtas ligandi, atque ſoluendi in foro pœnitentiali, & hæc in nullo poteſt eſſe niſi ſit ſacerdos, *c. in nono 21. diſt. c. omnis de pœnit. & remiſſ.* & exercetur in ſubditum populum, vel clerum, *c. 1. 9. q. 2. c. nullus de paroch. c. quod autem de pœnit. & remiſſ. c. cum ab Eccleſiarum de off. ord. gl. in Clem. dudum in verbo impendenda de ſepult. & ibi Can.* qualem Epiſcopi habent, & regulares Prælati, *c. ne pro defectu de elect.* Prælati qui habent iuriſdictionem generalem in collegiatis eccleſiis, *c. quia propter, & ibi gl. 1. de elect. c. ſicut in vnaquaque 21. q. 2.* ac parochi, *c. licet canon. de elect. in 6. & ibi Can. c. cum ab Eccleſiarum de off. ord.* De ætate, & aliis requiſitis neceſſariis ad curata beneficia dictum eſt ſupra, *lib. 1. Tit. de ætat. qualit. & ordin. præfic.*

Altera beneficiorum diuiſio eſt, Quæ-
dam ſunt † ſæcularia, quædam regularia, *c.* 23
*cum de beneficio, & c. cum ſingula hoc tit. in 6.* Omne beneficium præſumitur ſæculare ex primæua inſtitutione, quia D. Petrus fuit ſæcularis: *Prob. ad Mona. ind. c. cum de beneficio n. 5. hoc tit. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ. 2. poſt princ. eod. in nouis Fran. Marcus dec. 481. num. 12. part. 1. Bellam. in cap. dilectißimis num. 11. & 12. Cauſa 12. quæſt. 1. & ibi Prapoſ. num. 15.* Is qui nititur ſtatu, debet probare ſtatum, ſi probabiliter ex aduerſo negatur, *c. fin. de verb. ſing. l. ſi ex poſſeßione C. vbi cauſa ſtatus & c. l. liberis §. fin ff. de liber. cauſ. l. circa ff. de probat. Rot. diuerſ. deciſ.*
*114. num. 11. part. 2.* Quando † non probatus 24
ſtatus præcedens alterius qualitatis beneficij, ſufficit impetranti probare ſtatum præſentem per decem annos: quando conſtat de ſtatu præcedente regulari, tunc neceſſe eſt, quod ſtatus ſæcularis ſit legitime præſcriptus, quodque beneficium ſpatio quadraginta annorum ab vno, vel pluribus clericis ſæcularibus conſtitutis in eo Rectoribus, non commendatariis, *Prob. ad Monach. ind. c. cum de beneficio n. 13.* ex collatione Epiſcopi, non abbatis, vel alterius inferioris: (nam ſtatus eccleſiarum, quoad ipſarum mutationem, pendet à poteſtate Epiſcopi, *Clem. ne in agro §. adhæc de Stat. Monach. Franc. in*

*cap.*

*cap.cum de beneficio* , *& ibi Archid. num.* 2.*&*
*Can.communiter de præb.in* 6.) extitit conti-
nue,& pacifice gubernatum, etiamſi ante
vel poſt religioſi quandoque miniſtraue-
rint in eodem, *d c.cum de beneficio, & ibi Franc.*
*nu.*5.*& Can.Zab.in Clem.*1. *num.*18. *& ſeqq.de*
*ſuppl.neglig.prel.Rot.dec.*2.*hoc tit. in nou. & di-*
*uerſ.deciſ.*208.*in princ.part.* 1. *Dec. Conſ.* 126.
quia vltimus ſtatus attenditur, in iudicanda
beneficii qualitate, legitime præſcriptus,
qui non tollitur per vnicum actum præſcri-
ptioni contrarium, ante vel poſt comple-
tam præſcriptionem interuenientem, quan-
do eſt modici temporis, *Franc. in d.c.cum de*
*beneficio num.*3.*Dec.d.conſ.*126.*Bald.in l.ſi Ma-*
*ter tuan.*2.*C.ne de ſtat.defunct.Card.Seraph.de-*
25 *ciſ.*1120. Non † requiritur titulus, quia talis
præſcriptio non eſt contra ius commune,
ſed contra ius priuatum, in præſcriptione
cauſanda ſuper ſtatu ſæcularis beneficii, vt
ſic dicatur conſuetum regi per ſæculares, i-
mo habet pro ſe præſumptionem iuris, cum
in prima inſtitutione omne beneficium ſit
ſæculare, vt dictum eſt, *Franc.in d.c.cum de be-*
*neficio n.*9.*& ibi Can.hoc tit.in*6. Eadem ra-
26 tione in præſcriptione cauſanda † ſuper ſta-
tu regularis beneficij, ad repellendum im-
petrantem ſufficit adminiſtratio regularis
per quadraginta annos continuos ſine titu-
lo, *Franc.in d.c.cum de beneficio ſub n.*9.*Gonzal.*
*ſuper reg.de menſ.& altern.gl.*8.*à nu.*30. *vſq; ad*
*fin.Garz.de benef.part.*7.*c.*10.*num.*34.*& ſeqq.*
ſed quoad præiudicandum diœceſano loci
requiritur titulus, vel præſcriptio, in cuius
contrarium non ſit memoria, *c.*1.*de præſcript.*
*in* 6. ex quo ius commune reſiſtit ſaltem
quoad ea, quæ ſunt legis diœceſanæ, à qui-
bus loca regularia ſunt exempta, *c.* 1. *de Stat.*
*Monach.c.cum pro vtilitate* 16. *quæſt.* 1. *capit.*
*fin.de cenſ.* Pro maiori intelligentia ſcien-
dum eſt, quod ſunt diuerſa: an controuerta-
tur ſubſtantia beneficij, an ſtatus beneficij,
an vero vſus, ſiue ſtatus ipſius vſus: *Bald.in l.*
*bonorum numer.*1.2.*&* 3. *verſ.triplex C.de bon.*
*poſſ.ſecun tab.& in l.omnium num.*1.*C.de teſtam.*
Controuertitur ſubſtantia, † quando quæ- 27
ritur, an ſit beneficium eccleſiaſticum, vnde
ſi probatum ſit, quod eccleſia ſit erecta au-
ctoritate Epiſcopi, & conſequenter quod
eſt beneficium eccleſiaſticum, qui vult dice-
re illud fuiſſe ſuppreſſum per vnionem, de-
bet id probare per litteras, vel per imme-
morabilem, *Rot.diuerſ.deciſ.*509.*in fin.par.*1.
*quæ eſt Cæſar.deciſ.*6.*num.*16.*& ſeqq. de præben.*
*Put.deciſ.*232.*lib.*1.*num.*2 *&* 3.*Pan.in c.auctori-*
*tate n.* 4.*de cenſib.Clem.ſi vna, de reb.eccleſ.non a-*
*lien.Rot.deciſ.*9.*&* 10.*de reb. Eccleſ. non alien.in*
*antiq.* Is qui poſſidet beneficium non tene-
tur probare eius erectionem, ſed ſufficit ei
probare ſtatum beneficij, & de eo tanquam
de beneficio fuiſſe factas collationes per or-
dinarium, & effectum fuiſſe ſortitas, licet in
contrarium producatur mala erectio con-
tra formam mandati Pontificij, *Creſc.deciſ.*
12.*de probat.Bald.in l.non nudis nu.*5. *&* 6.*C.eo-*
*dem.* Controuertitur ſtatus † beneficij, quã- 28
do quæritur, quale ſit, ſæculare, vel regula-
re: *l.ſi ſeruum* §.*fin.ff.de act.empt. Iaſ. in rubr.*
*inſt.de act.n.*1.*Rot.d.dec.*509.*in fin.par.* 1.*diuerſ.*
Sentẽtia ſuper ſtatu facit ius quoad omnes,
quando fuit citatus is, cuius principaliter
intereſt, puta, Dominus Epiſcopus, *l.inge-*
*nuum, & ibi DD.ff.de ſtat.hom.Mohed.deciſ.*8.*de*
*re iud.* Controuertitur † vſus, ſiue ſtatus ipſi- 29
us vſus, quando quæſtio eſt de modo con-
ferendi beneficium, vt puta, an parochialis
de menſa conferenda ſit per concurſum, *Rot.*
*Farinac.dec.*646.*n.* 6.*part.*1.*Rot.deciſ.*2.*n.*2.*hoc*
*tit.in nou.arg.c.ſi iudex de ſent.exc.in* 6.*& ibi not.*
& ſolum debet attendi ſtatus, vel poſſeſ-
ſio, quæ pro tunc eſt: *cap.querelam de elect.cap.*
*conſultationibus, de Iurepatr.cap. ſi iudex de ſent.*

30 *excom.in 6.& ibi not.* Aliquando † contro-
uertitur quaſi poſſeſſio conferendi, præſen-
tandi, eligendi, & ſufficit quaſi poſſeſſio tũc
temporis ad ſuſtinendam prouiſionem, vel
electionem iam factam, nec attenditur præ-
cedens ſtatus contrarius, ideo ſi vltimus ſta
tus beneficij ſit de libero, ſuſtinetur collatio
facta ab Epiſcopo, non obſtante exceptio-
ne iuriſpatronatus, ſicut è contrario collatio
vti de iurepatronatus facta ad præſentatio-
nem patronorum ſuſtinetur ex ſolo vltimo
ſtatu, *c. conſultationibus, de iurepar. c. querelam
de elect. cap. cum olim. de cauſ. poſſeſ. & prop. Greg.
15. deciſ. 77. in fin. & ibi annot. & deciſ. 112. num.
2. & ibi annot. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & al-
ter. gloſſ. 45. §. 2. à n. 3. vſque 14. Garſ. de beneſ.
part. 5. cap. 5. num. 2. & plurib. ſeqq.* quia iſti a-
ctus vt fructus pertinent ad bonæ fidei poſ-
ſeſſorem, prouiſio quoque apoſtolica de be-
neficio vti de principali dignitate, & eius
vigore capta poſſeſſio declarat ſtatum be-
neficii, vbi de alio anteriori non conſtat, *c.
cum de beneficio de preb. in 6. Greg. 15. deciſ. 482.
& ibi annot.* Nunc redeundo ad materiam,
ponendæ ſunt duæ regulæ. Prima, eſt quod
31 clerico † ſæculari priorarum ſimpliciter im-
petranti, non prouidetur de conſueto per
religioſos gubernari, *c. poſſeſſione de reb. Eccleſ.
alien. & c. c. cum cauſam de elect. c. cum de beneficio
§. fin. hoc tit. in 6. cap. regularia in fin. ſeſſ. 14. cap.
pernicioſam §. fin. 18. q. 2.* quia gratia ſimplex
eſt interpretanda ſecundum qualitatem per-
ſonæ impetrantis, *d. c. cum de beneficio §. fin. &
ibi gl. in verb. prioratu; & Panorm. in d. c. poſſeſſio-
nes num. 4.* Imo collatio, aut commenda cu-
iuslibet eccleſiæ, vel beneficii regularis facta
clerico ſæculari eſt ipſo iure nulla, *cap. poſſeſ-
ſiones de reb. Eccleſ. alien. & c. Clem. 1. de ſuppl. ne-
glig. Prælat. Franc. Marc. deciſ. 1274 part. 1.* ſed
conferens non priuatur ea vice poteſtate or-
dinandi, aut ſit deuolutio ad Diœceſanum,
neque recipiens redditur ineligibilis, *Gemin
in cap. cum ſingula, §. prohibemus ſub num. 5. verſ.
quæro, an quod hic dicitur, & ibi Franc. n. 2. hoc tit.
in 6. Franc. Marc. deciſ. 1272. in fin. part. 1.* ſe-
cunda eſt, Monacho, vel Religioſo † non 32
poteſt conferri, neque etiam idem præſen-
tari ad beneficium ſæculare, etiam ſpectans
ad iuſpatronatus Monaſterii, *Pan. in cap.
ſicut num. 4. & Zab. in Clem. 1. num. 19 de ſuppl.
negl. prælat.* & collatio facta etiam Canonico
regulari de beneficio conſueto ſolum cleri-
cis ſæcularibus aſſignari, eſt nulla, nec excu-
ſat negligentiam conferre, vel præſentare
habentis, quominus habeat locum deuolu-
tio ad ſuperiorem, *Bellam. deciſ. 172. d. c. ſicut
in fine.* Quod Ioannes Andreas credit verum
eſſe in non curatis, *in d. c. ſicut num. 4.* quia
Monachis non eſt permiſſum extra Mona-
ſterium intitulari, niſi propter animarum
curam, *Gloſſ in Clem. quia contingit § vt autem
in verbo ſæcularibus de relig. domib.* de quo dice-
mus, *ſub titulo de Stat. Monach. & cler. reg.* Re-
gulare † beneficium eiuſdem ordinis, ſiue 33
religionis, & monaſterii religioſo expreſſe
profeſſo, *Clem. 1. §. ſane 2. de rel. domib. Bellam.
dec. 76.* conferri poteſt in titulum, *Clem. 1. de
ſuppl. neglig. præl. Rot. diuerſ. deciſ. 772. p. 1.* Bene-
ficium alterius religionis, vel habitus non
poteſt, niſi canonice ad eam fuerit transla-
tus, cum diſtinctione, an ſit paris, largioris,
vel ſtrictioris religionis, *glo. in Clem. 1. in verbo
prælatum de elect. c. cum ſingula §. fin. & ibi gloſſ.
& Can. eod. in 6.* quia non licet illis aliorum
monaſteriorum prioratus, adminiſtratio-
nes, vel officia gubernare, *d. c. cum ſingula in
fine.* Ratione minoris inſtructionis alterius
religionis, eadem ratione prohibetur Reli-
gioſus aliquis † in Abbatem, vel Prælatum 14
alterius religionis, vel habitus eligi ſub
pœna nullitatis electionis, niſi in Epiſco-
pum ſæcularis, vel cuiuslibet regularis Ec-
cleſiæ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cleſiæ, *Clem.1.de elect.* tum etiam quia rationi
non congruit, vt homines diſparis profeſ-
ſionis, vel habitus, ſimul in eiſdem mona-
ſteriis ſocientur, *d. clement. 1.* An autem eligi
poſſit in Prælatum inferioris ſæcularis Ec-
cleſiæ Vide *gl. in Clem. 1. in verbo ſæcularis de e-
lect. & ibi Can. Lambert. de iurepatr. art. 19. 7. q.
princ. 1. par. lib. 2. n. 6. & ſeqq. Pan. in c. quod Dei
timorem nu. 5. de ſtat. Monach. & Canonic. reg. &
ibi Can.* Prioratus quoque Eccleſiæ, admini-
ſtrationes, ſeu officia, & beneficia vnius
monaſterii, etiam eiuſdem ordinis, ſiue reli-
gionis abſque ſedis apoſtolicæ auctoritate
religioſis alterius monaſterii conferri non
poſſunt, quia non licet illis habere locum in
diuerſis monaſteriis, quorum vnum ab alio
non dependet, nec inuicem ſunt connexa,
*c. fin. in fin. de relig. domib. c. conſtitutis, & ibi gloſſ.
fin. & Can. de elect. c. vnum 21. quæſt. 1.* Qui alie-
nis monachis ſiue eiuſdem, ſiue alterius reli-
gionis præfata commiſerint, ea vice ordinã-
di de ipſis ſunt poteſtate priuati, quæ deuol-
uitur ad diœceſanum in non exemptis in
exemptis ad ſummum Pontificem: ij autem
qui ea ſuſcipere, vel ſuſcepta præſumpſe-
rint retinere, redduntur ineligibiles ipſo
iure, *capit. cum ſingula. §. fin. hoc titul. in 6.*
35 Monachi eiuſdem † religionis licet diuerſo-
rum monaſteriorum inuicem in abbates e-
ligi nõ prohibentur, & *in eo c. nullus de elect. in
6.* non corrigitur per Clement. 1. *de elect.* Co-
lor diuerſitatem non inducit, niſi ſit de ſub-
ſtantia, quia regulares Canonici Sancti Au-
guſtini variant in colore, & inuicem eligi
poſſunt in Prælatos Monaſteriorum, & in
quibuſdam religionibus eſt duplex color,
vnde videmus, quod Ciſtercienſes, & Gri-
ſeo, & albo colore, prout placet, vtuntur, *gl.
in d. Clem. 1. in verb. religionis & ibi in verb. vel
habitus, & ibi Can.* Concordat Concilium
Tridentinum, quod ſtatuit, vt regularia be-
neficia in titulum regularibus profeſſis pro-
uideri conſueta, cum vacare contigerint,
religioſis illius ordinis tantum, vel iis, qui ha-
bitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem e-
mittere teneantur, & non aliis, conferantur,
*c. regularia ſeſſ. 14. Garc. de benef. par. 7. cap. 10.
n. 8. & vſque ad nu. 16.* Idem ſanxit, vt mona-
ſteria commendata, quæ ſuos Conuentus
habent, vacantia non niſi regularibus eiuſ-
dem ordinis expreſſe profeſſis conferantur;
& ne fraus aliqua fieri poſſit, mandat vt in
prouiſionibus dictorum beneficiorum qua-
litas ſingulorum nominatim exprimatur,
aliterque facta prouiſio ſubreptitia eſſe cen-
ſeatur, nullaque ſubſequenti poſſeſſione e-
tiam triennali adiuuetur, *c. cum pluraque ſeſſ.
25.* Concordat quoque Stylus Curiæ, iuxta
quem beneficia regularia cathedralium ec-
cleſiarũ non conceduntur clericis ſæculari-
bus, niſi ad ſex menſes à die adeptæ poſſeſſio-
nis computandos, & deinde in titulum cum
oportuna habitus ſuſceptione, & profeſſio-
nis regularis emiſſione, *Mandoſ. de ſig. grat. tit.
prouiſiones verſ. beneficia regularia,* quæ proba-
tur ex mandato ad reſignandum Canoni-
catum, quem reſignans dicebat ſe obtinere,
*Achil. deciſ. xj. de probat. Bellam. deciſ. 76. c. cum
ſingula §. prohibemus de præb. in 6. & ibi Can.*
Præceptoria † quoque ſunt beneficia regu-
laria, quæ militibus ordinis S. Ioannis Hie- 36
roſolymitani, aut B. Mariæ Theutonicorum
profeſſis commendantur ad nutum magni
Magiſtri, & Conuentus manualia, quia iſti
verè ſunt religioſi, ſe ſuaque dedicant Deo,
tenentur ſtare obedientiæ, & diſpoſitioni
ſuperioris, & non poſſunt tenere proprium:
*c. cum deputati. & ibi Can. de iud. Mohed. deciſ. 10.
de cauſ. poſſ. & prop. per c. cum ad monaſterium §.
tales, & ibi Can. de ſtat. Monach. Bald. conſ.
170. numer. 2. libr. 2.* idem obtinet in Præ-
ceptoriis, ſiue Commendis ordinum diui



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, & ſimili-
um, in quibus milites profitentur caſtitatem
coniugalem, *Nauarr. de reddit. & eccleſ. quæſt. 1. monit. 55. per tot. & monit. 56. Garz. de benef. par. 1. c. 4. num. 6. & ſeqq.*

Tertia diuiſio eſt. Beneficiorum quædam
37 † dignitates perſonatus, officia ſunt, quæ-
dam canonicatus, præbenda, *c. de multa hoc tit. c. 1. de conſuet. in 6. & ibi late Gemin. nu. 6. & ſeqq.* Vicaria, Capellania, altare, oratorium, *c. fin. in princ. de conceſſ. præb. in 6. & ibi Canon.* vocantur Dignitas eſt quædam præeminentia cum adminiſtratione, & iuriſdictione, & eam obtinens propriè, & ſtrictè appellatur Prælatus, *c. cum ab eccleſiarum de off. ord. c. niſi eſſent hoc tit. l. honor. ff. de mun. & hon.* vt eſt prior Collegiatæ, vel Conuentualis Eccleſiæ, Abbas, Præpoſitus, Decanus, Archidiaconus, Archipresbyter, *c. 1. de æt. qual. &c. c. quamuis de verb. ſig. clem. 1. & ibi gl. in verb. Prælatum de elect. Clem. ne in agro §. 1. verſ. rurſus de ſtat. mon. Pan. in d. c. de multa num. 21. & ſeqq. & Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. Archid in c. 1. numer. 1. & 2. de conſuet. in 6. Franc. Aret. conſ. 23. in princ. vbi ponit tria ſigna dignitatis*, Perſonatus
38 minus † dicit quam dignitas, quia eſt qui-
dam honor ſine adminiſtratione, vt quia habet ſtallum in choro honorificum præ alijs; *l. ad Rempublicam, verſ. annus ff. de muner. & hon. c. audita de reſt. ſpol. in princ. & ibi Can. cap. fin. ne clerici, vel Monach. &c. Archid. in d. c. 1. n.*
39 *1. & 2. de conſuet. in 6.* Officium eſt † admini-
ſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, & abſque prærogatiua ſiue præeminentia, quale habent Sacriſta, Theſaurarius, &c. *c. 1. de conſuet. in 6. & ibi Archid. num. 6. & Can. Panor. in d. c. de multa numer. 21. & ſeqq. & ibi Can. Rot. deciſ. 9. hoc tit. in nou. Staphyl. de litt. grat. de mod. & form. impetr. tit. dignit. perſon. & off. diſt. Panor. in Clem. diſpendioſam num. 3. de iudic.* In his attendenda eſt conſuetudo eccleſiarum, & communis reputatio, vt tradunt Doct. *in locis citatis.* Verbum beneficium comprehendit dignitates in diſpoſitione iuris, *Clem. auditor & ibi gloſſ. in verb. beneficio, & Zab. num. xj. de reſcript.* & Priuilegijs, *c. tua nobis de verb. ſignif. c. ſi tibi conceſſo hoc tit. in 6.* ſecus in impetrationibus, *c. fin. hoc tit. c. quam-*
*uis eodem in 6.* Canonia † eſt ius, quod ori- 40
tur ex receptione in fratrem tribuens ius ad ea, quæ ad canonicatum pertinent, cum ſtallo in choro, & loco in Capitulo, & perceptione diſtributionum, & victualium, quæ præſentibus dantur, etiam antequam conſequantur præbendam, *c. dilectus 1. c. pro illorum in fin. & ibi gl. & vtrobique Can. hoc tit. c. fin. §. in illis, de conceſſ. præb. in 6. Felin. in c. cum N. num. 23 de conſtit. late Staphyl. de lit. grat. tit. de for. expectat. in princ. numer. 2. & ſeqq. Zab. in clem. fin. in 15. quæſt. hoc tit. Achill. in c. ſi quis numer. 3. 1. quæſt. 3.* nomen confratrum eſt proprium Canonicorum, *c. relatum hoc tit. notant Can. poſt gloſſ. in verb. receperunt in d. c. cum N. de conſtit. Rot. diuerſ. deciſ. 684. numer. 2. & 3. part. 1.* ſoli habentes ius canoniæ faciunt capitulum, & vnum corpus cum epiſcopo, *c. nouit. cap. quanto. de his quæ fiunt à Prælat.* obtinentes dignitatem vel perſonatum in eccleſia abſque canonicatu, non habent vocem in capitulo, *Panor. in c. ſcriptum num. 4. per illum text. de elect. Felin. in c. cum olim. & ibi Panor. & Can.*
*de re iud.* Præbenda † eſt quid temporale 41
debitum canonico ratione officij, & canoniæ, *c. relatum c. dilectus 1. & 2. hoc tit. c. ſi clericus c. ſi poſtquam eodem in 6. c. cum ſuper quæſtione de conceſſ. præben. Alph. Hoieda de benef. in comp. part. 1. cap. 12.* ſi habet annexum canonicatum ratione canoniæ dicitur ius ſpirituale, *c. dilecto hoc tit. & ibi Pan. num. 6.* ſingulariter conſiderata conſiſtit in mera temporalitate, & laicus eam habere poteſt, *d. c. cum M. & ibi gl. in verb. receperunt & Can. Caputaq. deciſ. 356. part. 2.*

*part.2.* licet laicus non ſit capax canoniæ, *c. cum in eccleſiæ de inſtit, Felin.in d.c.cum M. num.* 13.14.15.*&* 16. ius autem monachatus cadit in laicum: *Innoc.in c.2.de inſtit. & ibi Pan. nu.6.& ſeqq.Vitall.in Clem. vt hi qui nu 13.de æt qual.&c.* omnis Canonicus debet habere præbendam, ſed non conuertitur, quia poteſt quis eſſe præbendarius, & non Canonicus, *c.ſuper ſpecula de magiſtr. &c.* Sola enim perceptio Salarij non facit decurionem, *l. ſola Salarij ff.de decurion.alias incipit l. Herennius,* Præbendarum aliæ ſunt diſtinctæ à canonicatibus, *c.fin.de conſuetud.in 6.* aliæ ſunt añexæ canonicatibus, *c.ſi clericus hoc tit.in 6.cap.quia ſæpe in fin.& ibi poſt gl.Can.eod,tit.& lib.* Primo caſu ſi Canonicus præbendatus impetrat gratiam de aliquo beneficio facta mentione de præbenda, & non de Canonicatu, gratia valida eſt, nec cenſetur ſubreptitia, ſed ſubreptitia eſt, ſi fecerit mentionem de Canonicatu, & non de præbenda, habet plus commodi, & temporalitatis, quam Canonicatus, *Felin.in c.cum adeo num. 1.de reſcript. Rot.dec.33.de reſcript.in nou.& dec.72. eod.in antiq.Rot.Biſign.deciſ.2. hoc titul.* Secundo caſu quando quis conſequitur præbendam, eo ipſo, quod habet Canonicatum, non eſt opus facere mentionem de præbenda, quia ſunt annexæ Canonicatibus, & ſunt de iure, & pertinentiis ipſorum, *Felin.in d.cap.cum adeo ſub nu.1.& in d.c.cum M.nu 16. Rot.d.dec. 33.de reſcript.in nou.* In eadem eccleſia quis duas præbendas non poteſt obtinere, *c.litteras veſtras de conceſſ.præb.Clem ſi iuxta de præb.* & per aſſecutionem ſecundæ vacat prima, *c.fin. de conſuet.in 6.* In quibuſdam Eccleſiis non eſt certus portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio, ſed procedunt in redditibus communibus, quæ ſolent diuidi inter canonicos, & beneficiatos, *cap. ſtatuimus & ibi gl.& DD.de maior.& obed.cap.ex parte,& ibi gl.in verb.diſtincta de conceſſ.præb.cap. dilectus 1.& ibi Panor. num.8. hoc tit.* ſiue in domibus ſuis, ſiue in congregatione viuentes: *c. Sacerdos 1.quæſt. 2.* & harum quædam ſunt numeratæ, quia habent certum Canonicorum numerum, *c.fin.§.præſenti, de conceſſ. præb. in 6.* firmatum auctoritate ſuperioris, iuramento, ſeu conſuetudine, *Ioan. And.& Hoſt. in c.ex parte de conceſſ.præb, Rot.deciſ.9.de probat. in antiq.* aliæ non ſunt numeratæ, *cap. dilecto, verſ.præterea, hoc tit.& ibi Pan.num.9. & Can. pulchre & late Rot.deciſ.6.in princ.per duas col. de conſuet.in nou.* Præbendæ veniunt appellatione beneficiorum, *c.fin.§.fin.& ibi Franc. n.2.de conceſſ.præb.in 6.* tam collegiatæ, quàm cathedralis eccleſiæ, *Felin.in c.poſtulaſti num. 4.& in fin.3 fall.de reſcript.Rot.deciſ.8.de conceſſ.præb.in nou. dicens in fine capit.quamuis hoc titul.in 6.ſeruandum eſſe in ſuis terminis,* Limita quia gratia facta alicui de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis ad cathedralem eccleſiam propter ipſius honorem ſe non extend t, gratia vero facta alicui in aliqua eccleſiarum prouinciæ, & metropolitanam & cæteras cathedrales eccleſias includit, quia vberior hoc caſu quã alio eſt gratia, *c.quamuis § pen.& fin. hoc tit. in 6.* nam diœceſis & ciuitas ſunt correlatiua, ſed prouincia non eſt correlatiua ciuitatum, ſed illarum collectiua, ſiue concluſiua, ita quod propriam ciuitatem etiam includat, *Anchar.in d.c.quamuis in 6.not.* Item in materia ſtricta appellatione beneficii non venit præbẽda, *c.1.de fil.presb.in 6.& ibi monach. & Can.Rot.dec.1 eod.in nou.Felin.in c.poſtulaſti ſub nu.4.verſ.ſecunda concluſio, de reſcript.vbi ponit quinque fall.* Epiſcopus & Capitulum † 42
numerum Canonicorum, vel præbendarum minuere, aut dignitatem ſupprimere non poſſunt ſine cauſa, *c.ex parte de conſtitut.* cum cauſa poſſunt; & ex decretis Concilij

Triden-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tridentini, in eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, vbi frequentes, adeoque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant, aliquas præbendes poſſunt ſupprimere, ita tamen vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati eccleſiaſticæ valeant reſpondere cum patronorum conſenſu, ſi de iurepatronatus laicorum ſint, quarum prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, non obſtantibus quibuſcumque etiam priuilegiis, reſeruatione etiam ſpeciali & affectione, neque dictæ ſuppreſſiones tolli, aut impediri poſſunt ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis derogationibus, aut ſuſpenſionibus, *cap. in eccleſiis ſeß.* 24. Item poſſunt numerum præbendarum minuere ob diminutionem redditunm, *c. quoniam vt ait, de vit. & honeſt. cler. gloſſ. in d. c. ex parte in verb. diminuti Felin in c. cum acceßiſſent n. 17. Bald. num. 20. & Can. communiter de conſtit. Greg. xv. dec. 483. & ibi annot.* etiamſi à Papa fuiſſet præfixus numerus, vel dignitas creata, ſicut è conuerſo non obſtante confirmatione Apoſtolica poſſunt numerum augere, quoddam ius ſpirituale de nouo creando, *c. dilecto §. preterea, verſ. quemquam interdum hi de præb. cap. ex parte de conceſſ. præb.* ſine præiudicio præbendarum diuiſarum, *c. cum M. de conſtit. & ibi poſt glo. in verb. nihil perciperent Can. Garz. de beneſ. part. 12. c. 1. per totum,* auctis facultatibus, *d. cap. cum M. & Panor. in c. cum acceßiſſent num. 4. & ibi Fel. nu. 7. de conſtit. Pan. in d. cap dilecto ſub num. 10. hoc tit.* etiam Canonicatibus, & dignitatibus plenis, *d. c. cum M.* quia dominium fructuum ſpectat ad eos, & ideo vt domini poſſunt de ipſis diſponere, *l. in re mandata C. mandati Felin. in c. cum omnes ſub num. 9. de conſtit. poſt gl. in verb. induſtriam Greg. xv. dec. 29. c. fin. de verb. ſignif.* quod collatio non tollit, *Corn. conſ. 225. num. 2. lib. 1. c. cum olim & ibi gl. in verb. præiudiciam & Can. de conſuet. c. 1. & ibi poſt gl. Can. de inſtit.* niſi per ſuperiorem in confirmatione appoſita fuerit clauſula decreti decernentis irritum &c. aut numerus ſit iuramento firmatus: *c. 1. §. ex parte, & ibi gloſſ. in verb. & irritum de conceß. præb. in 6. Zab. in Clem. 1. num. 5. & 6. de conceſſ. præb. Pan. in d. c. dilecto nu. 14. hoc tit. per illum text.* nam licet in Cathedrali, ſeu collegiata eccleſia fuiſſent ſolum decem canonici per magnum tempus, non propterea probatur certus canonicorum numerus, niſi alias probaretur auctoritate ſuperioris, vel iuramento, ſeu ſtatuto firmatus: *Ioan. Andr. in c. ex parte numer. 6 de conceſſ. præb. & ibi Can. Rot. deciſ. 9. de probat. in antiq.* præterea epiſcopus, & capitulum poſſunt dignitatem ſemel extinctam reintegrare, & reſtituere cum aſſignatione dotis, *d. c. cum acceßiſſent, & ibi gloſſ. fin. Felin. num. 14. & 15. & Can.* creare vero dignitatem omnino nouá non poſſunt, quia erectio dignitatis nouæ pertinet ad Papam, *c. 1. & ibi gloſ. 1. diſt. 22.* inferiorum beneficiorum erectio ſpectat ad epiſcopum, *cap. nemo eccleſiam de conſecrat. diſt. 1. glo. 1. in fin. & Clem. 2. de decim.* omnes autem erectiones in dataria Apoſtolica dátur cum clauſula *ſine alicuius præiudicio, c. eccleſia antiquitus & c. ſeq. 16. q. 1. c. 1. ante fin. de nou. op. nunc. c. cum olim in fin. de elect. c. ad audientiam 1. de eccleſ. ædif. extrauag. ad Apoſtolatus de conceſſ. præb. inter Ioannis 22.* quæ intelligenda eſt de alio præiudicio, quam in gratia expreſſo; *Bart. in l. fin. §. idem quæſitum eſt num. 3. & 4. ff. de cond. ind. & ibi DD.* quando Decanus, & Capitulum ſupplicant, additur, & de conſenſu ordinarii, *Mand. de ſig. grat. tit. erectiones, verſ. quand. Decanus,* Vicaria † Capel- 41
lania, Altare, Oratorium, ſunt beneficia eccleſia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cleſiaſtica, quando dantur clerico in titulum perpetuum, *Clem.2.& ibi gloſſ.1.in fin.de decim. Gemin.in cap.1.num.14.de conſuet.in 6. Caſ.deciſ.13.num.10.hoc tit. Sarnen.in reg.de infir.&c. quæſt.23.c ex parte el.2.& ibi Felin. in princ. Dec. numer.2.& ſeqq. & Can.de reſcript.* etiam vbi ſingulis annis Capellanus præſentari Epiſcopo, & ab eo idem vel alius Capellanus ad dictam præſentationem recipi debeat, *Rot. Faſtol.dub.56.Fel.in c.ex parte el.num.3.in fin.de reſcript.c presbyteri de Capel.monach.* Hoſpitale
44 † aliud eſt priuatum, ſiue prophanum, ſeu laicale, aliud eſt publicum, ſiue religioſum: Laicale cenſetur, quando inſtitutio, & deſtitutio Rectoris pertinet ad laicos, *c.inter dilectos de donat.& ibi Pan.num.12.Imol.num.8. Bald.in Auth.hoc ius porrectum nu.xj.C.de ſacroſ. eccleſ.Felin.in c.de quarta nu.5.de præſcript. Rom. conſ.477.nu.8.& ſeqq.Rot.diuerſ.deciſ.725.nu.1.par.1.* Collegium in eo tenentium hoſpitalitatem eſt licitum, *Panor.in c.dilectos nu.10.* Religioſum eſt, quando ædificatum, vel deputatum eſt ad hoſpitalitatem auctoritate epiſcopi, aut rectoris inſtitutio, & deſtitutio pertinet ad epiſcopum, *c.de xenodochijs c. ad hæc de relig.domib.* aut impetratur à ſummo Pontifice, vel in eo miſſa publica celebratur; *Clem.per litteras, & ibi gloſſ.in verb. eccleſias, & Can.hoc tit. Felin.in d.c.de quarta num.12.de præſcript.Rot.diuerſ.deciſ.725.nu.2.3.& 4.par.1. plures cumulans.* indiſtincte ſiue laicale, ſiue religioſum poteſt committi tam clericis ſæcularibus quam laicis viris prouidis idoneis, & boni teſtimonij in regimen, *Clem.quia contingit §.1.& ibi gl.in verb.ſæcularib.de relig. dom. & ibi Zabar.nu 5.& ſeqq.Imol.ſub nu.12.Pan. in d c.de xenodochijs num.4. Rot.diuerſ.deciſ.725. nu.6.& ſeqq.plures cumulans,* quia dicta Clem.
43 *quia contingit,* intelligitur in hoſpitalibus in genere, *Zab.in d.Clem.quia contingit in 2.not. Rot.diuerſ.dec.302.in princ.par.2.* non tamen vltra triennium vni & eidem perſonæ, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur, non obſtante quacumque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium etiam immemorabili, ſeu priuilegijs, & indultis quibuſcumque: *c.admonet § fin.ſeſſ.25.* omiſſio iuramenti, Inuentarij, annuæ redditionis rationis, cæterarumque ſolemnitatum dicta Clem. non immutans naturam hoſpitalis, ſed operatur, vt ad illas obſeruandum adminiſtratores poſſint cogi per ordinariū, vel poſſint repelli à iudicio, *Zab.in d.Clem.quia contingit §.ill: numer.1.verſ.6.quæro & ibi Can. Rot.diuerſ.deciſ.302.num.3.par 2. Greg.15. deciſ.31.num.4.& ſeqq* & annullari geſta in præiudicium hoſpitalis ac proceſſus cum adminiſtratore aut conſtituto ab eo, actore habitus in præiudicium hoſpitalis, *l.legitimos & ibi Bart.in princ. & in fin.ff.de legit.tutor.l.tutor. qui repertorium & ibi Bart. & DD.ff de admin. & peric.tut.* Caputaq.*deciſ.324. Greg.xv.deciſ.530 & deciſ.574.Mynſ.obſ.7.cent.2.vbi limitat vno modo,* & ideo licet ſint deſcripta inter beneficia eccleſiaſtica diœceſis, aut in libro collectorum decimarum papalium, *Rot.d.deciſ.725.nu.10.& 11.Clem.quia contingit §. vt autem, & ibidem Anch & DD.de relig.dom.* appellatione beneficiorum non veniunt, & in titulum conferri non poſſunt, etiamſi de conſuetudine hoc fuerit obſeruatum, quæ eſt reprobata, niſi in illorum fundationibus ſecus inſtitutum fuerit, ſeu per electionem per ſuperiorem confirmandam ſit de rectore prouidendum, quibus duobus caſibus non includuntur ſub litteris generalibus à ſede Apoſtolica, vel legatis ipſius etiam motu proprio ſuper prouiſione quorumcumque clericorum directis, aut ſuper reſeruatione fructuum beneficiorum, niſi ſpecialiter exprimantur, *Clem.per litteras, & ibi gloſſ. ſuper verb.ſuper prouiſione & glo.ſeq.& gl in verb.*

*prouideri hoc tit. & ibi Can. communiter.* ſed poſſunt dari in titulum, & veniunt appellatione beneficiorum, ac alias collatio, prouiſio, ordinatio omni caret roboris firmitate, *d. Clem. quia contingit* §. 1. *& ibi Anch. numer.* 10. *Pan. num.* 15. *& Can. communiter.* Ratio diuerſitatis eſt, quia redditus hoſpitalium, quando dantur in regimen, ſiue adminiſtrationem principaliter deputantur ad vſum pauperum, ſecundario ad cultum diuinum, & illi, quibus hoſpitalia commiſſa ſunt, tenentur ordinarijs, & alijs, quibus ſubſunt hoſpitalia, vel deputandis ab eis ſingulis annis de adminiſtratione ſua reddere rationem, *d. Clem. quia contingit. Anchar. in Clem. per litteras numer.* 7. *hoc titul. c. adminiſtratores ſeſſ.* 22. *c. fin. ſeß.* 7. Et ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperint, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgetur: *d. c. admonet* §. *fin. ſeſſ.* 28. Sed quando dantur hoſpitalia in titulum, redditus deputantur acceſſorie ad vſum pauperum, principaliter autem ad cultum diuinum, & ad officium, quod eſt annexum beneficio, & Rectores faciunt fructus ſuos, nec tenentur ad annuam rationem *Zab. in d. c. Clem. per litteras numer.* 12. *verſ. decimo quinto quæro. Vital. in d. Clem. quia contingit numer.* 5. *& ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ.* 714. *num.* 10 *& ſeqq. part.* 1. In dubio quando non conſtat, an ſit hoſpitale, vel beneficium, magis præſumitur hoſpitale; & dicens hoſpitale eſſe beneficium, tenetur illud probare; *Mohed. deciſ.* 18. *de cauſ. poſſ. & propr. Rot. diuerſ. deciſ.* 106. *numer.* 6 *par.* 2. *gloſ. in Clem. per litteras in verb. Eccleſias, & ibi DD. communiter.* Quando autem eſt certa exiſtentia hoſpitalis, ſed dubitatur de eius qualitate, an ſit laicale, an religioſum, ſiue eccleſiaſticum, tunc inſpici debet ſtatus poſſeſſionis ſubſecutæ, *arg. c. cum venißent, & ibi gloſ. in verb. probatum, & Can. de inſtit. Zab. in d. Clem. per litteras in* 2. *opp. Cald. conſ.* 4. *circa medium de relig. dom. Roman. Conſ.* 477. *Rot. diuerſ. deciſ.* 106. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 2. forma conceſſionis, *Gemin. in c. fin. nu.* 20. *de elect. in* 6. *Rot. diuerſ. deciſ.* 714. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 1. *& deciſ.* 154. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 2. Verba & clauſulæ prouiſionis. *Zab. in d. clem. per litteras ſub num.* 2. *verſ. quæro de ratione huius deciſionis hoc tit. Rot. diuerſ. deciſ.* 114. *&* 122. *num.* 4. *& ſeqq. &* 302. *num.* 2. *part.* 2. Publica hoſpitalia comparantur Eccleſijs in nouemdecim caſibus enumeratis per Felin. *in c. de quarta numer.* 3. *& ſeqq. de præſcript.* Hoſpitalia priuata non gaudent priuilegio Eccleſiarum *Felin. in d. c. de quarta numer.* 9. *& ſeq.* Hoſpitalia religioſa etiam habentia Eccleſias vel capellas, decimas, aut alia iura ſpiritualia, (quæ hoſpitali priuato non poſſunt accedere) *Felin. in d. c. de quarta num.* 9. *& ſeq.* ita quod veniant iure acceſſorij, & ipſa hoſpitalia ſint principalia, non poſſunt conferri in titulum, ſed tantum debent committi in adminiſtrationem, quia eccleſiæ & capellæ ſequuntur naturam hoſpitalium, *Anch. in d. Clem. per litteras numer.* 4 *per l. etſi non ſunt* §. *fin. in fin. ff. de aur. & arg. mund. in l. in mod. ff. de contrah. empt. & vend.* Si vero Eccleſiæ, & capellæ ſint principales habentes annexum hoſpitale, tunc in totum conferri poſſunt, ſicut & aliæ Eccleſiæ, & hoſpitalia veniunt iure acceſſorij, *c. ſuper eo hoc tit. in* 6. *c. ſuper gratia de off. deleg. c. acceſſorium de reg. iur. in* 6. *& ibi not. glo. in d. Clem. per litteras in verbo Eccleſias, & ibi Can. communiter.* In dubio quando extat hoſpitale, & Eccleſia, & neſcitur quid ſit principale, & quid acceſſorium, ſi apparet poſſeſſio, vel denominatio, per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequemur, *l. ſi vt habiliter, l. ſi quando ff. de aur. & arg. mund. & c. cap. cum de beneficio, hoc tit. in* 6. *c. per tuas de prob. Pan. in d. Clem. per litteras numer.* 5. *Anchar.*

*char.numer.*10. *& Can.communiter hoc tit.*, *Rot.*
*diuerſ.deciſ.*106.*numer.*2. *& ſeqq.& deciſ.*114.
*numer.*4.*& plurib.ſeqq.par.*2.ſi de illis non ap-
pareat, hoſpitale in titulum non poteſt con-
ferri, conſtat enim de hoſpitali, nec conſtat
illud eſſe acceſſorium eccleſiæ; nam etſi hoſ-
pitale & eccleſia eſſent annexa, ita quod
neutrum eſſet principale in titulum con-
ferri non poteſt, *c.*1. *& ibi glo* 2. *& Can. ne ſed.*
*vac.aliq.in nou.& c.c.ſi capitul.& ibi gloſſ.in verb.*
*factam in fin de conceſſ.præb.in* 6 *Zab.in d.Clem.*
*per literas in* 17.*quæſt.Rot.diuerſ.deciſ.*114.*num.*
7.*& ſeqq. par.* 2. quia quando concurrunt
duo, quorum vnum ſe habet prohibendo,
aliud permittendo, vel vnum negatiue, a-
liud affirmatiue, plus operatur negatio, *glo.*
*in d.c.cum dilectus, in verbo à ſuſpenſis verſ. alij di-*
*cunt, & melius de conſuet & Can.* & impetranti
hoſpitale, tanquam beneficium in titulum,
ſiue ſit actor, ſiue ſit reus, incumbit onus
probandi hoſpitale eſſe annexum eccleſiæ
iure acceſſionis, vel ex annexione, vel ex
ſubſecuta poſſeſſione, quia ius commune
militat contra ipſum *Vital.in d.Clem.per lit-*
*teras numer.*23.*&* 24.*& ibi Anchar. numer.*10.
*in fin.& Can.Rot.d.deciſ.*114.*numer.*9. *& ſeqq.*
45 *part.*2.Idem iuris eſt † in operaria fabrica, &
eleemoſinarijs eccleſiarum, *d.Clem.per litte-*
*ras,& ibi Vital.num* 30.*&* 31.*Zab numer.*11.*&*
12 *& Can communiter Mohed.dec.*1. *de off.vic.c.*
*admonet §.illis ſeſſ.*25.
46 Quarta beneficiorum diuiſio eſt. Alia †
47 ſunt perpetua alia manualia † quædam de
menſa, quædam pleno iure ſubiecta alteri,
licet Epiſcopus aliqua temporalia ibi reci-
piat, *c.cum venerabilis de Cenſ.glo.in c.quoniam in*
*verbo vtroque iure in fin.de priuileg.* aliqua tem-
poralia: ſæcularia perpetua ſunt, & perpe-
tuo & non ad tempus collata cenſentur, *c.*
*præcepta* 55.*diſt.c.veniens,& ibi poſt glo.pen & fin.*
*Can.de fil.presbyt.ord.& c.c.pen.& ibi glo.fin.* &
*Can.de cler.ægrot.Caſſad.deciſ.*4.*num.*2.*hoc tit.*
Epiſcopus beneficium ſimplex ſæculare per-
petuum ex iuſta cauſa de conſenſu patroni
laici poteſt facere manuale, & amouibile ad
nutum patroni, *arg.c.laici & c.inuentum* 16.
*quæſt.*7.*Nauarr.Conſ.*9.*de off.ord.* ſed extingui-
tur beneficium, quod debet eſſe perpetuum,
& ordinarius deſinit habere ius inſtituendi,
quod non quæritur patrono, qui etiam per-
dit ius præſentandi ad beneficium, quia non
eſt tale, ſed libertatem quærit ponendi, &
tollendi, quem & quoties voluerit, & eſt ſer-
uitium manuale temporarium, *Nauarr. d.*
*Conſ.*9.*de off.ord.* Regularia naturaliter ma-
nualia ſunt, *cum ad monaſterium §.tales de ſtat.*
*monach. Mand reg.*5.*reſeru.quæſt.*10.*num.*5.*&*
*quæſt.*11.*num.*2.*&* 3.*Gonzal.ſuper reg. Cancell.*
*de menſ.& alter.glo.*5.*§.*6.*numer.*5.*& plur.ſeqq.*
ac etiam perceptoriæ, & commendæ mili-
tiarum, S.Ioannis Hieroſolymitani Meli-
tenſis, ac B.Mariæ Theutonicorum, *Greg.*15.
*deciſ.*109.*nu.*2 *&* 3.*Gonzal.ſuper reg.de menſ.&*
*alter.gl.*8.*nu.*7.*Put.dec.*382.*lib.*1.*c.cum deputati*
*& ibi Panor.in* 1 *not.& latius numer.*7. *& Can.*
*communiter de iud.* exceptis electiuis vel cura-
tis, quæ ſunt perpetua, & collatiua, licet ſint
alteri ſubiecta, *cap.*2.*§.priores, & ibi gl.in verbo*
*non mutentur de ſtat.monach. & ibi Pan.ſub nu.*
5.*glo.in c.cum ſingula, in verb.ineligibilis hoc tit.*
*in* 6.*Bellam.deciſ.*203. *Caſſad.deciſ.*4.*numer.*3.
*& deciſ.*12.*num.*9.*hoc tit. Imol.in Clem.*1.*ſub*
*num.*4.*D.de ſuppl.neglig.Prælat.* Vnde in paro-
chiali Eccleſia ex regularitate non recte in-
fertur ad manualitatem, *cap.conſtitutis, & ibi*
*Panormit.in* 2 *not.de elect. Felin. in cap.per tuas*
*ſub num.*4.*verſ. ſi tamen eſſet prioratus perpetuus*
*de maior.& obed.Rot.Farin.deciſ.*546.*part.*1. vt
latius ſuo loco dicetur. Poſſunt permutari,
*Pan.in c.cum olim.nu.*2.*in fin.de rer.permut.* Va-
cant per obitum, reſignationem, & amotio-
nē, ſicut ſæcularia beneficia, *gl.in Clem.vnica,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in verbo reuocari, verſ. & ſcias &c. de ſuppl. neglig. pral. & ibi Card. in §. promiſſa num. 8. Vital. nu.*
3 *9. Pan. nu. 17.* Beneficia quæ ſunt pleno † iure quoad temporalia, & ſpiritualia, vt fructus omnes in proprios vſus conuertantur de menſa monaſterij, prælaturæ, dignitatis, non dicuntur vacare per mortem illius, qui conduxit eccleſiam, vel beneficium menſale ad firmam, quia Abbates fructus talium poſſunt vendere, & locare, *glo in d. Clem. vnica in verb. de menſa, & ibi Can.* Imo non vacant ex perſona Vicarij deſeruientis curæ, *Clem. 1. § quidam etiam Eccleſias curam, de exceß. pral. Clem. 1. & ibi glo. in verbo de menſa: Vital. in §. præmiſſa nu. 4. & Can. de ſuppl. neglig. pral. Franc. Aret. Conſ. 63. num. 3. Clem. 1. & ibi glo. in verbo haberent de reſcript. Petr. de Peruſ. de vnion. Eccleſ. c. 9. num. 2. & ſeqq.* neque per obitum prælati conferentis Vicariam, *Vital. in Clem. 1. §. præmiſſa, num. 4. de ſuppl. neglig. pral. Æneas de Falcon. de reſeruat. benef. quaſt. 3. princ. numer. 1. & 2.* quando Prælatus ſimpliciter contulit, quia præſumitur durare in eadem voluntate, in qua decedit, ſecus ſi prælatus conceſſit ad beneplacitum ſuum, nam tunc per mortem reuocatur ipſo facto, quia beneplacitum morte extinguitur, *cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6. pulchre Panorm. in c. fin. numer. 6. de reſcript. Panorm. in cap. fin. numer. 6. de precar.* ideoque non veniunt ſub generali reſeruatione, vel affectione etiam, *c. 2. de præb. in 6.* tum etiam propter manualitatem, *Æneas de falcon. de reſeru. benef. 3. quaſt. princip. num. 25. Felin. in c. per tuas ſub nu. 4. de maior. & obed.* & titulus curæ animarum, & omnium reſidet in perſona Prælati, cuius dicta Eccleſia eſt menſalis, quam conſequitur eo ipſo quod aſſumit curam prælaturæ, *Anch. in Clem. 1. num. 16. de exceſſ. pral. & Vital. numer. 81. & Canon. Extrauag. execrabilis §. fin. de præb. inter Communes.* & deſeruit per Vicarium temporalem etiam in curatis, penes quem non eſt cura aliquo modo, *Rot decis. 21. de præb. in antiq. glo. in c. cum & plantare §. in Eccleſiis de priuil. C. in Lateranenſi de præb. & ibi Innocent. numer. 3* ſed nudum curæ exercitium, *gloſſ. communiter approbata in Clem. 1. in verbo menſam, & ibi Panormit. numer. 17. & Canon. de exceſſ. pral. Rot. deciſ. 2. numer. 2. de exceß. pral. in nou.* & rector vocari poteſt, quia Eccleſia in titulum, ſeu beneficium non confertur illi, ſed nuda adminiſtratio, *Clem. quia contingit, in princ. & §. vt præmiſſa de relig. domib.* & licet manualis, & menſalis ſit, tamen conferri dicitur, *Clem. 1. de ſuppl. neglig. pral. Staph. de lit. grat. tit. de mod. prouiſ. num. 16. ver. prædicta.* Si vero † ſpectant ad menſam 49
quoad temporalia, & recipiunt ſuperioris inſtitutionem, quoad regimen Eccleſiæ, vel ſaltem populi, tunc in eis ponitur Vicarius perpetuus aſſignata congrua. *gloſſ. communiter approbata in Clem. 1. in verbo ad menſam, in fin. de exceſſ. pral. & ibi Pan. numer. 17. Anchar. numer. 16.* Quando Eccleſia † pleno iure 50
ſubiectionis ſpectat ad aliquos, propterea non dicitur de menſa, licet enim Rector talis eccleſiæ inſtitutionem & deſtitutionem ab illis recipiat, & ab illis viſitetur, etiam quoad temporalia, non tamen poſſunt fructus in ſuos vſus conuertere, niſi illam habeant in menſam, vel in ſuos vſus conuertendam, *cap. cum & plantare § in Eccleſiis, & ibi glo. in verbo pleno iure c. quoniam & ibi gloſſ. 1. de priuil. Clem. 1. §. quidam & ibi gloſſ. in verbo ad menſam, verſ. nec putes quod eccleſia de priuil. & vtrobique Can.* Temporalia ſunt, quæ † ex con- 51
ſtitutione eccleſiæ poſt annum, aut aliud certum tempus vacare cenſentur, etiamſi conferantur à Papa, *L. 19. alleg. 9. vbi primo recenſet rationes cuiuſdam Doct. deinde eas reprobat.*

Quinta beneficiorum diuiſio eſt. Sæcularium beneficiorum † quædam ſunt libera, 52
alia patrimonialia, alia affecta. Libera ſunt, quæ

quæ ſpectant ad liberam diſpoſitionem ip-
ſius Prælati, qualia omnia præſumuntur. *c. omnes baſilicæ, & c. ſeqq. 16. quæſt. 7. Innocent. in c. cum venerabilis n. 4. de except. Caſſad. deciſ. 4. nu. 7. de probat. Garz. de benef. part. 5. cap. 4. nu. 95.*
53 Patrimonialia † dupliciter conſiderantur,
quia aliqua pertinent ad præſentationem
electionem, ſeu nominationem patrono-
rum, & ſola inſtitutio pertinet ad epiſco-
pum, *Put. deciſ. 158. lib. 2.* alia ſunt quæ perti-
nent ad liberam collationem ordinarij, ſed
ex conceſſione apoſtolica, vel ſtatutis, aut
ſynodalibus conſtitutionibus natis, ſeu de-
gentibus in tali patria, parochia, villa, vel
caſtro &c. conferri neceſſaria debent, ſic di-
cta, quia inſtituta fuerunt à parentibus, ſeu
maioribus eorum, quibus poſtea tanquam
filijs patrimonialibus conferenda ſunt; *Caſ-
ſad. deciſ. 18. hoc tit. tex. in l. in Eccleſijs C. de epiſc. & cler. c. bonæ memoriæ 2. § intelleximus de poſtul. prælat. gl. fin. in c. ſi proponente de reſcript. & ibi Canon. Put. deciſ. 158. lib. 2. Garz. de benef. part. 7. cap. 9. per totum &c.* qualia ſunt in hiſpanijs,
ad quæ, occurrente illorum vacatione, plu-
ribus concurrentibus, filij patrimoniales ſi-
ue naturales oriundi ex dictis locis ſe ſhui-
cem opponunt, & oppoſitio talis habetur
loco acceptationis, ac ordinarius cauſa co-
gnita, & diſcuſſo quis ſit habilior, declarat
talem magis habilem & illi beneficium de-
beri, mandatque illud in poſſeſſionem mitti,
*Mohed. deciſ. 12. n. 2. hoc tit. Mand. in reg. 19. re-
ſeruat. n. 17. & ſeqq. & n. 21. facit c. nec immeritis c. nullus inuitis. & ibi gl. in verbo ciuitatis 61. diſt. & ibi Can. late Garc. de benef. part. 4. cap. 3. à nu. 61. vſque ad fin.* inter illos quadragenarij, ſi
ſint idonei, id eſt, bene legant, aliquantulum
cantent, & parum conſtruant, præferuntur
alijs magis idoneis, *Creſcent. deciſ. 12. de conceſſ. præb. gl. in Clem. 1. de conceſſ. præb. & ibi Can com-
muniter,* Agens vt filius patrimonialis debet
probare ſe talem, nec per aſſertionem epiſ-
copi probat ſe eſſe patrimonialem filium,
*Caputaq. deciſ. 308. part. 2. l. non ignorat, & ibi poſt gl. fin. DD. C. qui accuſ. non poſ.* Impetrans
huiuſmodi patrimoniale à Papa non tene-
tur facere mentionem de oppoſitione per
filios patrimoniales coràm ordinario facta,
quia per eam non acquiritur ius in re vel ad
rem, cum ex facto proprio ius alicui in bene-
ficio, vel ad beneficium non poſſit acquiri,
*c. fin. de Inſtit. c. per noſtras de Iurepatr. cap. cum in iure, & ibi gl. fin. in fin. de elect.* Dy ſententia ca-
nonizatoria appoſitionis alterius, in qua al-
ter per ordinarium inſtituitur, tenetur face-
re mentionem, quod per eam ius in re eſt
quæſitum, non obſtante quod à tali ſenten-
tia prouidetur de beneficio, *Clem. auditor, & ibi not. de reſcript. Caſſad. deciſ. 8. hoc tit. poſt numer. 6.* Item tenetur facere mentionem de
lite, ſi qua eſt tempore impetrationis apo-
ſtolicæ inter opponentes bene introductæ,
*Felin. in cap. cum noſtra de reſcript. 15. Corol.*
quando impetratio cederet in præiudicium
iuris litigatorum, *Caſſad. d. deciſ. 18. num. 6 hoc tit l. 2. § 1 & §. ſi quis à principe ff ne quid in loc. publ. Oldrad. Conſ. 299.* De his beneficijs pa-
trimonialibus iudicatur, vt de alijs, quia &
indulta Cardinalium, *Caputaq. deciſ. 66. part. 1. cap. hortamur 71. diſt. cap. fin. de cleric. peregr.* &
regula de reſeruationibus menſium eadem
comprehendunt, *Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 12. mand. in reg. 19. reſeruat. quæſt. 15.* Sententia de-
clarans beneficium eſſe patrimoniale, vel
non, facit ius quoad omnes, quia lata in cau-
ſa ſtatus, *l. ingenium ff. de ſtat. homin. & ibi DD. Achil. deciſ. 5 de ſent. & re iud.* Affecta † ſunt 54
aliquando reſpectu eius, qui habet confer-
re, puta ſummi Pontificis, qualis differt à
reſeruatione, quia in beneficio reſeruato ex-
preſſa diſpoſitio Papæ reſeruat, quod non
eſt in affecto, *Mohed. deciſ. 9. ſub num. 1. hoc tit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AEneas de Falcon. de reſcr. Pap. & leg. in 3. præiud. Affectionem inducunt commenda ſiue ſit temporalis, ſiue perpetua, ita quod inferior non poſſit ſe intromittere, c. vt noſtrum de appell. c. cum nobis olim. in fin. de elect. cap. is cui & ibi gl. in verbo Confirmatus eod. in 6. Caſſad. deciſ. 2. de vnion. num. 12. & ſeqq. Mohed. deciſ. 9. nu. 3. & 4. hoc tit. Siue fuit de beneficio vacante, ſiue Papa det alicui facultatem retinendi in commendam beneficium, quod in titulum obtinebat, Creſc. deciſ. 4. hoc tit. Felin. in c. in noſtra ſub n. 2. verſ. ſecundo intellige de reſcript. & ibi Can. Roman. Conſ. 250. num. 13. & 14. dato in procurationem, d. c. cum nobis olim. de elect. in fin. cap. is cui & ibi gloſſ. in verbo Confirmatus eod. in 6. Clauſulæ in gratia poſitæ, quæ ordinarij diſpoſitionem impediunt, aut annullent, iuxta cap. ſi ſolicite de conceſſ. preb. in 6. iuncta Clem. 1. de conceſſion. preb. Put. deciſ. 149. num. 3. lib. 1. Card. in Clem. ſi beneficio in 1. oppoſ. hoc tit. Mandatum factum electoribus, ne ad electionem procedant, c. ſi eo tempore de elect. in 6. Priuatio facta auctoritate, vel iuſſu Papæ, AEn. de Falcon. de reſer. Pap. & leg. in 3. quæſt. principali ſub num. 12. Quædam officia ſedis Apoſtolicæ, vt collectorum, ſubcollectorum &c. duratque affectio, licet quis remoueatur, ſiue priuetur officio quacumque cauſa, propter quod eius beneficia fuerunt effecta, Rot. deciſ. 13. 15. 31. hoc tit. in antiquior. Manus appoſitio Papæ, eo ipſo quod ſignet ſupplicationem, ſiue prouideat, ſiue mandet prouideri, vel alias diſponat de vacanti, vel vacaturo, certo vel incerto, afficit beneficium, & ligat manus inferioris, d. c. vt noſtrum Panormit. in cap. inter dilectos num. 10. qui Paulo aliter diſtinguit, de exceſſ. prel. Rot. deciſ. 10. hoc tit. in nou. & ibi add. Rot. Beſign. deciſ. 6. de Conc. preb. Rot. deciſ. 25. eod. in antiquior. atteſtans de ſtylo Cancellariæ, Crauet. Conſ. 296. in princ. Rom. conſ. 331. n. 5. & ſeqq. & num. 11. & ſeqq. ſe limitat. lat. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 52. per totam. etiamſi prouiſio facta à Papa non eſſet ſortita effectum, aut alias eſſet nulla, Innocent. in d. c. inter dilectos n. 4. & ſeqq. de exceſſ. prel. Rom. d. Conſ. 335. n. 6 Dec. in c. vt noſtrum num. 3. de appell. Dec. Conſ. 393. ſub nu. 9. circa fin. & Conſ. 693. ſub num. 12. Quando vtilis, & valida eſt manus appoſitio, Prob. ad Monach. in c. cum perſonæ num. 17. de priuil. in 6. & facta in reſignatione, licet operetur, quod nullus inferior poſſit ex eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouiſionem per obitum, Achil. deciſ. 14. de reſt. ſpol. AEn. de Falcon. de reſeru. benef. affect. 16. num. 2. Rot. deciſ. 4. de rer. perm. in antiq. Per dationem Coadiutoriæ non inducitur manus appoſitio, aut affectio, Put. deciſ. 225. num. 18. & ſeqq. lib. 3. c. vnico in princ. de cler. ægrot. vel debil. in 6. Quia in commenda beneficium vacat, quando datur coadiutor, beneficium non vacat; neque etiam per malam expreſſionem valoris, Rot. diuerſ. deciſ. 419. part. 1. Pan. in c. inter dilectos numer. 10. & ibi Can. de exceſſ. prel. Quia regularia de valore inducit tantum nullitatem gratiæ, in qua verus valor non exprimitur, non autem vacationem beneficij, neque per reſignationem ex cauſa permutationis, quando permutatio non ſequitur, Gemin. conſ. 136. quia eſt vacatio voluntaria, & Papa non intelligitur appoſuiſſe manum, niſi ſolum in finem, ſi permutatio fiat, Clem. 1. de rer. permut. c. 1. eod. in 6. & generaliter non inducitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, quia odioſa, Caſſad. deciſ. 2. nu. 9. de vnion. cap. præſenti §. cæterum de offic. leg. in 6. & præiudicat ordinariæ poteſtati, extinguitur autem huiuſmodi affectio per ſpecialem prouiſionem papalem ſubſecutam, Franc. in cap. ſtatutum n. 7. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 11. eod.

31.eod.in antiq.in fin. Rot.diuerſ.deciſ.275.in fin. num.1.part.1.etiamſi prouiſus moriatur, antequam habeat corporalem poſſeſſionem, Rot.deciſ.24 hoc tit.in antiq. Caſſad. deciſ. 4. nu. 2.& 4.de cauſ.poſſeſſ & propr.Innocent.in c.inter cætera ſub num.3.& ibi Can. Quia in incorporalibus ius quæritur non apprehenſa poſſeſſione,c.fin.in fin.de conceſſ.præb. & ibi not.in 6.

55 Aliquando ſunt affecta reſpectu eius † cui ſunt conferenda, diciturque auctoritas epiſcopi grauari, quando collatio beneficiorum debet fieri certis perſonis, Rot.diuerſ. deciſ. 309.n.4.part.1.gloſſ.fin.in c.relatum & ibi Can. hoc tit.Panor.in c.auctoritate num.7.in fin.de inſtit.c.peruenit in fin.xi quæſt.1. Vt quando beneficia ex fundatione, inſtitutione, conſuetudine, vel priuilegio ſunt debita conſanguineis fundatoris, ſeu certis alijs perſonis, vel certo generi perſonarum, Garc.de beneſ. part.7.cap.15.per tot. Gonzal.ſuper reg. de menſ. & alternat.gloſſ.num.109 & ſeqq. Vel ex ſtatuto præſcripto per quadraginta annos conferri debent portionarijs, ſeu clericis eiuſdẽ eccleſiæ: c.cum in eccleſia hoc tit.in 6. Et aliter facta præſentatio, ſeu prouiſio de non habente qualitatem requiſitam nullius eſt momenti, contradicente aliquo qualificato, & ſibi prouiſionem fieri petente; alias prouiſio altero non qualificato facta ſuſtineretur, quando qualitas eſt requiſita ob reſpectum, & fauorem perſonarum, ſecus ſi dicta qualitas requiratur ob fauorem eccleſiæ, aut beneficij, vt magis idoneis perſonis prouideatur, c.ſignificatum & ibi Dec.num.16.& ſeqq.hoc tit.Butr.num.8.& 9.& ibi Can.late Garc.de beneſ.part.7.cap.15.num.1.6.10.& ſeqq. Rota deciſiones cumulans, & per tot. Et huiuſmodi fundatio, priuilegium, & ſtatutum obſtat prouiſionibus papalibus, in gratia de vacaturo, non autem in gratia de vacanti, quia beneficium vacans Papa, qui omnia poteſt, libere confert, & propter clauſulas ſpecies non obſtantiarum videtur derogare ſtatuto, Rot. deciſ.17 hoc tit.in nou. Franc.in c.ſi poſtquam numer.7.hoc tit.in 6. Sed non poteſt dici, quod gratia præuentiua de futuro ad tale beneficium ſe extendat, quia ſic iuri alterius derogaretur, Put.deciſ.229 lib.2. c. cum in eccleſiæ hoc tit.in 6.& ibi gloſſ.fin.& Doct. Vel ſunt effecta magiſtro capellæ, Theologo, Put. deciſ. 34.hoc tit.d.c.cum in eccleſia, & ibi gloſſ. fin. & Doct. Sacerdoti c.ſignificatum hoc tit. Put. deciſ.324.lib.1. Ex decretis Concilij Tridentini in Cathedralibus eccleſijs, non collegiatis, Pœnitentiario c.8.ſeſſ.24 late Garc. de beneſ.part.5.cap.4.§.1.num.109.& plurib. ſeqq. vbi tractat, ad quem ſpectat nominatio, collatio, ac eius abſentia. Lecturæ ſacræ ſcripturæ, c.1. ſeſſ.5.Garc.de beneſ.part.5.cap.4.§.1.num.153.& ſeqq. vbi tractat de competentia nominationis, collationis. & abſentia lectoris. Vel iuxta tenorem indulti collatio debet fieri ciuilibus originarijs, vel oriundis, & perſonis gratis, Creſc. deciſ.4.& 14 de priuileg d.c.cum in Eccleſia & ibi gloſſ. fin.& Canon. quæ quidem ſtatuta, priuilegia, indulta, vel conſuetudines eccleſiarum non tolluntur per non obſtantias generales literarum apoſtolicarum, niſi expreſſa fiat mentio in literis de prædictis: Rot.deciſ.fin.de conſtit.in antiq.& diuerſ. d.deciſ.275.ſub num.1 part.1. Put.deciſ. 34.hoc tit.c.1.de conſtit.in 6. Anchar. in c.ſi is cui in 4. notab.& ibi Archid. hoc tit. in 6. l. honores § is qui ff. de decurion. beneficium quoque affectum eſt, cuius collatio nondum eſt acceptata ab eo cui fuit collatum, donec præfixo termino ad epiſcopo, ſi ſubdito, vel alio ſuperiore, ſi non ſubdito contulerit, acceptauerit, vel refutauerit. Mohed. deciſ.18.hoc tit. in fin. Anchar.in 4.not.in c.ſi tibi abſenti eod. in 6. Collect.in c. Eccleſia veſtra num.6 de ſortil.

Beneficia † valoris annui infra ducentos 56

ducatos

ducatos non conceduntur Cardinalibus in
titulum, aut Commendam, obſtante Con-
cilio Lateranenſi, *Caſſad.deciſ.2. hoc tit. Conc.
Later.nouiſſ.ſeſſ.9.* Neque veniunt in reten-
tione obtentorum ante promotionem ad
Cardinalatum, ſi Papa decernat ea non va-
care, niſi præfato Concilio ſit ſpecialiter de-
rogatum, quia dicta retentio habet vim pro-
uiſionis. *Put.deciſ.420.lib.2.late Rota deciſ.2.
hoc tit.in nou.Bellam. deciſ.751.*

57 Sexta beneficiorum diuiſio. Alia ſunt †
Conſiſtorialia, de quibus Papa diſponit in
Conſiſtorio ſecreto præſentibus Cardinali-
bus, & ſunt deſcripta, & taxata in libris Ca-
meræ apoſtolicæ, & in his requiritur, vt for-
metur proceſſus ſuper qualitatibus promo-
uendi, & ſtatu Eccleſiæ, vt ſunt epiſcopatus,
abbatiæ, & monaſteria, de quibus præuia
præconizatione in vno Conſiſtorio ſit po-
ſtea relatio in alio conſiſtorio per Cardina-
lem Protectorem *Lap.alleg.84.ſub nu.11. Sar-
nen.de infir.reſig.quæſt.14.numer.3. verſ. breuiter
puto, Rebuff ſuper concord. tit. de Reg.ad præl no-
min.in verb.Conſiſtorialiter. Pariſ. de reſignat.be-
nef.lib.2.quæſt.2.& lib.8.quæſt.6.* qui ſignat
ſcedulam, & Vicecancellarius Officialis à
Papa deputatus ſignat contra ſcedulam, cui
ſtatur, & ſuper ea literæ apoſtolicæ expe-
diuntur, quia vt officialis atteſtatur de ijs
quæ Papa conceſſit, *Put. deciſ.320 lib.1. Lap.
alleg.84.num 11.& ſeqq.* non poſſunt reſigna-
ri niſi conſiſtorialiter, & tunc regulantur
legibus loquentibus de renunciatione be-
neficiorum, *Rot. diuerſ. deciſ 189. numer.2.
part.2 Sarnen.in reg.de infir.reſig.quæſt.14. &
in reg.de annali quæſtion.24.mand. in reg de an-*
58 *nali, quæſtion.16.* Alia ſunt non † conſiſto-
rialia, de quibus iuxta tempus & modum
occurrentium vacationum, & qualitates ea
obtinentium, ex quorum perſonis vacare
contingit, vel in dataria apoſtolica, vel per
ordinarios Collatores diſponitur, vt ex in-
fra dicendis patebit.

Septima beneficiorum diuiſio. Quædam
ſunt principalia, † quædam ſubiecta; alia 59
dependentia, *c.1.§.fin.de priuil. in 6.quod di-
ſtinguit principale à ſubiecto, & ſubiectum à depen-
denti.* nonnulla annexa. *c.cum ſingula §.præſen-
ti, & §.prohibemus, & ibi gl.in verb.nec dependet,
de præb.in 6.quod diſtinguit inter dependens & an-
nexum.* aliud monoculare, *Io.Monac.in c.in ge-
nerali ſub num.16.verſ ex quibus concludo de reg.
iur.in 6. Archid. in c.ſi pro clericis in gloſſ. ſuper
verb.prouideas hoc ti.in 6.gloſſ in clem.1.in ver.in-
certa hoc tit. Rot.deciſ.13.hoc tit.in nou. Rot.faſtoli
cauſa 29.dub.55.* beneficium ſubiectum non
cenſetur vnitum; *c.abbate de verb.ſignif. gloſſ.in
clem.1.in verb.ad menſam, de exceſſ.prǽl.& ibi
Can.* beneficium dependens eſt beneficium
acceſſoriè vnitum. *Franciſ aret.conſ.63.num.3.*
Annexa ſunt quando ambo ſimul vniuntur
ita quod vtrumque remaneat principale.
*Franc.in c.cum ſingula ſub num.3.hoc tit.in 6.&
ibi Can.* Monoculare † beneficium non 60
cenſetur quando collator habet vnum be-
neficium conferre de per ſe & cum Capi-
tulo vel alia perſona habet plura conferre.
*Rot.dec.40.de reſc.in antiq. Fel.in c.in noſtra in
24.corol. de reſcript. Gonz. ſuper reg. Cancel. de
menſe & altern.gloſſ.9.§.4.num.25.& 26.* Aut
in vno alio beneficio præſentationem. *Rot.
faſt.cauſ.29.dub.56.Felin.in d.c.in noſtra in 24.
corol.Gonzal.d.gloſſ 9 §.4.num.25.*

Secunda pars huius tituli.

*SVMMARIA.*

1 *Beneficia vacant de iure & de facto.*
2 *De iure & non de facto.*
3 *An vacantia de iure poſſint conferri poſſeſſore
non vacato.*
4 *Beneficia quædam vacant apud ſedem Apoſto-
licam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*licam quæ dicuntur reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iuris.*

5 *Quædam vacant in curia ſed non apud ſedem apoſtolicam.*

6 *Poßidens beneficium vacans apud ſedem apoſtolicam ex collatione ordinarij non facit fructus ſuos quod non procedit in poßidente beneficium vacans in curia.*

7 *Vacatio non inducitur per obitum eius qui habet ius ad beneficium per obitum prouiſi in forma dignum ſed vacat vt prius.*

8 *Vacationum modi ſunt plures, primo beneficia vacant per obitum eius cui facta eſt collatio in forma gratioſa ſupplicatione ſignata & relaxata.*

9 *Item per obitum poſſeſſorum ſeu obtinentium quæcunque & qualiacunque ſint beneficia exceptis tribus caſibus.*

10 *Obitus quomodo probatur.*

11 *Secundo vacant per reſignationem ſeu renuntiationem.*

12 *Tertio per permutationem.*

13 *Quarto per promotionem ad cathedralem eccleſiam vacant penſiones de ſtylo & beneficia.*

14 *Promoto datur retentio penſionum per viam amotionis ſtyli.*

15 *Et beneficiorum retentio per viam diſpenſationis.*

16 *Beneficia epiſcopi titularis non vacant.*

17 *Promoti ad ſummi apoſtolatus apicem vacant quando Papa decernit ea vacare.*

18 *Per promotionem ad Cardinalatum vacant curata & dignitates, reliqua non vacant niſi ſint valoris annui infra ducentos ducatos.*

19 *Quinto per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis poſtquam habuit vacuam & liberam poſſeßionem ſecundi cum fructuum perceptione ipſo iure vacat aliud ſimile primo obtentum.*

20 *Incompatibilia beneficia quænam cenſeantur.*

21 *c. de multa, extrauag. execrabilis & c. quicunque Conc. Trid. ſeſſ. 7. quomodo differant.*

22 *Quid iuris ſi duo beneficia incompatibilia concurrant à principio in perſona vnius.*

23 *Habenti plura incompatibilia beneficia an & qualiter poßit aliud incompatibile per ordinarios conferri.*

24 *Idem iuris eſt in beneficijs regularibus incompatibilibus.*

25 *Plures Eccleſias incompatibiles iure canonico poteſt quis habere ex certis cauſis abſque diſpenſatione.*

26 *Super pluralitate beneficiorum curatorum Prælaturarum, dignitatum, Perſonatuum, & officiorum diſpenſat ſolus papa.*

27 *Super pluralitate beneficiorum an poßit diſpenſare epiſcopus & quibus caſibus.*

28 *In impetratione diſpenſationis ſuper pluralitate beneficiorum debet impetrans facere mentionem de obtentis.*

29 *Diſpenſatio ſuper pluralitate eſt odioſa & reſtringenda.*

30 *Ordinarij tenentur ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ compellere quoſcunque plura incompatibilia beneficia obtinentes diſpenſationes ſuas exhibere.*

31 *Sexto ob non promotionem ad presbyteratum intra annum ipſo iure vacat parochialis eccleſia.*

32 *Non alia beneficia ſacerdotalia aut collegiata parochialis.*

33 *Annus currit à die commißi regiminis & habitæ pacificæ poſſeßionis eccleſiæ etiam cum minore parte fructuum.*

34 *Quænam excuſent ab hac priuatione.*

35 *Anni prorogationes ſolent cõcedi à ſummo pontifice cum certis clauſulis.*

36 *Septimo vacant beneficia per contractum matrimonij per verba de præſenti.*

37 *Octauo vacant beneficia per ingreſſum religionis in*

*nis in qua emittuntur tria vota ſubſtantialia poſt profeßionem expreſſam vel tacitam.*

38 *An vacent poſt biennium nouitiatus & emiſſa tria vota ſubſtantialia ſimplicia in ſocietate Ieſu.*

39 *Beneficium illius qui ingreditur religionem non eſt alicui intra annum vel biennium nouitiatus conferendum.*

40 *Fructus non percipit, ſed dempta congrua vicarÿ conſeruantur, & ſi reuertatur eos recuperat.*

41 *In beneficÿs non habentibus fructus in abſentia vt in canonicatibus fructus non lucratur.*

42 *Nouitio an poßit conferri beneficium regulare vel ſæculare.*

43 *Nono per adeptionem ſecundi canonicatus aut præbendæ canonicalis vel quaſi capellaniæ altaris beneficÿ, etiam ſimplicis ſub eodem tecto ipſo iure vacat primum ſimile.*

44 *Taciturnitas quod beneficium primo obtentum ſit ſub eodem tecto, non inducit ſubreptionem.*

45 *Beneficium ſitum in capella, clauſtro, cemiterio, aditu, an cenſeatur eſſe in eadem eccleſia.*

46 *Decimo plures modi vacationum enumerantur remißiue.*

1 VACAT beneficium aliquando † de iure, & de facto, vt quando mortuus eſt
Rector, vel reſignauit, & nemo in poſſeſſio-
ne reperitur, quo caſu vacat de iure quoad
titulum, & de facto quoad poſſeſſionem: *c.
vacante hoc tit. c. ſuſceptum de reſcript. in 6.* ali-
2 quando vacat † de iure, ſed non de facto,
*c. litteras, et c. cum noſtris de conceſſ. præb. gl. in cap.
cum in cunctis §. cum vero in verb. ad quam ſpectant in fin. de elect.* vt quando vacat per aſſe-
cutionem alterius beneficij incompatibilis
cum primo, *c. de multa hoc tit. c. licet epiſcopus*
3 *eod. in 6.* quod conferri † poteſt, poſſeſſore
non citato ab ordinario, & executore Apo-
ſtolico, quando color retinendi caſſatur à
iure, *d. c. licet epiſcopus et ibi gloſſ. in verb. conferre, et Franc. num. 2. Lap. alleg. 103. vbi multa iura cumulat.* ad immiſſionem in corporalem poſſeſſionem procedi non poteſt, niſi poſſeſſore vocato, *d. c. licet in fine,* quia non remouetur poſſeſſor à ſua poſſeſſione ſine cauſæ cognitione ſuper canonica collatione petentis, & iniuſta detentione poſſeſſoris, *Ioann. And. in c. cum noſtris n. 17. de conceſſ. præb. c. olim in fin. de reſcript. & ibi Can. pulchre Franc. in c. licet epiſcopus num. 7. et 8. & ibi Gemin. num. 11. et 12. hoc tit. in 6.* Secus ſi color non eſt caſſatus à iure, vel ab homine, quia ante caſſationem collatio fieri non poteſt, *c. litteras c. cum noſtris, et ibi Pan. num. 19. et 23. de conceſſ. præb. vbi ponit duas regulas Garc. de benef. part. 10. c. 1. num. 41. et ſeqq.* Sed ſi collatio facta fuit cauſa cognita, & poſſeſſore vocato, non eſt neceſſe eum poſtea vocare in poſſeſſione tradenda, quia datio poſſeſſionis tunc eſſet executio collationis factæ cauſa cognita, *Gemin. in d. c. licet epiſcopus numer. 9. plures citans, & ibi Fran. num. 6. in fin. et Can.*

Beneficia quædam vacant † apud ſedem 4
Apoſtolicam, quæ dicuntur reſeruata
reſeruatione clauſa in corpore iuris, &
à ſolo ſummo Pontifice conferuntur, *c. 2. hoc tit. in 6.* vt beneficia morientium in Curia Romana. *cap. 2. c. præſenti in fin. princ. hoc tit. in 6,* exceptis ijs, quæ pertinent ad præſentationem laicorum quæ ſummus Pontifex vacantia apud ſedem non ſolet conferre, *gl. in c. 2. in verb. collatio hoc titul. in 6. atteſtans de vſu Curiæ, et ibi Monach. Archid. dicens quod Papa poteſt illud reſeruare ſi vult, Franc. n. 8. & Can.* Beneficia, quæ legati, aut nuncij ſedis Apoſtolicæ, vel quiuis alij ad Romanam Curiam venientes, vel ab ea recedentes obtinent, ſi eos in loco vicino Curiæ per duas dietas legales mori contingat: beneficia cuiuslibet Curialis, qui etiam eccleſia Romana vacante,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cante, peregrinationis, infirmitatis, aut re-
creationis, ſeu quauis alia cauſa ad locum
Curiæ vicinum recedens, in huiuſmodi loco
vicino, dummodo ibi, etiamſi erat ad ipſam
Curiam reuerſurus, eius domicilium non
exiſtat, moritur; beneficia Curialium, cum
Curia de loco ad locum transfertur, in itine-
re, dum Curiam ſequuntur, vel in loco, vnde
ipſa receſſit Curia, in quo remanſerant in-
firmi, quantumcumque locus à Curia ſit re-
motus, decedentium, *d.c. præſenti hoc tit. in 6.*
Beneficia per Procuratorem reſignata in
Curia, vacant in Curia, *Archid. in d.c. 2. ſub n.
1. in verb. apud ſedem Franc. n. 7. et Can. Put. dec.
38. in fin. lib. 2.* & ex aliquorum opinione ſunt
reſeruata reſeruatione clauſa in corpore iu-
ris; *Ferret. conſ. 93. n. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 47. num.
29. & ſeqq. vol. 4. dixi ſupra tit. de renunc.* Sed
verior eſt opinio, quod non ſint reſeruata
reſeruatione clauſa in corpore iuris, *Put. de-
ciſ. 38. lib. 2. Sarn. in reg. de trienn. quæſt. 31. num.
1. Pariſ. de reſign. benef. lib. 9. quæſt. 14. num. 6. Co-
uar. pract. quæſt. cap. 36. ſub num. 4. verſ. cæterum
ad hanc Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 13.
num. 29. 42. 48.* Duobus in Curia Romana
ſuper beneficio ſibi collato litigantibus, ſi
ambos, vel alterum eorum in eadem Curia,
vel extra eam mori contingat, vbi benefi-
cium vacet, & ad quem ſpectat collatio, *vide
clem. primam, vt lit. pend. &c.* quam explicat Io.
And. *in c. dudum el. 2. num. 14. de elect.* Alias ſep-
tem reſeruationes clauſas in corpore iuris
recenſet, *Sarn. in reg. de triennali quæſt. 31. num.
13. verſ. prima eſt.* Beneficia omnia vacantia
apud ſedem dicuntur vacare in Curia; *c. 2.
hoc tit. in 6. vbi in princ. dicit apud ſedem & poſtea
in fine dicit in Romana Curia c. ſtatutum, & c. præ-
ſenti hoc t. in 6. Lap. alleg. 96. Couar. pract. quæſt.
cap. 36. num. 4. verſ. cæterum ad hanc &c.* Quæ-
5 dam vacant † in Curia, ſed non dicuntur
vacare apud ſedem apoſtolicam, vt puta,

reſeruata *per extrauag. ex debito, de elect. &
Extrauag. ad regimen hoc titul. inter communes,*
quæ licet vacent extra curiam dicuntur ta-
men vacare in curia, quia eorum diſpoſi-
tio pertinet ad Curiam: *Put. deciſ. 38. lib.
2. Pulchre Sarnen. in reg. de trienn. quæſtion. 31. in
princ. Couar. d.c. 36. pract. quæſt. ſub num. 4. verſ.
cæterum ad hanc &c. Gonzal. ſuper reg. Cancell.
de menſ. & alter. gloſſ. 13. num. 48. & ſeqq.* Effe-
ctus eſt notabilis, quia † poſſidens benefi- 6
cium vacans apud ſedem apoſtolicam ex
collatione ordinarij, non facit fructus ſuos,
ſed tenetur ad reſtitutionem à tempore eo-
rum occupationis, quia non debuit ignora-
re decretum iuris; *c. dilecto, & ibi Panor. nu. 11.
& Can. hoc tit. Felin. in c. de quarta numer. 29. &
31. de præſcr. Rot. deciſ. 4. de reſt. ſpol. in nou. Sarn.
in reg. de trien. quæſt. 31. in princ. c. qui contra iura
de reg. iur. in 6. §. ſi quis à non Domino, & ibi not.
Inſtitut. de rer. diuiſ.* Quod non procedit in
poſſidente beneficium vacans in curia, quia
præſumitur ignorantia decreti Extrauagan-
tium, *Felin in c. paſtoralis num. 4. & ibi Can. de
fid. inſtr. Achill. de reſt. ſpol. deciſ. 13. Rot. deciſ. num.
4. de reſt. ſpol. in nou.* Et non conſiderantur à
iudicibus, niſi fuerint productæ: *Caſſad. deciſ.
8. num. 8. de conceſſ. præb. l. cum prolatis, & ibi
Bart. & DD. ff. de re iud. c. paſtoralis, & ibi Zab.
in princ. & Can. de fid. inſtrum.* Idem obtinet
in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ haben-
tibus decretum, ſed quandocumque in
iudicio producta fuerint in ſecunda, aut
tertia inſtantia, annullant omnia acta, ac
ſententiam antea latam. *Caſſad. deciſ. 12. per
tot. ſuper reg. Canc. idem deciſ. 1. num. 5. de reſt. ſpol.
in antiquior. & per tot. c. ſi ſoli, & ibi gloſſ. in verb.
contra ipſam & Can. gloſſ. in c. 1. in verb. & irri-
tum de conceſſ. præb. in 6.* Regulare eſt in omni-
bus, quod Papa conferendo beneficia va-
cantia apud ſedem, vel in Curia, non arcta-
tur conſuetudine, vel ſtatuto inferioris in i-

pio actu collationis, quia exequitur ius ſuũ, Anch. in c. fin. in 1. not. de conſuet. in 6. Rot. deciſ. 18. de reſcript. in antiq. &c. quodque indulta non comprehendat vacantia in curia, & apud ſedem, niſi de iſta vacatione expreſſa mentio in indulto habeatur. Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nou. & deciſ. 17. eod. in antiq. Simonet. de reſeru. quæſt. 73. num. 1. & quæſt. 83. num. 4. Per obitum eius, qui ius habet ad beneficium, non
7 † inducitur vacatio beneficij, vt per obitum prouiſi in forma dignum, c. ſi capitulo, & ibi glo. in verb. affectum, & Can. de conc. præb. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. glo. 15. §. 2. per tot. Pariſ. de reſig. lib. 2. quæſt. 23. ſed vacat vt prius.

8 Modi vacationum † plures ſunt. Primo vacant per obitum eius, cui facta eſt collatio in forma gratioſa, ſupplicatione ſignata, ſibique in Cancellaria Apoſtolica relaxata, qui literas non expediuit, quia ſola ſupplicatio ſignata perficit gratiam, & in beneficialibus ius tranſit per ſolam collationem non apprehenſa poſſeſſionis, c. fin. in fin. de conceſſ. præb. in 6. Rot. deciſ. 87. num. 4. de reſcr. in antiq. Caſſad. deciſ. 4. num. 2. & 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Sarn. in 1. quæſt. reg. de non iud. iuxt. for. ſupp. num. 12. & 13. aſſerens deciſionem Bellam. 644. hodie in practica non ſeruari, ſupplicatio ſignata non tribuit ius antequam relaxetur in Cancellaria, Sarn. in reg. de iur. quæſt. non toll. quæſt. 2. in fin. ante huiuſmodi relaxationem beneficium vacat, ſi contingat illum mori, vt prius, daturque gratia adhuc per obitum, ſi vacauerit per obitum. Item obtinet, quando ſupplicatio expedita fuit in forma dignum, ac prouiſo in Cancellaria relaxata, aut etiam deſuper fuerunt litteræ Apoſtolicæ expeditæ, & contingat, verbi gratia, aut ipſum reſignantem, aut prouiſum mori ante habitam collationem, quia vacat, vt prius: nam per obitum reſignantis non vacat, quia per reſignationem, amiſit titulum, & poſſeſſionem, & ex perſona prouiſi vacare non poteſt, cum ei non fuerit ante collationem, plenum ius quæſitum in beneficio, Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. glo. 12. §. 2. in princ. & num. 56. Garc. de beneſ. part. 2. cap. 1. numer. 130. & ſeqq. & part. 4. cap. 3. numer. 56. & 60. Card. Seraph. deciſ. 1446. numer. 3. ſed vacat per reſignationem in manibus Papæ factam; Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. glo. 15. §. 2. numer. 56. Item vacant per obitum poſſeſſoris, ſiue
† obtinentis, c. ſuſceptum de reſcr. in 6. cap. præ- 9
ſenti hoc tit. in 6. Quæcumque & qualiacumque ſint beneficia, c. dudum & ibi gl. 1. & Can. de præb. in 6. cap. fin. in princ. ibi, & alijs quibuſcumque beneficijs, & § fin. de conceſſ. præb. in 6. nec non canonicatus in Eccleſia, in qua canonicorum, non autem portionum numerus, vel præbendarum diſtinctio habetur, quantoque inter pauciores diuiduntur prouentus, tanto maiores fieri poſſunt ſingulorum percipientium portiones, quales portiones habent ſe inſtar præbendarum, d. c. fin. § præſenti. & ibi Anch. in 8. not. & ibi Franc. in § in illis in fin. qui eas diſtinguit in Conſecutiuas, & priuilegiatas, & Can. communiter de conceſſ. præb. in 6. Pan. in cap. de cætero ſub numer. 3. in gl. de communitatis ſibi beneficio, de cler. non reſid. cap. ſtatuimus & ibi poſt glo. pen. mag. Can. de maior. & obed. exceptis certis caſibus, in quibus beneficium non vacat per obitum clerici, ſcilicet quando annihilatur, cap. cũ acceſſiſſent de conſtit. Quando Eccleſia non eſt numerata, & in ea non eſt certus canonicorum numerus, nec ſunt diſtinctæ præbendæ, quia nulla etiam vacante, in canonicum quis poteſt aſſumi, cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur, & cum electo in canonicum naſcitur, & deficit cum defuncto. c. dilecto §. præterea hoc titul. c. ex parte de conceſſ. præbend. §.

tandem.

*tandem.* Aut quando quis beneficiatur, de menſa capituli, vel prælati, quia poſt mortem talis clerici reuertitur ad menſam capituli, vel prælati talis portio, ſicut & vſusfructus conſolidatur proprietati poſt mortem vſufructuarij, *cap. cum conſtit. de pignor. §. fin. in fin. Inſt. de vſufr. Abb. antiq. in d. c. cum acceßiſſent, in verbo cum vacauerit de Conſtit.* Probatur o-
10 bitus † per publicam vocem & famam, per vnicum teſtem, quia agitur de modico præiudicio, *gloſſ. 1. in l. ſi quidem C. ſol. matr. & ibi D. Bart. in l. 2. §. ſi dubitatur num. 1. & 3. ff. quem teſt. ap. Put. deciſ. 265. in fin. lib. 3. Mohed. deciſ. 1 de prob.* Limita primo, quia tempus obitus de menſe apoſtolico non probatur per publicam vocem, vel famam, etiamſi concurrat præſumptio excluſiua delicti, ac alia validitatis actus, ſed debet concludenter probari, quia agitur de præiudicio ordinarij, *Put. deciſ. 265 per tot. vol. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 46. num. 3. part. 2. l. matrem C. de probat. l. eum actum, & ibi gloſſ. fin ff. de neglig. geſt.* Niſi obitus contigerit in mari, quia in his quæ ſunt difficilis probationis, fama ſola facit plenam fidem, *c. quoniam frequenter §. porro verſ. ſi autem de Carnali, & ibi gloſſ. in verbo præſumatur, vt lit. non conteſt. & c. & ibi Can. l. qui ex liberis, & ibi gloſſ. 1. & Doct. ff. de bon. poſſeß. ſecund. tab. Iaſ. in l. cum ea quan. 5 & 6. C. de tranſact. Rot. diuerſ. deciſ. 53. per tot. part. 2.* Sed & ſufficiens eſt probatio, ſi duo teſtes probent annum obitus, non autem diem, nec menſem, & duo alij probent menſem, ſed non annum, *Creſc. deciſ. 3. de prob. c. cum tu de teſt. & ibi Can. l. vbi numerus ff. de teſtib.* quæ dicta teſtium ſunt coniungenda. Limita ſecundo, quando obitus eſt poſitus ſub conditione. *l. Lucius ff. de cond. & demonſt. & ibi DD. Fel. in rubr. de prob. n. 3. & ibi Doct. dictum eſt, ſupra tit. de pro. in pr. Rot. dec. 9. num. 20. part. 2. diuerſ.*

11 Secundo, per reſignationem, ſeu † renunciationem, de quo ſuo dictum eſt loco.

Tertio, per permutationem, de † qua 12
ſuo loco dicetur.

Quarto, per promotionem † ad ca- 13
thedralem Eccleſiam, penſiones extinguuntur de ſtylo Curiæ, *Rot. deciſ. 233. n. 1. part. 1. diuerſ. Gig. de penſion. quæſt. 56. ſub n. 4.* Reſeruatæ promoto ad eam, ac beneficia eius, alia ſententia non requiſita, vacant, poſtquam conſecratus extiterit, & pacificam adminiſtrationem habuerit, vel per eum ſteterit, quo minus eam aſſequeretur, aut decurſo tempore de conſecrandis epiſcopis à canonibus definito, *cap. cum in cunctis §. cum vero de elect. et ibi Pan. n. 3. Garc. de benef. part. 11. cap. 6. in princ. & num. 5. plures cumulans, & num. 11. & ſeqq.* Quod ſi promotus ad epiſcopatum facit ſe ſtatim conſecrari, non expectatur tempus trium menſium, vt vacent priora beneficia, ſed ſtatim conferri poſſunt, quia plene translatus dicitur, *gl. in d. c. cum in cunctis, §. cum vero in verbo ad quem ſpectant, & ibi Panormit. num. 6. & Can. dictum eſt in tit. de elect.* Interim conferri non poſſunt, *c. poſt electionem, & ibi gloſſ. 1. de conceſſ. prabend. & Ca.* Quia ante conſecrationem non dicitur pleno iure habere eccleſiam, cum adhuc tempore conſecrationis poſſit excipi contra ipſum, *c. ſuper his de accu.* Poſt conſecrationem non poteſt repelli, niſi per accuſationem directam, *d. c. ſuper his c. qualiter & quando de accuſ. gl. in d. c. cum in cunctis §. cum vero in verbo ad quem ſpectant, & ibi Can.* Quinimo poſt conſecrationem, & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus epiſcopatus non percipiat promotus, quia ex cauſa certo tempore alteri debeantur, priora eius beneficia alteri conferri non poterunt. *gloſſ. in c. ſi tibi concesſo, in verbo vacare hoc tit. in 6. & ibi Can.* In Curia Romana contrarium practicatur, quia beneficia promoti ad Cathedralem, & ibidem

conſecrati, ſtatim conferuntur ante adep-
tam poſſeſſionem epiſcopatus, *Panor.in d.c.
cum in cunctis §.cum vero nu.3. in fin.Rom.Conſ.
345.ſub num.17.* Immo in Curia videtur in-
troductum, vt vacent per promotionem,
quia hodie propter reſeruationes ſummo-
rum Pontificum ceſſant electiones, præter-
quam in Germania, & Papa prouidet ex of-
ficio ſuo, vnde illa prouiſio cum pronunciat
aliquem Epiſcopum, habet vim electionis,
& confirmationis, ſicut collatio beneficio-
rum, *cap.cum olim.de cauſ.poſſeſſ. & prop.* Vel
quia eo ipſo, quod Papa aliquem promouet
ad epiſcopatum, decernit beneficia vacare,
*Rot.diu.deciſ.233.num.1.part.1.cap. cum in cun-
ctis §.cum vero & ibi Pan.num.3.de elect.Imol.in
c.ex ore nu.21.de iis, quæ fi. à ma.part.cap.Garc.
de benef.part.11.cap.6 numer.6.& 9.& ſeqq.* &
vacant data ſcientia, & expreſſo conſenſu
promoti, nec ſufficit conſenſus tacitus, *Put.
deciſ.15.hoc tit.c.ſi tibi abſenti in princ. & ibi glo.
in verbo habueritis hoc tit.in 6. & Can.l.qui ab-
ſenti ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Doct.* Promoto
14 aliquando datur retentio † penſionum per
viam remotionis ſtyli, & obſtaculorum,
quæ poſſent impedire, quominus penſiones
poſſit retinere, *Rot.diuerſ.deciſ.233.num.21. &
ſeqq.& num.27.& ſeqq.Lamb.de iurepatr.3.par.
2.lib.quæſt.9.art.19.prope fin.Felin.in tract.quan.
lit.ap.noc.patr.eccl.in 5.limit. Staph.de lit.grat.
tit.de mod. & for. impetr. §.quarto principaliter
num.8.* Quia iure communi penſiones ſunt
compatibiles cum epiſcopatu, *Card.in Clem.
1.§.eadem num.5.de ſuppl.neglig.præl.* In qua de-
bet fieri mentio omnium qualitatum, ac
facultatis transferendi, qualis requiritur in
impetratione, *Caputaq.deciſ.303.part.2.c.non
poteſt, & ibi gl.in verbo modicum hoc tit.in 6.&
ibi Gemin.& Can.c.2.de fil.presb.& c.in 6.& ibi
Can.* Datur præterea retentio beneficiorum
15 † per viam diſpenſationis, in qua etiam de-
bet fieri mentio omnium qualitatum, iuris
patronatus, ac iuris præſentandi ſpectantis
ad laicum, *late Rot.deciſ.21.hoc tit.in nou.c.vni-
co, & ibi glo.in verbo collationem Can.de rer.per-
mut.in 6.Clem. vnica & ibi gloſſ. in verbo confe-
rantur de rer.permut.c. ad hac in fin. de off.archid.
& ibi glo.alleg.concord. Cou.pract.quæſt.cap.36.
num.12.* Non ſuffragantur literis non expe-
ditis propter regulam Cancellariæ; nulli ſuf-
fragatur diſpenſatio niſi literis expeditis,
*Put.deciſ.18.de penſ.reg.Cancell.52.Bald.in l.hu-
manum in fine C.de legib.Felin.in c.eam te ſub nu.
3.de reſcript.* Neque permutanti Cathedra-
lem eccleſiam, ſed requiritur noua diſpen-
ſatio, *Put.deciſ.1.de diſpenſ. quæ reuocat.deciſ.e-
iuſd.319.lib.1.contrariam. c.non poteſt 2.reſp.hoc
tit.in 6.& ibi gl. & Can.* Niſi dictum fuerit,
quod ea, quoad vixerit, vna cum eccleſia, cui
poteſt, vel alia quacumque metropolitana,
ſeu cathedrali, ad quam ipſum transferri
contigerit &c.poſſit retinere, *Mandoſ.de ſig.
grat.tit.diſpenſatio ſuper retent.propter promotio-
tionem verſ.Contrarium.* Beneficia epiſcopi † 16
titularis cuius eccleſia populo chriſtiano, ac
clerico caret, *Clem.in plerisque de elect.* non va-
cant per promotionem, *Garſ.de benef.part.11.
cap.6.num.24.Mand.de ſign.grat.tit.diſpenſ.ſu-
per retent.propt.promot. verſ.an beneficia Epiſcopi
ſæcularis &c.Idem in reg.26.de benef.vacant. per
promot.quæſt.4.per totam.* & retentio benefi-
ciorum conceſſa ſuffragatur illi literis non
expeditis, quamuis de ſtylo teneatur ſolue-
re annatam pro huiuſmodi retentione, *A-
chil.deciſ.2.de elect. Put.deciſ.18.de penſ. Panor-
mit.in cap.cum in cunctis, §.cum vero ſub n.6.de
elect.& ibi Can.Rom.Conſ.335.in princ.& n.ſeqq.*
Officio Prothonotariatus, Clericatus Ca-
meræ, &c. non vacant per promotionem,
*Achil.deciſ.1.de elect.c.cum in cunctis §.cum vero,
ibi beneficia quæ habebat, de elect.* Beneficia aſ-
ſumpti ad ſummi † apoſtolatus apicem non 17
vacant-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vacant ipſo iure per huiuſmodi aſſumptionem ſed quando poſtea Papa decernit illa vacare, Mandoſ. de ſign.grat. tit. diſpenſatio ſuper retent.propt.promot.verſ. archiepiſcopatus. Bene-
18 ficia curata, & dignitates † vacant per promotionem ad Cardinalatum, Put.deciſ.2.de diſpenſ. Panorm.in c.Eccleſia veſtra 2.numer.3.& ibi Canon.de elect. Reliqua non vacant, Panormit.in d.c.Eccleſia veſtra numer.3. Put.deciſ.18. hoc tit.& deciſ.428.lib. 2. Niſi ſint valoris annui infra ducentos ducatos, vt ſupra dictum fuit.

19 Quinto per † aſſecutionem, ſiue adeptionem ſecundi beneficij, incompatibilis, vacat ipſo iure primum ſimile, c.de multa, & Extrauag.Io.22.hoc tit.c.dudum el.2. in princip. de elect.late Boick.in d.c.de multa. Poſtquam habuit vacuam, & liberam poſſeſſionem pacificam de facto, licet non de iure, Archid.in c.licet in verbo pacificam hoc tit.in 6.& ibi Franc. & Can. Pan in c.cum noſtris, nu.6.de conceſſ.præb. Sed abſque lite, Caſſad.deciſ.9. num.1. de cauſ. poſſ.& propr.& deciſ.6.num.15.ſuper reg.Cancell. dicens deciſionum 3. de cauſ.poſſeſſ. & propr. in antiq.non ſeruari in pract.add.ad deciſ.Rot.3.hoc tit. in nou.omnino videnda c.commiſſo, & ibi gl.in verbo pacificam de elect.in 6. & ibi Ioannes Andreas Archid.& Can. Tituli beneficij, Vital.in Clem. ſi plures num.63.& ſeq.hoc tit.glo.in c.commiſſa, in verbo pacificam & ibi Can. de elect.in 6.glo.in Clem.gratiæ in verbo pacifice, & ibi glo. addit.de reſcript. Secundi, vel per eum ſtetit, quominus haberet eamdem, Clem.gratiæ, & ibi gloſſ. in verbo pacifice & Doct.de reſcript. Clem.ſi plures hoc tit.c.licet Epiſcopus eod.in 6.c.commiſſa, & ibi gl.& DD.de elect.in 6.d.c.de multa, & ibi Panormit.numer.16.& Can. Cum fructuum quaſi omnium perceptione, Panormit.in c.cum in cunctis, §.cum vero ſub num.4.de elect. & Can. Vital.in d. Clem.ſi plures numer.64.& Can.de præb. Garz.de benef.part.xj.cap.5.numer.42.& ſeqq.& §.1.nu.100.& ſeqq.vſque ad fin. & amittit ipſo iure titulum & poſſeſſionem primi, Extrauag.Ioan.22. Execrabilis §.quia vero deinceps, & ibi glo.in verbo ipſo iure, & verbo dimittere de præb.cap.ordinarij, & ibi glo.in verbo libere, Archid.n.3.& Can.de off.ord.in 6.c.quarto, ſeſſ.7.c.de multa de præbend. Immo in primo, cenſetur intruſus, c.dudum el.2. verſ.in ſuæ quoque, & ibi nullatenus pertinebat.Pan.in 6.not. & Can.de elect. Ac fructuum eius furtum committit, vel rapinam, d.c.dudum el.2. verſ.& retinendo Pan.in 5.not.& Can. Rot.diu. dec. 24. par.2. Qui non poſſunt, aut debent ei ſolui, gloſſ.fin.in c.ex inſinuatione de proc. & ibi Can. Rot.deciſ.1.num.6.& 7.de reſt.ſpol.in nou. Sed tantum ei cui fructus vacante beneficio debentur, Hoied.de benef.incompat.part.1.cap.13. nu.59.& nu.66.Tiraq.l.ſi nunquam in verbo reuertatur num.365.& ſeqq. Etiam ante ſententiam declaratoriam, Anchar.in c.ad apoſtolicæ in 20.notab.de ſent.& re iud. Sed ſi non poteſt habere fructus ſecundi beneficij, quia ex priuilegio debentur alij ad tempus, c.ſi tibi conceſſo hoc tit.in 6.c.licet Epiſcopus, & ibi glo.fin. hoc tit.in 6.c.commiſſa, & ibi glo.in verbo pacificam de elect.in 6. Gapra reg.90.num.64.Rot.deciſ.2.de priuil.in antiq. Vital.in d. Clem.ſi plures num.60. Non vacat primum vel ſibi mouetur lis ſuper fructibus ſecundi, Vital. in d. Clem.ſi plures num.63.& ſeqq.hoc tit. Ac decurſo tempore, & finita lite non tenetur reſtituere fructus perceptos ex priori, quia interim prioris ſubit onera, Vital.in d. Clem.ſi plures ſub n.66. Sed & hoc caſu habens primum, & ſecundum non poteſt durante tempore priuilegij, vel litis poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, dimittere ſecundum ſolo primo retento, quia primum retinet ad tempus ex diſpenſatione, c.ſi tibi conceſſo hoc tit.in 6.& ſic in eo non habet verum titulum, ſed in ſecundo, quod perpetuum habet, Ioan. Andr.in d.c.

*d.c.ſitibi conceſſo in gloſſ.ſuper verbo vacare*, *& ibi Franc.num.2. et Can.communiter de præbend.in 6.* Ideo ſi beneficium ſecundum ſit litigio-
ſum, aut eius fructus ad tempus non perci-
pit, non vacat primum, donec pacificus ſe-
cundi poſſeſſor ſit, & ex eo fructus percipi-
at: ſi autem ſecundum pacifice poſſederit,
vacat prius etiamſi ſit litigioſum, *Innocent.in c.in noſtra ſub num 3.et ibi Can. de reſcr. Nauar. Conſ.14.num.1.de præb. Clem.gratiæ de reſcript.et ibi glo.et Can.Garz de beneſ.par.xj.c.5.§.1.num.* 107. Immo ſi obtento titulo vnius talis be-
neficij abſque poſſeſſione, accipiat ſecun-
dum ſimile litigioſum, & antequam incipiat
eſſe pacificus poſſeſſor ſecundi, accipiat poſ-
ſeſſionem pacificam primi, non ideo amit-
tit ſecundum litigioſum, *Nauar.conſ.14.hoc tit.Zab.in Clem.gratiæ num.17.quæſt.de reſcript. et ibi Vital.num.40.et 43 et ſeqq. Garc.de beneſ. part.11.cap.5.§.1.num.107.et ſeq.* Idem vacat
primum ſimile, quando quis vi, aut ſcienter
iniuſte ſe intruſit in ſecundum beneficium
incomparabile, *c.eum qui hoc tit.in 6 Rot.deciſ. 366.in antiq.quæ eſt deciſ. 5.de probat. in antiq. Rot.deciſ.3.hoc titul.in nou.* Gratia quoque ad
beneficium incompatibile obtinendum va-
cat per acquiſitionem ſecundi ſimilis, *Panor. in c.fin.numer.6 de cleric.non reſiden. per Clem. gratiæ de reſcript.* Pacifica poſſeſſio eſt, quæ
non turbatur, *Achil.in c.commiſſa in gloſſ.ſuper verbo pacificam Gemin.in §.annus numer.2.Ioannes Andreas & Canonic. de elect.in 6.* In limiti-
bus legitimæ poſſeſſionis, id eſt, ſi infra duos
menſes lis non ſuperueniat, *Caſſad.deciſ.9. numer.1.et 2.de cauſ.poſſeſſ.et propr. Alph.Hoted.de beneſ.incomp.par.1 cap.18.numer.80. Garc.de beneſ.part.xj cap.5.§ 1 numer.110. et plurib ſeqq. Ioannes Andreas in c ſi tibi Conceſſo hoc tit. in 6.in glo.fin & numer.5.& 6.late Sar.in reg. de trien. quæſt.5.in princip.* Incompatibilia cenſentur
20 † plures metropolitanæ, ſeu cathedrales ec-
cleſiæ, *c.nemo ſeſſ.7.* Monaſteria etiam mo-
nialium, *cap.abbatiſſa §.duobus ſeſſ.25.de regul.* Beneficia curata actu, & exercitio, ſed ſi v-
num beneficium eſt curatum in habitu, &
potentia, & aliud eſt curatum in actu, tunc
ex quo ambo non ſunt in actu curata, po-
teſt quis retinere illa duo beneficia, donec
alterum reducatur ad actum, *cap.paſtoralis 7. quæſt.1.c.licet canon, & ibi gloſſ in verbo parochialis Eccleſiæ, de elect.in 6. Duenn.in reg.71.in 4. fall.plures cumulans Panormit. in cap de multa numer.24.hoc tit.Gregor.15.deciſ. 79. numer.2. et ſeqq.* dignitas, perſonatus, *d.c.de multa, d.c. dudum el.2.verſ.ſed cum in iure conſ.ſſus.& ibi gl. in verbo idem, & vtrobique Can.c.inferiora ſeſſ.7.* Officia perpetua etiam non curata, *c.1.de conſuet.in 6, et ibi Can.* Vicaria perpetua Ec-
cleſiæ, parochialis, *Clemen.vnica de off.vicar.* Prioratus conuentuales, vel curati; nec non
beneficia manualia, ſeu ad nutum amouibi-
lia, quæ dantur in titulum cum aptitudine
ſint perpetua, *c.cum ſingula et ibi gloſſ.in verbo ineligibilis hoc tit.in 6.Franc.numer.2.in fin. Gemin.numer.8.& 9.& Can.* Officia vero & dig-
nitates, quæ conferuntur, aut dantur in ad-
miniſtrationem ad certum tempus, non
inducunt incompatibilitatem, *Imol.in Clem. & ſi principalis numer.21.de reſcript.Garc. de beneſ.part.xj.cap.5.§.1. numer.181.* Cardinala-
tus abſque diſpenſatione retentionis cum
prioratu, aut alio inferiore beneficio cura-
to, aut habente dignitatem, *Put.deciſ 428. lib.2. Pan.in cap.eccleſia veſtra el.2.numer. 15. & ſeq.de elect. Collect.in cap.fin.numer.2.de conceſſ. præb.licet dicat contrarium ſeruari*, & ex conſti-
tutione Concilij Tridentini canonicatus,
& portiones in cathedralibus & collegia-
tis eccleſijs, *cap.12.§.præterea obtinentibus ſeſſ. 24.* necnon quæcumque ſimplicia beneficia
requirentia perſonalem reſidentiam, *c.quicumque ſeſſ.7.fuſe Garc.de beneſ.par.11 c.1.n.76. & 79.*

*& 79. vſque ad fin.* præciſam, ſimplicem, & continuam ſub priuatione tituli ex fundatione, ſtatuto, vel conſuetudine, ſecus ſi requirant reſidentiam temporalem, & certis diebus dumtaxat, *c. fin. de cler. non reſid. & ibi Innoc. in c. fin. Imol ſub num. 13. & Can. Gonz. ſuper reg. Cancel. de menſ. & alter glo. 15. nu. 17. & ſeqq. Greg. 15. dec. 129. num. 5. Butr. in c. de multa num. 36. hoc tit.* quorum receptio, & retentio iure decretalium non inducit vacationem, aut priuationem ipſo iure, *Pan. in cap. cum in cunctis §. cum vero nu. 9. in fin. de elect. & in c. fin. nu. 4. 5. 6. de cler. non reſid. c. eam te, & ibi Panor. num. 8. Butr. num. 7. de at. qual. & ord. præfic. c. referente, & ibi Pan. num. 3. Butr. numer. 11. Imol. in gloſſ. fin. hoc tit. Capra reg. 90. num. 112. & 113.* vnde ſi habens perſonatum recipit dignitatem, vel officium perpetuum, aut etiam beneficium curatum, ipſo iure vacat primum, & è conuerſo, *d. c. de multa*, per aſſecutionem parochialis vacat canonicatus primo obtentus in collegiata eccleſia, *Card. Seraph. deciſ. 1256. licet Rot. diuerſ. dec. 483. & 484. part. 1. numer. 4. dicat cap. 4. ſeſſ. 7. nihil de nouo addere, à quibus fuit receſſum*, per adeptionem ſecundi canonicatus vacat canonicatus primo obtentus, per adeptionem ſecundi beneficii ſimplicis perſonalem reſidentiam requirentis, vacat primum conſimile, *c. quicumq; ſeß. 7. Alph. Hoieda de benef. incomp. par. 1. c. 17.* per adeptionem beneficii ſimplicis etiam perſonalem reſidentiam non requirentis, ſufficientis ad congruam beneficiati ſuſtentationem, vacat primum ſimplex ſimile ſufficiens: *Hoied. de benef. in comp. part. 1. cap. 19 gloſſ. pen. in c. dudum el 2. de elect. late Garz. de benef. part. 11. cap. 5. §. 3. per totum*, (ſed per adeptionem dignitatum, vel aliorum beneficiorum non vacat epiſcopatus, *c. cum noſtris de conceß. præb. Rebuff. in tract. concord. vt de mãd. Apoſt. §. ſtatuimus, verſ. nota tamen, Garz. de beneſ. part. xj. cap. 6. num. 43.* quia epiſcopus ſine Papæ conſenſu epiſcopatum non poteſt dimittere. *cap. inter cap. fin. de translat. epiſcop.*) quando ſecundi poſſeſſio capta fuit à procuratore habente ſpeciale mandatum, quia generale mandatum, etiamſi vim ſpecialis poſſit obtinere, intelligitur datum ad capiendã poſſeſſionem in caſu licito, non autem in caſu illicito, *l. ſi procurator verſ. celſus ff. de cond. indeb. l. 3. §. ſi procurator ff. quod quiſq; iur. l. Lucius §. Imperator ff. ad Trebell. Rot. diuerſ. dec. 718. part. 1.* Quando beneficia ſimplicia requirunt reſidentiam non continuam, ſed ad tempus, puta, trium menſium, aut requirunt continuam reſidentiam non ſimpliciter, ſed cauſatiue, vt quia inducunt priuationem fructuum, niſi reſideatur, tunc per aſſecutionem ſecundi, non inducitur vacatio primi, quia neutro caſu titulo priuari poteſt, *Ioan. Andr. in c. fin. num. 6. de cler. non reſid. & ibi Can. Capra concluſ. 90. num. 100. & ſeq. Gonzal. ſuper reg de menſ. & altern. gloſſ. 15. numer. 19. 20. & ſeqq. Archid. in c. clericus num. 4. 21. quæſt. 1. Put. deciſ. 431. libr. 1.* Item duo beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam non requirentia, quorum vtrumque ſimul ſufficiens eſt ad vitam beneficiati honeſte ſuſtentandam, non ſunt incompatibilia, *c. cum eccleſiaſticus ſeſſ 24.* Differunt † tamen *cap. de* 21
*multa, extrauag execrabilis, & c. quicumque* Concilij Tridentini *ſeß. 7.* quia per c. de multa vacat primum ipſo iure, ſed retinet ſecundum, niſi vtrumque retinere contenderit in iure contentioſo vſque ad litem conteſtatam, qua tunc etiam ſecundo ſpoliandus eſt: *d. c. de multa, & ibi gloſſ. in verb. contenderit, & Can.* per extrauag. *execrabilis.* diſponitur plus in hoc, quia conſecutus ſecundi pacificam poſſeſſionem, tenetur renunciare primo, quo ipſo iure priuatus noſcitur, & illud dimittere abſque moræ diſpendio verbo &

facto in manibus ordinarij, ſub teſtimonio publico, alias ſecundo priuatur ipſo iure propter incompatibilitatem, & vtriuſque prouiſio remanet ſedi Apoſtolicæ reſeruata, *Extrauag. Io. 22. execrabilis §. qui vero deinceps §. quæ omnia de præb. Gonzal. ſuper regul. de menſ. & alter. gloſſ. 51. nu. 38. Pariſ. de reſig. lib. 2. quæſt. 16. nu. 22.* vel poſteriora tantum, quæ propter indebitam retentionem prioris vacant, per dictam extrauag. ſunt reſeruata, & non prius obtentum, *gl. in d. gloſſ. in d. extrauag. execrabilis, §. quæ omnia in verb. vt præmittitur per d. c. de multa §. 10. quoque Garc. de benef. part. xj. c. 5. nu. 45. & ſeqq.* & eſt inhabilis ad ordines eccleſiaſticos ſacros, & quæcumque eccleſiaſtica beneficia obtigenda, non obtenta: *Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de conſtit. gl. in clem. 1. §. ipſius in verb. obtinendis de pœn. & ibi Can. Pan. in Clem. 2. num. 3. de pœn.* Sed glos. in extrauag. Ioan. 22. *§. porro in verb. quæcunque*, dicit illum inhabilitari ad quæcunque nedum ſimilia non dimiſſis imo etiam diſſimilia, & inferiora etiam ſimplicia beneficia, ac illa quæ alias præcedente diſpenſatione legitime poterant retineri, ad quæ dimittenda nullatenus arctabatur propter vniuerſale verbũ *quæcunque*, idem reperit *in ſeq. §. qui vero in verb. quæcunque*, remiſſiue & habet tantum locum in recipiente dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens, qui antea ſimile beneficium obtinebat. *d. Extrau. Execrabilis §. qui vero deinceps, d. cap. de multa Garſ. de benef. part. 11. cap. 5. num. 30. & ſeqq. Cap. quicumque ſeſſ. 7.* generalius eſt, & per receptionem ſecundi quouis modo incompatibilis inducit vacationem primi, & per ſimultaneam retentionem ipſorum beneficiorum priuationem ipſo iure, nullam vero inhabilitatem, ſed excludit præſumptam diſpenſationẽ, quæ ex poſſeſſione triennali inſurgit per regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſore iuxta doctrinam Sarnen. *in dicta regula, quæſt. 10. c. quocumque ibi, ipſo iure etiam præſentis canonis vigore ſeſſ. 7. qui geminatam inducit priuationem, & ampliat effectum c. eam te, & ibi Bald. n. 3. de reſcript. l. Baliſta, & ibi poſt gl. DD. ff. ad Trebell. l. ſi ſtipulatus ff. de vſur. tum quia c. cum eccleſiaſticus ibi vnum tantum beneficium, item nec tuta conſcientia & c. fructus retineant ſeſſ. 24. tollit dictas poſſeſſiones, quia ſunt nutritiua peccati, c. nouit. de iudic. c. literas §. nos autem de reſtit. ſpol. c. fin. de præſcript. Garz. de benefic. parte 11. c. 5. §. 4. num. 579.*

Quando duo beneficia incompatibilia † concurrunt à principio in perſona vnius, 12 forte vnum impetratum à ſede Apoſtolica, alterum abſenti, & ignoranti collatum à ſuo epiſcopo, tunc electione vnius aliud tollitur, *c. gratia de reſcript. in 6.* Præfata locum habent, quando habenti vnum beneficium confertur aliud incompatibile cum primo, *gl. fin. in c. ordinarij de off. ord. in 6.* habenti plura † beneficia incompatibilia non poteſta- 13 liud incompatibile per ordinarios etiam legatum à latere, *Franc. in d. c. ordinarij §. in conferendis in pr. & ibi Can.* conferri, quam eis ſuper obtentis diſpenſatio euidenter ſufficiens oſtendatur, & appareat per cãdem, quod is cui collatio eſt facienda, huiuſmodi beneficium retinere libere valeat cum obtentis, vel ſi ea omnia, quæ ſic obtinet, libere & ſponte reſignet, alias ſi prius obtenta non dimiſit, vltimi facta collatio nullius penitus eſt momenti; *cap. ordinarij verſ. in conferendis de off. ord. in 6.* nam in habente triplex beneficium, non eſt titulus coloratus, *c. ſi cui in fin. hoc tit. in 6. Achill. deciſ. 1. de reſt. ſpol.* Verum per acceptationem vltimi non perdit prima obtenta, imo illa retinet, ſi ſano vſus conſilio, videns collationem vltimi non valere, ipſius ex poſſeſſionem non apprehendat, vt

ſic

ſichumanitas iuſtæ plenitudinis non auferatur, gloſſ. in clem. ſi pluresin verb. vacare circa fin. hoc tit. & ibi Zab. num. 4. & canoniſtæ communiter. Si vero poſſeſſionem huius vltimi apprehendit, licet talis poſſeſſio ſit vitioſa, tamen poſt adeptam pacificam poſſeſſionem huiuſmodi vltimo collati beneficij, vacant prima omnia, Clem. ſi plures hoc tit. Franc. in d. §. in conferendis nu. 2. & eſt ineligibilis, & inhabilis non ſolum ad maiores dignitates, puta epiſcopatum, ſed etiam ad minores puta Archidiaconatum, Canoniam, & minora beneficia, c. dudum el. 2. & ibi Butr. num. 17. Pan. numer. 22. & 23. de elect. & alius citra Papam non poteſt cum eo diſpenſare, quia canones reddunt eum inhabilem, & nullam faciunt de diſpenſatione mentionem, Pan. in c. dudum el. 2. num. 23. de elect. per cap. dilectus de temp. ordin. Diſpenſatus ad tria, quæ fuit aſſecutus, poſtea obtinuit diſpenſationem ad quæcumque & qualiacumque beneficia ad annum, & fuit aſſecutus quartum, quod retinuit vltra annum, propter huiuſmodi retentionem quarti vltra tempus diſpenſationis, vacat tantum quartum, & non priora, quia d. c. ordinarij, d. c. de multa, & d. clem. ſi plures, procedunt in eo, qui à principio aſſequitur ſine diſpenſatione incompatibile, & habet malum initium, ſed hic diſpenſatus habet bonũ initium, & licet quartum poſt lapſum temporis in diſpenſatione præſcripti retinuerit, non eſt caſus à iure cõſideratus, ita quod incidat in priuationem obtentorum, quæ non venit imponenda, niſi in iure reperiatur expreſſe impoſita, cap. fin. & ibi Panormit. numer. 8. de iurepat. & Can. Alex. in l. etiam §. licet numer. 7. ff. ſol. matr. Garz. de benef. part. 11. cap. 5. §. 1. numer. 180. Idem iuris eſt in beneficijs † regularibus, incompatibilibus nam religioſus habens prioratum ſine cura, vel eccleſiam curatam, etiamſi eadem cura non per ipſum, ſed presbyterum ad eius præſentationem per epiſcopum inſtitutum habeat exerceri, ſi ſecundum curatum, vel prioratum recipiat, ipſo iure vacat primus, quem ſtatim omnino dimittere tenetur, quod niſi fecerit ex tunc eo ipſo efficitur ineligibilis, & ab vtroque penitus repellitur, c. cum ſingula, & ibi gloſſ. in verb. prioratibus hoc titul. in 6. & ibi Can. late Hoied. de benef. incomp. part. 1. c. 22. ſiue huiuſmodi prioratus, aut eccleſia curata perpetua ſint, ſiue manualia beneficia, Clem. vn. §. fin. & ibi gloſſ. in verb. ſtatutum de ſuppl. neglig. prælat. & ibi Can. translatus quoque ad Abbatiam alterius Monaſterij eiuſdem ordinis, cap. cum ad monaſterium de elect. perdit vocem & locum in priori monaſterio, etiamſi talia iura ab Abbate, & monachis prioris monaſterij ſibi fuerint reſeruata: conſtitutus de elect. c. monachum 20. q. 4. Lap. alleg. 116. Idem obtinet in canonice tranſlato ad Prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, officia, vel locum monachicũ alterius monaſterij quia non licet monachis habere locum in diuerſis monaſteriis quorum vnum non dependet ab alio, nec inuicem ſunt connexa: c. cum ſingula §. prohibemus de præb. in 6. c. fin. in fin. de relig. dom. c. 1. § fin. verſ. niſi forſan de priuil. in 6. Ex perceptione fructuum duorum beneficiorum incompatibilium nulla inducitur inhabilitas ad obtinendum beneficium iuxta opinionem quam ſeruat Rota, licet contrarium ſeruet Cancellaria, Greg. 15. deciſ. 13. num. 7. Rot. deciſ. 3 de except. in antiq. Ex certis cauſis poteſt quis † habere plures ec- 25
cleſias, incompatibiles iure communi, quãdo vna dependet ab alia; c. dudum 2. verſ. ſuggeſſit enim de elect. cap. eam te de æt. qual. & ord. præf. cap. extirpandæ §. 1. hoc tit. cap. cum ſingula verſ. præſenti eod. in 6. gloſſ. fin. in clem. fin. hoc tit. quando eccleſiæ inuicem ſunt connexæ, d. c.

*cum ſingula verſ.* 1. vel ſi habet vnam intitulatam, & alteram vnitam ad vitam, *Put. dec.* 240. *l.* 1. *atteſtans de Stylo Curiæ*, vel commendatam, *d. c. dudum* 2. *verſ. ſuggeßit*, *c. qui plures* 21. *q.* 1. *gloſ. in ſumma* 21. *quæſt.* 1. quia qui commendauit, poteſt reuocare quando vult, nam commendare nihil aliud eſt, quam deponere, *l. commendare ff. de verb. ſignif. l. Lucius ff. depoſ. gl. in d. c. qui plures*, & commenda parochialis eccleſiæ non durat vltra ſemeſtre tempus, *c. nemo deinceps de elect. in* 6. quando talis extat conſuetudo, *c. ſi is cui verſ. non ſic hoc tit. in* 6. *cap.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. niſi vnicum & Can. de conſuet. in* 6. *Achill. deciſ.* 6. *hoc tit. late Hoied. de benef. incomp. par.* 2. *per plura capita*, in quibus caſibus nullius diſpenſatio neceſſaria eſt, *d. c. cum ſingula, & ibi gloſ. in verb. annexi, c. ſuper eo, hoc tit. in* 6. *notatur in d. c. dudum* 2. *de elect. poſt gl. in verb. intitulatam* 21. *qu.* 1. *in ſumma*, ideo licet diſpenſatus ad plura beneficia incompatibilia, ſi diſpenſationem ſimilem impetret ad alia incompatibilia obtinenda, debeat primæ diſpenſationis mentionem facere, alias ſecunda diſpenſatio eſſet ſubreptitia, *fin. de fil. presb in* 6. *Felin. in c. veniens n.* 2. *& ibi Pan. nu.* 14. *de præſcript.* non tamen tenetur facere mentionem commendæ ad vitam, *Mohed deciſ.* 2. *hoc tit. atteſtans de Stylo Curiæ c. dudum & ibi gl. in verb. intitulata & Can. de elect.* ſecundum iura decretalium, quæ ſublata videntur circa commendam per decretum Concilij Tridentini, quo quis prohibetur plura curata, aut alias incompatibilia beneficia, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo recipere, & retinere ſub pœna vacationis, & priuationis ipſo iure, vt dictum eſt, *cap. quicumque ſeß.* 7. *cap.* 17. *§. hæc quoque ibi etiam commendata ſeß.* 24. quia commendæ noſtri temporis ſunt irreuocabiles, ex quo fiunt ad vtilitatem perſonæ, non eccleſiæ; *Rot. diuerſ. dec.* 791. *n. xj. par.* 1. *Sarn. in reg. de public. q.* 4. *in princ.* Su-
per pluralitate beneficiorum † curatorum, 26
prælaturarum, dignitatum, perſonatuum, & officiorum diſpenſat ſolus Papa, *d. c. de multa & ibi gloſſ. fin. & Can. d. c. cum ſingula verſ.* 1. *d. c. dudum* 2 *& ibi glo. in verb. intitulatam & Can.* non legatus à latere, *Rot. deciſ.* 4. *de off. leg. in nou. cap. de multa in fin. hoc tit. & ibi gloſſ fin. Pan. & Can. communiter.* neque epiſcopus quando diſpenſaret ſuper pluralitate curatorum, aut dignitatum, propter prærogatiuam perſonæ, ſed propter neceſſitatem, & vtilitatem eccleſiarum poteſt diſpenſare, *Io. And. in d. c. dudum el.* 2. *nu.* 13. *Rot. deciſ.* 3. *hoc tit. in antiq.* ac propter tenuitatem eccleſiarum, *cap. eam te in fin. de ætat. & qualit. & c. cap. vnic. verſ. fin.* 10. *quæſt.* 3. vel propter penuriam clericorum: *cap.* 1. *in fin.* 21 *quæſt.* 1. *late Hoied. de benef. in comp. part.* 2. *cap.* 12. *c. ſanctorum & ibi gloſ. magiſt.* 70. *diſt.* ſuper pluralitate aliorum beneficiorum, *d. c. dudum, & ibi glo. in verb. intitulatam in fin. & Can.* curati & præbendæ, cui annexa eſt parochialis Eccleſia, *c. extirpanda §. qui vero & ibi gloſſ in verb. præbendam hoc tit.* curati &c. & ſimplicium, *Pan. in d. c. de multa num.* 19. plurium canonicatuum, *Archid. in c. clericus nu.* 4. 21. *quæſt.* 1. Epiſcopus
† poteſt diſpenſare in diuerſis eccleſiis ſuæ 27
diœceſis, in diuerſis epiſcopatibus neceſſaria eſt vtriuſque epiſcopi diſpenſatio. *gloſſ. in d. c. dudum, in verb. intitulatam in fin. Archid. in d. c. clericus nu.* 4 Præterea epiſcopus diſpenſat in eadem eccleſia ſuper pluralitate beneficiorum difformium, vt dignitatis ſine præbenda, & canonicatus, *gl. fin. in c. ſuper eo hoc tit. in* 6. *Achill. dec.* 6 *hoc tit. Franc. in cap.* 1. *numer.* 7. *de conſuet in* 6. quia Rota tenet dignitatem, perſonatum, ac officium etiam ſine præbenda, & canonicatum in eadem eccleſia eſſe incompatibiles, quodque diſpenſatione Pa-

ne Pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Papæ, epiſcopi, vel conſuetudine retineri poſſunt, & non alias; *gloſ. in c. 1. in verb. niſi vnicum de conſuet. in 6. Achill. d. deciſ. 6. hoc tit. Put. deciſ. 189. lib. 3. Hoied. de benef. incomp. par. 1. cap. 11.* ita tamen vt diſpenſatus non ſit triplex, etiam ratione annexionis in eadem eccleſia, ſuper quo inferior à Papa non poteſt diſpenſare. *cap. 1. de conſuet. in 6. Clem. fin. & ibi gloſſ. fin. hoc tit.* Ex decretis Concilij Tridentini epiſcopus habenti vnum ſimplex beneficium perſonalem reſidentiam non requirens, quod ſufficit ad eius ſuſtentationem, non poteſt aliud ſimplex ſimile conferre, *c. cum Eccleſiaſticus ſeſſ. 24.* quia beneficiatus non eſt idoneus ad alia beneficia conſequenda, *c. ſuper inordinata hoc tit.* quod ſi primum ad vitam beneficiati honeſte ſuſtendandam non ſufficit, licet epiſcopo aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre, ſed ſi duo non ſufficerent, non poteſt conferre tertium ſimile abſque diſpenſatione apoſtolica. *d. c. cum eccleſiaſticus ſeſſ. 24. c. ii cu: hoc tit. in 6. Hoied. de benef. incomp. part. 1. cap. 21. Garz. de benef. par. 11. c. 5. §. 3. num. 305. & 310. vſque ad fin. c. quia in tantum hoc tit. c. dudum el. 2. in fin. de elect.* Dictumque *c. cum eccleſiaſticus*, abſtulit epiſcopis facultatem diſpenſandi per ſacros canones permiſſam in præallegatis caſibus; quia ſolus Papa poteſt diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum requirentium reſidentiam, aut vt quis habeat duo beneficia ſimplicia ſufficientia, & non epiſcopus aut legatus à latere, *Garc. de benef part. 11. c. 5. §. 4. nu. 370. & ſeqq. per cap. 17. ſeſſ. 24. c. quia in tantum hoc tit.* licet alij contradicant, vt canonum correctio euitetur, *l. præcipimus in fin. C. de appellat. c. de multa, & ibi gloſſ in verb. per ſedem apoſtolicam & Can. hoc tit. gloſſ. 1. in l. ſciendum, verſ. ſecundo an hodie ſit correcta ff. qui ſatiſd. cog. Iaſ. in auth. ex cauſa ſub nu. 7. in fin. C. de lib. præter. vel exhær.* Cætera diſformia in eadem eccleſia ſunt compatibilia abſque diſpenſatione, vt dignitas & portio, *Put. deciſ. 227. lib. 3 Zab. conſ. 3. cap. fin. §. in illis vero de conceſſ. præb. vel eccl. non vac. in 6.* Canonicatus & portio, *Put. deciſ. 24. hoc tit. cap. 1. de conſuet. in 6. in fin. & ibi Can. Pan. in c. literas in 3. not. de conceſſ. præb. & eccl. non vac.* Rectoria, & Capellania, *Lap. alleg. 116. nu. 5. Garz. de benef part. 11. cap. 5. §. 2. nu. 230. & ſeqq. & num. 235. & ſeqq. cap. ex parte el. 2. & ibi Felin. num. 3. Dec. nu. 4. de reſcript.* vel ex diſpenſatione legati, Nuncij, aut Epiſcopi poſſunt retineri, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi, *Garc. de benef. part. xj. cap. 5. §. 4. nu. 374. & ſeqq. gl. in c. 1. in verb. niſi vnicum, de conſuet. in 6. & ibi Can.* ſuper pluralitate beneficiorum vniformium in eadem eccleſia epiſcopus non poteſt diſpenſare, *gl. fin. in clem. fin. in fin. & ibi Can. hoc tit. Franc. in c. 1. nu. 7. & ibi Can. de conſuet. in 6.* Cum regularibus non poteſt epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum diſpenſare. *Boick in c. de multa n. 21. & ſeq. hoc tit.* Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non præſumitur iuſta, niſi iuſta oſtendatur, *cap. ordinarij §. in conferendis & ibi Franc. numer. 1. Gemin. num. 2. & Can. de off. ord. Oldr. conſ. 326. n. 326. cum 5. conſ. ſeqq.* & in ea videtur neceſſaria ſpecialis mentio, & derogatio. *cap. 17. cum eccleſiaſticus, ſeſſ. 24.* quod non ſimpliciter innouat ſacros canones, quibus ſancte cautum fuit neminem debere in duabus eccleſijs conſcribi, quia eccleſiaſticus ordo peruertitur, quando vnus plurium clericorum officia occupat, *c. cum iam dudum ibi, & Lateranenſis concilij ſtatuta c. de multa, c. ad hæc hoc tit. c. quia nonnulli de cler. non reſid. c. ſanctorum 70. diſt. Hoied. de benef. incomp. par. 2. cap. 12. nu. 84.* affirmat ita tenere *Vicentium Carocium* allegatum in terminis *Conc. Trid.* ſed illis adden-

do videtur præcludere facilitatem diſpenſandi cum ſublimibus, & literatis perſonis permiſſam per c. de multa. §. fin. hoc tit. dum mandat obſeruari in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, d. c. cum eccleſiaſticus, verſ. ſancta ſynodus. ac eoſdem extendit ad omnia alia beneficia tam ſæcularia, quã regularia, quæcumque etiam commendata cuiuſcunque tituli, ac qualitatis exiſtant: d. c. cum eccleſiaſticus §. hæcque. Attamen Rota tenet, quod ſtante clauſula derogatoria non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis &c. videtur ſatis Concilio Tridentino derogatum propter decretum eiuſdem Concilii ſeſſ. 25. c. 21. quod in omnibus in Concilio contentis voluit ſaluam ſemper eſſe auctoritatem ſedis Apoſtolicæ: Rot. Farin. deciſ. 179. nu. 6. & 687. nu. 24. par. 2. iuxta not. per Felin. in c. at ſi clerici §. de adulteriis ſub nu. 2. de iud. Iacob. de Conc. lib. 5. art. 19. nu. 21. Garc. de benef. part. 4. c. 5. nu. 25. & 30. & ſeqq. vbi refert motum proprium Pij V. Præſumitur diſpenſatio ex communi reputatione, & curſu decennij in quacumque materia. l. qui in aliena ff de acq. her. l. ſi filiusfamilias C. de petit. her. Tyraq. de præſcr. illat. 2. c. illud & ibi Fel. not. de præſumpt. Achill. dec. 1. eod.

28 In impetratione diſpenſationis † ſuper pluralitate beneficiorum, debet impetrans facere mentionem de obtentis, c. non poteſt hoc tit. in 6. & ibi gl. 1. & Can. late Butr. in cap. de multa nu. 35. hoc tit. & de qualitatibus obtentorum, alias diſpenſatio non valet, Clem. 1. in princ. hoc tit. & ibi Can. poſt gl in verbo vel alteri Pan. in c. ad aures nu 6. & ibi Can. de reſcript. Ioan. Andr. & Hoſt. in cap. poſtulaſti eod. Quando in eiſdem literis fiunt gratia prouiſiua, & diſpenſatiua, ſurreptio circa vnam non inficit aliam, quia regulariter ſi in eiſdem literis plures continentur gratiæ, nulla inducitur mixtura, cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 265 part. 3. lib. 2. Ceſ. dec. 3. in princ. hoc tit. (quamuis aliqui teneant, quod ſurreptio, doloſa, quæ non fuit cauſa obtinendi omnia vitiet omnia contenta in reſcripto, in pœnã mendacij, Pan. in c. ſuper literis n. 2. de reſcr. Niſi ſubreptio fiat nedum reſpectu diſpenſationis, ſed etiam prouiſionis, quia tunc vtraque gratia annullatur, vt ſi dignitatem habenti Papa de alia prouideat, & diſpenſet cum eo, vt ſimul vtramque valeat retinere: de animarum cura, quæ illis, vel alteri earũ, nempe primo obtentæ imminet, non habita mentione, gratia nullius penitus eſt momenti, Clem. 1. hoc tit. & ibi glo. in verbo alteri Rot. diuerſ. dec. 6 ;0. nu. 1. & 6. part. 1. quæ approbat ſecundum intellectum gl. in d. verbo vel alteri d. Clem. 1. hoc tit. Quia illa qualitas curæ eſt talis, quæ potuiſſet Papam retrahere à conceſſione ſecundi, & diſpenſatione, c. cum in illis hoc tit. in 6. Dec. in c. ad aures nu. 11. & 12. de reſcript. latius diſtinguit Bened. Capr. Concl. 50. quæ videatur. Diſpenſatio ſuper pluralitate † 29
eſt odioſa, & reſtringenda, cap. quamuis el. 1. in princ. hoc tit. in 6. Hoied. de benef. incomp. part. 2. cap. 12. numer. 67. & 68. & ſeqq. cap. requiritis §. niſi rigor 1. quæſt. 7. & ibi poſt gloſſ. Can. Pariſ. Conſ. 88. nume. 20. vol. 4. Panormit. in cap. de multa numer. 4 & Can. hoc tit. Oldrad. Conſ. 325. nu. 4. & ſeqq. Quia ambitioſa, conceſſa ad duo, vel tria intelligitur de duobus, vel tribus primis, cap. non poteſt §. 1. & ibi Franc. in vlt. notab. hoc titul. in 6. Non conſiſtentibus ſub eodem tecto, c. 1. & ibi Franc. n. 7. de Conſuet. in 6. Atque illis, vel alteri eorum non immineat cura animarum, Clem. 1. hoc tit. Niſi de cura expreſſa fieret mentio, cap. cum in illis hoc tit. in 6. Eadem ratione, cum alicui, non obſtante quod aliud beneficium obtinere noſcatur, de alioquo beneficio prouidetur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

detur, per hoc ſecum vt primum benefici-
um cum ſecundo retinere valeat, non intel-
ligitur diſpenſatum, ſed præfata expreſſio
operatur, quod facta ſibi gratia nequeat
ſubreptitia iudicari, *c. non poteſt verſ. pen. & fin.*
*hoc tit. in 6. & ibi Franc num. 2. & Can.* Si Pa-
pa diſpenſat, quod quis poſſit tertium bene-
ficium obtinere cum duobus quæ poſſidet,
non videtur diſpenſare ſuper illis duobus, ſi
ea tenet ſine iuſto titulo, quia ſuppreſſit vi-
tium, *Dec. in cap. dudum el. 2. num. 1. de elect. &*
*Collect. n. 14. qui ibidem à n. 8. vſque ad num. 17.*
*plura ſimilia affert exempla.* Ordinarij tenen-
30 tur, ſub † pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu ec-
cleſiæ ipſo facto incurrendæ, *Extrau. 2. de off.*
*ord.* compellere quoſcumque plura curata,
aut alias incompatibilia beneficia obtinen-
tes, diſpenſationes ſuas exhibere, intra tem-
pus, pro facti qualitate, ipſorum ordinario-
rum arbitrio moderandum. Quod ſi nul-
lam diſpenſationem intra idem tempus cō-
tigerit exhiberi, eccleſiæ, & beneficia, quæ
ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo illicite de-
tineri conſtat, per eos ad quos eorum col-
latio pertinet, libere perſonis idoneis confe-
runtur, amoto eo ſine alia cauſæ cognitio-
ne, qui de facto poſſeſſioni incumbit, *Archid.*
*in c. ordinarij numer. 3. de off. ord. in 6. licet Franc.*
*ibi aliter ſententiat ſub nu. 5. verſ. in gloſſ. in verbo*
*libere,* Si diſpenſatio exhibita ſufficiens eui-
denter appareat, exhibens nequaquam in
huiuſmodi beneficiis, quæ canonice obti-
net, moleſtatur, prouideant tamen ipſi or-
dinarij omnino, etiam per idoneorum Vi-
cariorum deputationem, & congruæ por-
tionis fructuum aſſignationem, vt anima-
rum cura nullatenus negligatur, & beneficia
ipſa debitis obſequiis minime defrauden-
tur, ſub quibus duabus modificationibus
quælibet diſpenſatio ſuper pluralitate intel-
ligitur conceſſa, *Franc. in c. ordinarij in fin. & i-*
*bi Can. de off. ord. in 6.* Si de diſpenſationis ex-
hibitæ ſufficiens dubitetur, ſuper hoc re-
currendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, *c. or-*
*dinarij de off. ordin. in 6. Extrauag. 2. de offic. or-*
*din. c. ordinarij ſeß. 7.* Item is qui poſſidet plu-
ra beneficia incompatibilia, electoribus,
confirmatori, præſentatori, patrono, & pa-
rochianis cogitur oſtendere titulum, & diſ-
penſationem, *Franc. in c. ordinarij ſub num. 5. v-*
*bi late tractat, quando beneficiatus cogatur oſten-*
*dere titulum ſuæ poſſeßionis de offic. ordin. in 6. &*
*ibi Gemin. in § quod ſi forte nu. 7. verſ. gloſſ. ſuper*
*verb. exhiberi, & Can. communiter c. beneficium,*
*& ibi glo. in caſus poſitione verſ. quæritur inſuper,*
*ac etiam gl. fin. de reg. iur. in 6. & Can.* Ratio
eſt, quia poſſeſſioni eius reſiſtit ius commu-
ne, *c. conſtitutis de elect. gl. fin. in c. 1. de reg. iur. in*
*6. & ibi Can.*

Sexto ob non promotionem † ad pres- 31
byteratum intra annum, nulla etiam præ-
miſſa monitione ipſo iure vacat eccleſia pa-
rochialis, *c. licet Can. de elect. in 6.* quæ nulla-
tenus ea vice poterit iterato eidem confer-
ri, ne Canon debito fruſtretur effectu, *cap.*
*commiſſa verſ. porro de elect. in 6.* Sed non alia
beneficia † ſacerdotalia, aut Decanatus Ca- 32
thedralis, vel Collegiatæ eccleſiæ, *gloſſ. in d.*
*c. licet Canon. in verb. parochialis communiter ap-*
*probata à Can.* vel eccleſia parochialis Colle-
giata, *cap. ſtatutum de elect. in 6.* in quibus ſer-
uari debet *c. cum in cunctis, §. inferiora de ele-*
*ction.* Currit autem annus à † die commiſſi 33
regiminis, & habitæ pacificæ poſſeſſionis ec-
cleſiæ ſiue exercitij curæ, etiam cum minore
parte bonorum, vel per eum ſteterit, quo
minus habeat, *d. c. commiſſa, verſ. annus & ibi gl.*
*in verb. pacificam & Can. gl. fin. in c. ſi tibi conceſſo,*
*& ibi Can. h. t. in 6. Caſſad. deciſ. 9 nu. 2. de cauſ.*
*poſſ. & propr. Sarnen. in regula de trienn. q. 53. poſt*
*princip. verſ. & ideo pro vera,* & illa pacifica poſ-
ſeſſio non requirit, quod ſit continua,

ſed

ſed ſufficit quod ſtatim per vnum, aut duos
menſes non fuerit de iure, aut de facto tur-
bata, aut ei mota lis ſuper titulo beneficij:
*late Sarnen. in reg. de trienn. quæſt. 53. Bellam. dec.*
83. excuſant ab hac priuatione † iuſtum
34 impedimentum, *gl. in d. c. commiſſa in verb. iu-
ſto impedimento, & ibi Can. Garz. de benef. par. 3.
c. 4. num. 6. & ſeqq.* item cum ex toto annus
non fuerit elapſus, quamquam tantum de
anno tranſiuerit, quod intra ipſum nequeat
ad ſacerdotium promoueri, *d. cap. commiſſa
in princ. & ibi Can. Rot deciſ. 38. hoc tit. in antiq.*
quia cum habeat ius ante decurſum anni in
beneficio, poteſt illud permutare, *Oldrad.
conſ. 203. factum tale eſt, collata fuit &c.* ſed non
vltima die anni; *Rota deciſ. 6. de rer. permut.
in antiq. c. vnico ibi ſine fraude de rer. permut. in 6.
arg. c. fin. de renunc. in 6.* vel obtinere à ſummo
Pontifice diſpenſationum, ſiue facultatem
de non promouendo, quæ ad annum tan-
tum ſuffragatur, præterquam in caſibus à iu-
re expreſſis; *c. facultates 2. ſeß. 7. Mandoſ. deſign.
grat. titul. diſpenſ. de non promoueri in princ. &
verſ. nouiſsime*, aut iure Decretalium diſ-
penſationem epiſcopalem, quod vſque ad
ſeptennium litterarum ſtudio inſiſtens, pro-
moueri minime teneatur, niſi ad ordinem
ſubdiaconatus dumtaxat, ad quem intra
prætactum annum recipiendum conſtrin-
gitur ſub pœna priuationis antedictæ, &
interim deputatur Vicarius ad curam exer-
cendam, cum aſſignatione congruæ portio-
nis, *c. cum ex eo, & ibi gl. in verb. obtinent de elect.
in 6 Rot. dec. 38. hoc t. in antiq.* ex decretis Con-
cilij Tridentini epiſcopi talem licentiam
non concedunt: *Gonzal. in Comment. ad regul.
Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 6. num. 151. Steph.
Quaranta in ſumm. Bullarij in addit. verſ. item li-
mita in parochiis Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num.*
107. nam cum hodie parochiales eccleſiæ
prouideantur per concurſum, præſupponi-
tur quod ille qui tanquam idoneior cæteris
Prælatus eſt, iam prius ita ſtuduerit, quod
ſtudiorum cauſa ab eſſe non ſit neceſſe, vel
potius obtinere poterit à ſummo † Pontifi- 35
ce prorogationem anni, *Mandoſ. deſignat. grat.
tit. prorogationes verſ. parochialem*, quales pro-
rogationes in ſimilibus caſibus, vel breuio-
res, vel ſaltem æquales, non autem longiores
primo termino, *l. ſancimus C. de fideiuſſ. Auth.
qui ſemel C. quom. & quand. iud. & c. c. præſenti 5.
quæſt. 2.* de Stylo Curiæ concedi conſueue-
runt ex cauſa, cum infraſcriptis clauſulis,
ſcilicet nondum elapſi, ſi enim lapſus eſſet
terminus non prorogatione, ſed renoua-
tione, aut noua opus eſſet conceſſione, *l.
ſed etſi manente ff. de precar. & ibi gloſſ. alleg. con-
cord. Staphyl. de lit. apoſt. in forma breuis in princ.
num. 8.* Item à fine termini à iure præfixi, ſeu
per regulam conceſſi, quia tempus proro-
gatum idem cum primo cenſetur, qualita-
teſque & conditiones omnes primi termini
aſſumit, *l. 2. in fin. in princ. ff. de iudic. l. 4. ff. de
dam. infect. l. cum dies in princ. ff. de arbitr. Gail.
obſeru. 91. nu. 20. 21. & ſeqq. lib. 1.* quando ter-
minus eſt pluries prorogatus, quod debet
exprimi ad vitandam ſubreptionem *c. 2. de
fil. presbit. in 6.* Solet apponi clauſula, ſine ſpe
vlterioris prorogationis, *c. præſenti 5. quæſt. 2.
in fin. Mandoſ. deſignat. grat. titul. prorogationes
verſ.* quoties ſuper &c. plura ſimilia cumulās.

Septimo per contractum matrimonij † 36
per verba de præſenti, etiamſi non ſit ſecuta
copula carnalis, vacant obtenta beneficia,
*c. 1. c. diuerſis, de cler. coniug. Rot. dec. 1. eod. in nou.*
dictum eſt ſupra *de cler. coniug.* & dicetur in-
fra *lib. 4. tit. qui clerici vel vouent.*

Octauo vacant beneficia beneficia per
ingreſſum † religionis, in qua emittuntur 37
tria vota ſubſtantialia, paupertatis, caſtita-
tis, & obedientiæ, *c. ad apoſtolicā de regul. & trā-
ſeunt. ad relig. c. cum ad monaſt. de ſtat. Monach.*

post

poſt profeſſionem expreſſam, vel tacitam, *c. beneficium de regul. & tranſ. ad religionem in 6. Garc. de benef. part. 11. c. 9. n. 1. & 2.* ſecus eſt in ingreſſu earum, quæ non ſunt veræ religiones, ut ſunt militia Sancti Stephani in Turcia, & aliæ militiæ in Hiſpaniis, per quarum profeſſionem, aut clericalem militiam non vacant prius obtenta beneficia vel penſiones, *Card. Seraph. deciſ. 121. Pan. in rubr. de regul. Pan. in c. quamvis num. 3. de decim. & in c. 2. num. 10. & 11. de for. comp.* quia poſt profeſſionem clericalis militiæ ſunt capaces beneficiorum ſæcularium, ut latius dicetur in tit. *de regul. & tranſ. ad religionẽ, &c.*

38 An vacent poſt biennium † novitiatus peractum & emiſſa tria vota ſubſtantialia ſimplicia in Societate Jesu difficilis eſt quæſtio, videntur vacare quia tunc Novitii eſſe deſinunt, & in Societatis Corpus cooptantur, *Gregorius xiij. in conſtit. Aſcendente Domino §. quibus conſtitutionibus & §. ſeqq.* Dicta tria vota ſimplicia ſunt vere ſubſtantialia religionis vota, *d. conſtit. aſcendente Domino §. ad hæc* & qui illa emiſerunt ſunt vere & proprie religioſi, *d. conſtit. aſcendente Domino §. & quamvis verſ. motu proprio & verſ. neminem & §. non modo* ac ab ea diſcedente etiam prætextu melioris frugis, Apoſtaſiæ & excommunicationis pœnas incurrunt: *d. conſtit. aſcendente §. porro & §. quamvis in princ.* habere autem ſæculare beneficium & eſſe religioſum ſe non compatiuntur: *Ioan. Monach. in c. beneficium num. 6. de regular. in 6. c. presbyteros 16. q. 1 gloſſ. in clem. 1. in verb. ſocientur & ibi Can. de elect.* nec licet amplius quam unum Collegium licitum habere, *l. 1. in fin. ff. de colleg. l. iis quidem in princ. C. qui milit. poſſ. & c. lib. 12. cap. fin. in fin. de relig. domib.* eſt enim profeſſio eorum pura ſed reſolubilis in unum caſum, nempe dimiſſionis extra ſocietatem per Generalem, ac interim ligantur canonibus diſponentibus circa religioſos: *arg. l. 2. & ibi not. per gl. & DD. l. 3. & 4. ff. de in diem addict. l. 6. §. fin. cum l. ſeq. ff. eodem l. 3. de contrah. empt. l. 2. §. ſi in diem ff. pro emptor. l. 1. ff. de evict. & ibi gl. & DD.* Nec obſtat quod bonorum ſuorum jus & dominium retineant donec ad gradum profeſſorum ſeu coadjutorum formatorum perveniant, *d. conſtit. aſcendente Domino §. & licet*, quia bona ſua dicuntur in quibus competit dominium & rei vendicatio, *§. cum in ſuo Inſtit. de rer. diviſ. & ibi gl. punitus la. 2. §. cui legatum ff. de aur. & arg. leg. l. 1. C. de Theſaur. lib. 10.* In beneficiis præter titulum qui perſonalis eſt, *c. ſuſceptum & ibi not. de reſcript. in 6. Roman. conſ. 374. num.* requiritur reſidentia & perſonale ſervitium ad lucrandos fructus, *c. quia nonnulli de cler. non reſid. c. fin. 92. diſt. c. 2. ſeſſ. 6. in Trident. c. cum dignitates §. præterea ſeſſ. 24.* quorum proprietatem beneficiati acquirunt poſt perceptionem aut diſtributionem & non antea, *Ioan. And. in c. præſenti numer. 6. & 7. de offic. ord. in 6. Arch. in ſtatutum ſub n. 13. de reſcript. in 6. & utrobique Can. Calder. conſ. 21. de præbend.* Pro Societate Iesu, quod non vacent, poſt allegati, generalitas rationis ut majorem habeat libertatem illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſione dimittendi, *d. conſtit. aſcendente §. & licet*, quæ ad retentionem beneficiorum extenditur: *l. regula §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater ff. ad S. C. Tertyl. Pan. in c. ſicut n. 8. de teſtib.* quia ſub appellatione bonorum naturali & Civili comprehenduntur beneficia, *l. bonorum 1. & 2. ff. de verb. ſignif.* cum beneciati in beneficiis & collatione ſeu inſtitutione jus habeant, *c. authoritate & ibi gl. pen. & Can. de inſtit. c. beneficium & ibi gl. 1. & Can. de reg. jur. in 6. c. ſi tibi abſenti & ibi Can. de præben. in 6.* Item quod cooptati ut ſcholares ap-

probati in corpus Societatis poſt biennium
novitiatus completum, ſunt in perpetua
probatione uſque ad gradum coadjutori-
um ſpiritualium formatorum, aut profeſſio-
nem quatuor votorum, *d. conſtit. aſcendente*
*§. ſcholares & §§. ſeqq.* unde diverſo ab illis
jure cenſentur, *l. ſi idem C. d codic. l. hos accuſa-*
*re §. omnibus ff. de accuſat. cum ſimilibus*, non
determino quia Gregorius xiij. interpreta-
tionem dictæ conſtit. Aſcendente Domino
ſumm. Pont. ſedi Apoſtolicæ ac Generali
Societatis reſervavit, *d. conſtit. Aſcendente §.*
39 *præcipimus & §. ſeq.* Beneficium illius † qui
ingreditur religionem, non eſt alicui intra
annum aut biennium novitiatus, ubi religio
eſt dura, *c. monaſteriis 19. q. 3. arg. c. quia in In-*
*ſulis de regular. & tranſ. ad relig.* vel ſtatuta id
requirunt conferendum, quia biennium ſur-
rogatur loco anni, & ſapit ejus naturam, *arg.*
*eorũ quæ tradit Bald. in l. ſupervacuam in 2. not.*
*in fin. C. de temp. in integ. reſtit. Bald. in l. in con-*
*tractibus in prin. C. de non recip. pecun. Ioan. And.*
*in add ad ſpecul. tit. de appell. §. nunc breviter in*
*verb. ex ratione Everh. in loco à vi ſurrogationis*
*verſ. decimo quinto facit Iaſ. in §. pœnales num.*
*115. & ſeqq. Inſtit. de action* ingrediens non
perdit jus, quod habet in beneficio, vel ad
beneficium, *c. beneficium, & ibi poſt gloſſ. in*
*verb. conferendum Can. de reg. & trans. ad re-*
*lig.* ſed durante anno probationis, nullos po-
teſt habere beneficii fructus, *gloſſ. fin. in c.*
*beneficium, & ibi Io. Andr. & Can. de regul. &c.*
*in 6.* quia exiſtens in anno probationis de-
bet eſſe in ſumma paupertate, alias non poſ-
ſet experiri aſperitates religionis, ſed fructus
40 † conſervantur, dempta congrua Vicarii,
qui pro illo deſeruit, & ſi revertatur ingreſ-
ſus ad ſæculum, ſive profiteatur, illos recu-
perabit *d. c. beneficium, & ibi poſt gl. in ult. not.*
*ac gl. fin. Can. de regul. & trans ad relig. Garc. de*
*benef. par. xj. c. 9. n. 28. & ſeqq.* In beneficiis au-
tem non habentibus † fructus abſentia, ut 41
in canonicatibus & præbendis, quorum fru-
ctus reſidendo lucri fiunt, novitius non lu-
crabitur interim fructus, quia licet ex juſta
cauſa abſit non tamen habetur pro præſente
per canones, *Garc. de benef. par. 11. c. 9. n. 31.*
Præterea non eſt vocandus ad electionem,
quamvis ſit in loco, unde alias vocandus fo-
ret, ne detur ei materia vagationis, aut di-
ſtractionis, *Petrus de Baitio in direct. elect. c.*
*26. 1. part.* Item conſtituto in anno proba-
tionis beneficium † regulare non poteſt 42
conferri, quia ad id requiritur expreſſa pro-
feſſio, *Clē. ne in agro §. ſane de ſtat. regul. Clem.*
*quia regulares ſuppl. neglig. præb.* Beneficium
vero ſæculare conferri non debet, *c. benefi-*
*cium, & ibi gl. in verb. conferendum verſ. ſed*
*nunquid & ibi Can. de regul in 6. c. ſuper eo de*
*regul & tranſ. ad relig. & ibi not.* quia dubius
ejus ſtatus, & jam fingitur religioſus, quoad
privilegium immunitatis, *c. religioſus de ſent.*
*excomm. in 6. cuſt. Inſtit major. lib. 3. tit. de re-*
*gular. num. 90. & plu. ſeqq.* tum ne inducatur
ad religionẽ deſerendam, *c. quorundam de e-*
*lect. in 6.* & licet id fieri non debeat, ſi tamen
ei ſæculare beneficium conferatur, vel ad id
eligatur, tenet collatio, & electio, ſed acce-
ptando, & conſentiendo religioni renun-
ciat, quia non eſt compatibile cum novitia-
tu, *Franc. in d. c. beneficium ſub n. 1. circa fin. verſ.*
*in ea gl. poßideri non poſſet de regul. in 6. & ibi*
*Can. clem. 1 de elect.*

Nono per adeptionẽ ſecundi † Canoni- 43
catus, aut præbendæ canonicalis, vel quaſi,
*Vital in Clē. ſi juxta n. 42. & ſeqq. h. t. Rot. diverſ.*
*dec. 684. part. 1.* Capellaniæ ſive altaris, *c. 1. &*
*ibi Franc. n. 8. Gemin. n. 14 de cõſuet. in 6. Garc.*
*de benef part. 11. c. 5 n. 221. & ſeqq. & 225. &*
*ſeqq. &c.* Beneficii etiam ſimplicis ſub eo-
dem tecto ipſo jure vacat primum ſimile, *c.*
*litteras veſtras de conceſſ. præb. Clem. ſi juxta h. t.*

Hojed.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Hojed.de benef.incomp.c.20.n.26.part.1.1. Pa-*
*riſ.de reſign.lib.3.q.1.n.106.late Garz.de benef.*
*part.11.c.5.§.2.per tot.* Etiamſi alterum ex eis
fuerit dependens, vel annexum, *gl. fin. in. d.*
44 *Clem.ſi juxta h.t.& ibi Canonic.* Taciturnitas †
quod beneficium prius à me obtentum eſ-
ſet ſub eodem tecto, non inducit ſubreptio-
nem, aut invaliditatem ſecundæ gratiæ, *Mo-*
*hed.deciſ.14.h.t.Rot.diverſ.deciſ.650.n.4.part.*
*1.c.literas de Conceſſ. præb. ibi gloſſ.fin.& ibi*
*Can.* Quia quod in una & eadem Eccleſia
unum, vel aliud ſimile obtineat, nihil inter-
eſt, neque enim poteſt dari major aptitudo
reſpectu unius, quam alterius. Beneficium
45 ſitum † in capella, clauſtro, cœmiterio,
ſeu ambitu contiguis Eccleſiæ cenſentur eſ-
ſe in eadem Eccleſia, *Rot. deciſ. 6. de conceſſ.*
*præb.in nov.Gonz.ſuper reg. de menſ. & altern.*
*gl.10.n.24.& ſeqq.Hoied.de benef.incomp.c.20.*
*n.27.* Secus ſi non ſint contigua, *cap.ſi Civitas*
*in fin.de ſent.exc.in 6.Garſ.de benef.par.11.c.5.*
*§.2.n.258.& ſeq.*
46 Decimo: ſunt alii modi vacationum † re-
cenſiti, *per Rebuff.in tract.concord. tit. de reg.*
*ad prælat.nomin.§.Monaſteriis in verbo vacanti-*
*bus,& per Gonz.ſuper reg.Cancell.de menſ.& al-*
*tern.gl.15.à princip.uſque ad n.134.Staph.in tr.*
*de ſign.grat.tit.de var.mod.vac.Fel. remiſſive in*
*c.n.3.de præſcr.* à me ſuis locis annotati.

*Tertia pars hujus tituli.*

## *SVMMARIA.*

1. *Privationis pœna per judicem imponi non poteſt niſi exprimatur jure.*
2. *Crimen nullum inducit privationem de jure niſi dicatur & judex ordinarius delicti pronunciat ſuper delicto & privat delinquentem beneficio quod alibi habet.*
3. *Privationis pœna expreſſe à lege impoſita non intelligitur ipſo jure ſed per ſententiam.*
4. *Privatio ipſo jure, & privatio per ſententiam in quibus differant.*
5. *Privati ipſo jure beneficiis, recenſentur.*
6. *Privandi per ſententiam beneficio enumerantur.*
7. *Prælato ſuſpecto poſtulato non eſt interdicta adminiſtratio ſed ſibi adjungitur alius cum quo adminiſtrat.*
8. *Vt privetur clericus beneficio quatuor requiruntur cauſæ rationabiles, manifeſta gravis quodque privetur in judicio danturque impetranti gratiæ ſive reſcripta certo modo nuncupata.*
9. *Privationes propter crimen nō ſignantur niſi in forma juris.*
10. *Impetrans qui narrat multa delicta per privandum perpetrata, arctari debet ad probandum ea de quibus illum diffamat.*
11. *Nunquam committuntur in Curia niſi in tribus caſibus.*
12. *In eis non datur ſummarius proceſſus.*
13. *Impetrans tenetur ſervare ſolemnitates libelli accuſatorii.*
14. *Beneficium non cenſetur litigioſum, ſed perſona.*
15. *Eſt accuſatio civilis in qua poteſt intervenire procurator.*
16. *Impetrans tenetur ſe inſcribere in forma juris, ſed de ſtylo ſatis eſt quod ſe obliget ad pœnam extraordinariam arbitrio Rotæ antequam reus citetur.*
17. *Sententia condemnatoria aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio in quo erat comminata pœna privationis, non privat beneficiis irrevocabiliter.*
18. *Sententia privationis in abſentem vel contumacem lata ſuper ipſo crimine per veras & legitimas probationes eſt definitiva & privat irrevocabiliter.*
19. *Per privationem beneficium vacat in loco in quo fit privatio.*

SVNT certi caſus, in quibus clerici pri-
vantur beneficiis obtentis, vel ipſo jure,
vel per ſententiam, Pœna privationis per
1 judicem † imponi non poteſt, niſi exprima-
tur à jure: *c. cum vos & ibi gloſſ. in verbo mi-*
*nus idoneæ de off. jud. ord. pen. in cap. fin. & ibi*
*Panorm. de jurepat. Garc. de benef. par.* 11. c. 10.
*in princ.* Negligens in faciendo, puta in pro-
curanda poſſeſſione, non incurrit pœ-
nam privationis, niſi præfigatur terminus à
jure, vel ab homine ad illud faciendum, c.
*ex parte de conc. præb. & eccleſ. &c. c. extir-*
*pandæ §. quia vero, & Mob. deciſ. 32. hoc tit.*
*Felin. in c. ſi autem num. 4. de reſcript. Franc.*
*in c. ad Apoſtolicæ §. fin. in fin. de re jud.* aut ſibi
fiat denunciatio, quia ſola ſcientia non ſuf-
ficit, *Bart. in l. denunciaſſe num. 2. ff. de adul.*
*Mohed. deciſ. 3. num. 3. de ſent. excomm.* Nul-
2 lum quoque commiſſum, & nullum † cri-
men inducit privationem de jure; niſi di-
catur: *gl. in ſumma 15. quæſt. 8. in fin. c. Apoſto-*
*lus & ibi gloſſ. in verbo damnatione 81. diſt. c.*
*cum non ab homine, & ibi Doct. de jud. Felin. in*
*c. querelam num. 2. de jureiur. ubi limitat uno*
*modo.* & judex ordinarius delicti non ſo-
lum pronunciat ſuper delicto, ſed poteſt
privare delinquentem beneficio, quod alibi
habet, *Zab. in Clem. paſtoralis §. denique in 2.*
*quæſt. in fin. de re jud. Dias in pract. crimen. Can.*
c. 134. *num.* 4. Quando pœna privationis
3 expreſſe † eſt impoſita à lege, vel conſtitu-
tione, non intelligitur ipſo jure in dubio,
ſed per ſententiam, *gloſſ. fin. in c. 1. de ſagitt. c.*
*ſicut tuis, & ibi gl. in verbo anathematis, & Can.*
*de ſimon. Achil. deciſ. unica de pœn. Put. deciſ.*
129 *lib. 3. contra Felin. in d. c. ſicut tuis aliter*
*dicentem.* inter quæ eſt magna differentia,
4 quia † privatus ipſo jure, à die incurſæ pri-
vationis, perdit dominium, & jus ipſo facto,
nec poteſt alienare, *l. donationes §. perfectæ,*
*& ibi DD. ff. de donat. l. ex judiciorum ff. de ac-*
*cuſ. & inſcript. c. cum ſecundum de hæret. in 6.*
*Anch. in c. 2. in 6 not. de præſcript. in 6.* teſtari
nec facit fructus medii temporis ſuos, *Bald.*
*in auth. inceſtas C. de inceſt. nupt.* Imo ſi fru-
ctus recipit, facit eorum furtum, *Bald. in c.*
1. *§. iniuria punitur ſub num. 10. verſ quæro an*
*committat furtum de pac. jur. fir. in uſib. Feud. c.*
*dudum el. 2. in fin. princ. verſ. & retinendo be-*
*neficia de elect.* & contra eum non eſt ne-
ceſſaria aliqua ſententia condemnatoria,
ſed tantum declaratoria, *d. c. cum ſecundum*
*in fin. l. eius qui delatorem verſ. nec enim ff. de*
*jur. fiſc.* Poſt præmiſſam legitimam eius, qui
ipſo jure privatus dicitur, citationem: *gloſſ.*
*in c. præſenti in verbo conſtiterit de cenſ. & ibi*
*Can. Clem. 2. & ibi gl. in verbo Cōſtiterit de pœn.*
*c. parochianus. & ibi Panormit. n. 2. de ſent. ex-*
*comm.* In foro conſcientiæ tenetur dimit-
tere beneficium, quo ipſo jure privatus eſt,
etiam ante ſententiam declaratoriam, *Garc.*
*de benef part.* 11. c. 10. *num. 7. & ſeqq & num.*
18. *& ſeqq.* Privandus retinet jus & domi-
nium, poteſt alienare, niſi ſecuta ſit conde-
mnatio, & privatio, *Felin. in c. inquiſitionis n.*
6. *de accuſ. l. poſt contractum ff. de donat.* Quia
per ſententiam latam ſuper crimine non eſt
privatus beneficio, niſi hoc ſententia expri-
mat, *Rot. deciſ. 5. in fin. de re jud. in antiquior.*
*Innoc. in c. qualiter & quando el. 2. ſub nu.* 10.
*verſic. credimus tamen quod ex quo de accuſ.*
*Dias in pract. crim. can.* c. 134. *nu. 3.* & ſolvere,
& ei ſolvi poteſt, *l. reo, & l. ſeq. ff. de ſolut.* ac
facit fructus ſuos, ad quorum reſtitutio-
nem non tenetur. *Fel. in c. de quarta num. 32.*
*de præſcr. Zab. in clem. conſtitutionem §. cæte-*
*rum num. 10. de elect. Dias in pract. crim. can. c.*
134. *num. 5.* Ipſo jure ſunt privati, † offen- 5
dens Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,
*c. felicis, & ibi gloſſ. in verb. diſponant, de pœn.*
*in 6.* hæreticus, *c. cum ſecundum de hæret. in 6.*
falſificans literas apoſtolicas, *c. ad falſario-*
*rum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rum de crim. falſ.* ſchiſmaticus, c. *nos conſuetudinem 12. diſt. & ibi not. c. 1. de ſchiſm.* percutiens temere & injurioſe epiſcopum, ſeu banniens, aut capiens, vel hæc mandans, aut ab aliis facta ratum habens &c. eis beneficiis tantum, quæ ab eccleſia, cui ſic offenſus præeſt epiſcopus, obtinet, *clem. 1. de pœn.* & alii plures ſub ſuis titulis annotati relati *per Rebuff. in prax. part. 3 tit. 1. de mod. amitt. benef. à num. 1. uſque ad* 50. Non poſſunt reſignare, aut permutare, *Pariſ. de reſig. benef. l. 3. qu. 1, num. 21. & ſeqq.* quia quæ ipſo jure amiſſa ſunt, non poſſunt alienari, etiamſi non præceſſerit ſententia declaratoria, *Auth. inceſtas nuptias & ibi Bald. numer. 7. C. de inceſt. nupt. d. c. cum ſecundum & ibi gloſ. in verb. ipſo jure & Can.* is cui eadem conferuntur habet proprietatem & jus in beneficio, & agendo petit privatum à poſſeſſione amoveri, *gloſſ. in c. 2. in verb. finita, ut lit. pend. & c. in 6. Prob. ad Monach. in c. præſenti num. 16. de off. de leg. in 6. Anfred. ad Capell. Tholoſ. quæſt.* 347. quia in perditis ipſo jure amittitur proprietas, non poſſeſſio: *d. c. cum ſecundum & ibi Franc. n. 2. in ult. not. & Can. Gonzal. ſuper reg. canc. de menſ. & alter. gloſſ. 15. n. 140. & pluribus ſequentibus.* Si inter duos litigatur de beneficio, & unus propter ſuum delictum fuerit eo privatus, ſiquidem alter poſſidet, datur ſibi abſolutoria, ſi non poſſidet, non propterea illi aſſignandum eſt beneficium, niſi primo probet ſe habere jus in eo: c. *olim. ex literis in fin. de reſcript. & ibi Can. c. fin. & ibi gloſſ. fin. Io. Andr. & Pan. de crim. falſi.* diciturque cauſa beneficialis, & beneficium ſtatim effectum eſt litigioſum. *Gars. de benef. par. 11. c. 3. num. 75. & ſeq. & num. 80. & ſeq. Prob. Monoch. in c. præſenti n. 16. de off. leg. Capell. Tholoſ. q.* 437.

6 Per ſententiam privandi † ſunt, Simoniacus notorius in beneficio, nec non publice infamatus de Simonia, qui ſe purgare non poteſt, c. *inſinuatum de Simon. dicetur in tit. de Simon.* concubinarius, *dictum eſt ſupra tit. de cohabitat. cleric. & mul.* perjurus, qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra licitum juramentum, ſecus in eo, qui venit contra fidem promiſſam; c. *querelam de jureiur. & ibi Can.* Signatura tamen non dat pro perjurio privationem, niſi ſit judiciale perjurium, *dictum eſt ſupra tit. de jurejur.* homicida; *dicetur tit. de homic. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. ubi ampl. limitat quatuor modis.* præterquam quod ex conſtitutione Alexandri Sexti 11. litigantes, qui adverſarios, eorumque procuratores, judices, teſtes, notarios &c. minis afficiunt, verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu per alios talia procurare, & exequi quomodolibet præſumunt, quamquam mors, vel mutilatio ex hoc forſan non ſequatur, aut tales receptant &c. vel favorem publice, vel occulte præſtant &c. cauſam ipſam & omne jus tam in petitorio, quam poſſeſſorio, in re vel ad rem, cauſa vel occaſione huiuſmodi quomodolibet competens, eo ipſo perdunt penitus, & amittunt: *Rot. diverſ. deciſ. 639. & deciſ. 717. num. 16. par. 1. Put. deciſ. 97. & duab. ſeqq. lib. 1. eam explanant facit c. dilectus & c. in quibuſdam de pœn. & ibi not.* & multis aliis de cauſis privandi ſunt beneficiis locis opportunis annotati enumerati *per Rebuff. in prax. par. 3. tit. 1. de mod. amit. benef. à num. 50 uſque ad finem*: Prælato ſuſpecto † poſtulato non 7
eſt interdicta adminiſtratio, ſed ſibi adjungitur alius cum quo adminiſtret: c. *venerabili de offic. deleg.* immo Prælatus propter ſuſpicionem etiam probatam non removetur, ſed alius ei adiungitur: c. *licet Heli de Simon. & ibi gl. in verb. dilapidatione Pan. num. 8. 18. & 20. & Can. Bart. in l. quod ſi forte §. ſunt quidam ſub num. 4. ff. de ſolut. & ibi DD.* Tu-

tor vero ſuſpecto poſtulato ſtatim inter-
dicta eſt adminiſtratio, §. *ſi quis autem Inſt. de ſuſpect. tutor, l. eum quem C. de ſuſp. tut.* nul-
la enim eſt comparatio inter tutores, & præ-
latos, c. *fin. & ibi gl. pen. in fin. 5. quæſt. 3. Dec. in l. pactum curatoris, ſub num. 1. C. de pact.*

8 Regulariter quatuor requiruntur † ad
hoc, ut clericus licite poſſit privari ſuo be-
neficio, cauſa rationabilis, manifeſta, & no-
toria, *c. nos in quemquam & cc. ſeqq. 2. q. 1.* quia
non creditur judici etiam epiſcopo, ſi dicat
clericum criminoſum, ſed oportet quod le-
gitime conſtet; c. *ſi tantum, c. placuit. 6. q. 2.*
gravis, quia pro levi non debet quis privari
ſuo beneficio, c. *inventum 16. qu. fin. & ibi gl. in verb. niſi gravi.* quodq; privetur in judicio,
ſive juris ordine ſervato: *c. conquerente, & ibi Pan. n. 2. de reſt. ſpol. c. primates, c. inprimis 2. qu. 1.* In iſtis caſibus impetranti dantur gra-
tiæ, ſive reſcripta certo modo nuncupata in
Romana Curia, moduſq; vacationis expreſ-
ſus aliquando datur diſpoſitione, & tunc
nullam aliam vacationem impetrans capere
poteſt ex clauſulis generalibus, ſive præmiſ-
ſo, ſive alio quovis modo &c. vacet; ex qui-
bus venit alias omnis vacationis modus etiã
in impetratione certo modo, c. *ſuſceptum de reſcript. in 6. Caſſad. deciſ. 5. Mohed deciſ. 17. & Cæſ. deciſ. 14. n. 6. & 8. hoc tit. Put. deciſ. 312. lib. 1. Rot. deciſ. 560. n. 1. & 2. par. 2. in collect. per Farinac.* aliquando dicitur præterquam per
obitum obtinentis, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. certo modo, verſ. fin.* dant titulum coloratum
in ſpolio non aliter verificato modo vacan-
di; *Put. deciſ. 268. lib. 2. c. in literis & duob. cc. ſeqq. de reſt. ſpol.* Privationes propter crimen
9 † non ſignantur niſi in forma juris, id eſt,
niſi ille de jure ſit privandus, non tamen ap-
ponitur clauſula conditionalis, ſi privandus
eſt, propter honorem Signaturæ; ſi enim
conditionaliter reſcriberet, videtur argui
poſſe de ignorantia juris, niſi eſſet articulus
valde dubius in jure, An quis propter talem
cauſam debeat privari, quia tunc datur; pro-
ut de jure in forma juris, *Staphyl. de ſign. lit. juſt. §. verum quia nu. 7. Sarn. in reg. de ſubrog. collit. q. 7. verſ. poſtremo.* Quando impetrans
† narrat multa delicta per privandũ perpe- 10
trata petitq; committi probis viris, ut ſi eis
de præmiſſis, vel altero præmiſſorũ conſti-
terit &c. ſemper ſolent deleri iſta verba, vel
altero præmiſſorum, quia impetrans diffa-
mans aliquẽ de pluribus criminibus debet
arctari ad probandũ ea, de quibus illum diſ-
famat, & ſi non probet omnia, tenetur ad
pœnam talionis, vel ſaltem ad pœnam diffa-
mationis: *Sarnen. in d. reg. de ſubrog. collit. q. 7. verſ. item ſciendum eſt: Staph. de ſign. lit. juſt. §. verum n. 2.* nunquam committuntur in cu-
ria † niſi in tribus caſibus, quando delictum 11
eſt ibi commiſſum, vel cenſuræ ob quarum
incurſum datur privatio, fuerunt in illa ful-
minatæ aut privand⁹ ſit præſens, & reſidens
in curia; c. *poſtulaſti, c. fin. de for. comp. & ibi Can. l. 1. C. ubi de crim. & c. Sarnen. in reg. de ſub-
rog. collitig. qu. 7. verſ. inprimis Staphyl. de ſign. lit. juſt. § verum n. 1.* in eis non datur † ſum- 12
marius proceſſus, *Sarnen. in d. reg. de ſurrog. collit. q. 7. verſ. item ſciendũ eſt, Staphyl. de ſign. lit. juſt. §. verum n. 2.* niſi in atrocioribus: *Bald. in l. obſervare §. proficiſci nu. 15. de off. proconſ. & leg. Innoc. in c. 1. de conſtit. Rot. diverſ. deciſ. 12. par. 1.* Circa ſolemnitatem libelli accu-
ſatorii tenetur impetrans ſervare † tradita 13
per Præpoſ. *in c. libellorum 2. quæſt. 8.* & Le-
giſtas *in l. libellorum ff. de accuſ.* quia talis cau-
ſa non eſt beneficialis, nec beneficium cen-
ſetur † litigioſum, ſed perſona, *gl. in c. 2. in verb. finita ut lit. pend. & c. in 6. Rot. deciſ fin. n. 4. eod. in nov.* quæ antequam privetur poteſt
beneficio renunciare, *Felin. in c. per tuas el. 1. n. 5. de Simon. plures cumulans. Creſc. deciſ 6. n.*
3. de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3.de renunc.l.poſt contractum ff. de don.dictum
eſt ſupra tit.ut lit.pend. &c. Garc.de benef.par.
xj.c.3.§.1.ubi ampliat octo modis, & limitat
duobus modis. & ſtatim eo cedente lis eſt fini-
ta,ſicut finitur eo decedente, nec expecta-
tur finis litis cum ſuperſtite,ſed ſtatim illi,ad
quos pertinet electio,præſentatio,collatio,
vel proviſio, poſſunt eligere, præſentare, &
providere,gl.in verb.finita in c.2.ut lit. pend.
& c.in 6.& ibi Can.communiter.& poſt obitũ
eius non poteſt pronunciari,quod mortuus
homicidium,vel ſimile delictum commiſe-
rit, & per conſequens privari debuiſſet be-
neficio,Rot.deciſ fin.n. 3. lit.pend. & c. in nov.
Cap.Thol.q.437.gl.in ſumma & c.10.24.q.2.
c.quorundam 23.diſt. quia honores, & deli-
cta cum capite ambulant. l.ſi pater tuus C.ſi
pend.appell.mors interven. l.2.ff.ſi ex noxal.
cauſ.agat.&c.c. quorumdam 23.diſt.& ibi gl.
alleg.concord.l.1.in fin ff.de requir.re.&c.
15 Eſt enim accuſatio non criminalis, ſed †
civilis quæ ad privatam utilitatem principa-
liter movetur, ut ſibi accuſatori conferatur
beneficium,arg.c.tuæ in fin. de procur. l.poſt-
humus §.fin.ff.de inoff. teſtam. Pan. in c.cum in
tua ante n.1.de teſt.Rot.diverſ.deciſ.138.nu.4.
par.2.tex.in c.per tuas 1.§.tales de Simon. & in
ea poteſt intervenire Procurator, c.ſuper his
in fin.de accu.Rot.dec.35.de procur.in nov.Qui-
bus concordant clauſulæ per officiales Da-
tariæ in reſcriptis certo modo apponi ſolitæ,
videlicet, poſtquã adverſarium ſuum accu-
16 ſaverit,ſeſeque in forma juris † inſcripſerit,
quæ eſt conditionalis: nam dictio,poſtquã,
importat conditionem,l.inter illã ff. de verb.
ſign.l.ſi ita ſcriptum §.fin.& ibi gl.in verb. ubi
deleg.2.Bart.in l quibus §.Termilius nu.7.ff.de
condit.& demõſtr.De Stylo ſatis eſt,ut impe-
trans ſe obliget ad pœnam extraordinariam
arbitrio Rotæ, c.ſuper iis de accuſ. Rot. diverſ.
deciſ.138.par.2.Creſc.deciſ.2.de Simon.an-
tequam reus citetur,l.2.C.de exhib.& introd.
reis Pan.in c.licet num 2.de accuſat. Prap.in
cap.1.2.q.8 num.13.& 14. imo tenetur im-
petrans ſe inſcribere ad huiuſmodi pœnam,
etiamſi in litteris non expreſſerit crimen,
quod poſtea deducit ex clauſulis generali-
bus ad effectum,ut reus privetur beneficio,
quia Papa non conſuevit dare niſi præce-
dente inſcriptione, & in forma juris: Creſc.
dec.2.de Simon. c.ſuper his verſ.poſt confirma-
tionem de accuſ.Fel.in c.inquiſitionis ſub num.
8.verſ.in gloſſ 2.de accuſat.item ſolet apponi
clauſula, conſtito de crimine privet, & in
eventum privationis conferat,Rot.deciſ.fin.
in 1.dub.& lit.pend.& c.in nov.Sarn.in reg.
de ann.poſſ.q.42.num.8.verſ.& tamen circa
hoc advertendum & numeris ſeqq. Sententia
condemnatoria † aliquem incidiſſe in pœ- 17
nas contentas in monitorio , in quo erat
comminata pœna privationis beneficiorũ,
nõ privat beneficiis irrevocabiliter,eſt enim
ſententia interlocutoria, & revocabilis, &
quandocumque contumax comparet, et-
iam poſt collationem alteri factam , recu-
perat beneficia, Achill.deciſ.2.de dol. & cont.
Rot.diverſ.deciſ.68.& 369.nu.6.& ſeqq.par.
1.Soc.Sen.in l.1.§.hoc judicium num.11.&
ſeq.ff.ſi quis jus dic.non obtemp.& ibi DD.Felin.
in c.ex litteris num.17.& plurib.ſeqq & num.
27 de conſtit. & ibi Canon. quia judex non
poteſt mulctare contumacem in amiſſione
cauſæ,aut ſuorum beneficiorum,gl.in l.uni-
ca verſ.fin.in verb.hoc judicium c.medium verſ.
2 exponitur,& ibi Soc.n.11.Alex.n.8.& DD.
communiter ff.ſi quis jus dic.non obtemp. tum
quia cõtumax nulla temporis præſcriptione
à cauſæ defenſione ſummoveri poteſt: l an-
nus in fin.ff de requir.reis &c.l.3.C.eod.Ideo ſi
de Stylo,vel conſuetudine,aut vigore ſtatu-
torum contrariũ ſervatur, talis probatio ex
cõtumacia reſultans eſt privilegiata, & ſen-
tentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tentia eius vigore lata nunquam tranſit in
rem judicatam, *c. tua nos, & ibi Innoc. nu. 5.
de cohab. cler. & mul. & ibi Can. l. abſentem in
princ. ff. de pan. Pan. in c. 2. ſub num. 4. verſ ſe-
cundus intellectus de purg. vulg. Rot. diverſ. deciſ.*
18 *136. num. 3. & 4. par. 1.* ſi vero ſententia †
privationis in abſentiam, vel contumaciam
feratur ſuper ipſo crimine per veras, & legi-
timas probationes, ſive ante, ſive poſt litem
conteſtatam, tunc eſt definitiva, & privat
irrevocabiliter, quia ſententia privationis
beneficiorum abſenti irrogari poteſt, *l. ab-
ſentem & ibi poſt gloſſ. Bart. num. 2. & 3. ff. de
pæn. Rot. diverſ. deciſ. 68. num. 3. & 4. par. 1.* va-
19 cat autem † beneficium in loco, in quo fit
privatio, & non in alio, in quo ſitum eſt be-
neficium, *Rot. deciſ. 35. hoc tit. in antiq. Capu-
taq. deciſ. 64. par. 1. gloſ. in cap. cupientes in verb.
privatos & ibi gloſſ marg. dicit ita ſervare Cu-
riam de elect. in 6. Franc. in c. poſſunt §. ſane nu.
4. hoc tit. in 6.*

## *Quarta pars huius tituli.*

### SVMMARIA.

1 *Proviſivi modi aliqui tribuunt jus ad beneficium, quidam jus in beneficio.*

2 *Proviſivi modi per quos acquiritur jus ad beneficium enumerantur.*

3 *Proviſivi modi quibus acquiritur jus in beneficio.*

4 *Translatio quæ eſt extraiudicialis & interdum judicialis.*

5 *Conceſſio beneficii tribuens jus in re.*

6 *Collationes regulariter non ſunt de proceſſu nec pertinent ad proceſſum.*

7 *Iudicialis collatio eſt quando executor ſuper verificatione gratiæ datus eſt cum clauſula vocatis vocandis aut aliquis expellendus eſt à poſſeſſione & aliis caſibus.*

*Collationes parochialium Eccleſiarum & beneficiorum quæ in curia providentur per concurſus ſunt extrajudiciales.*

8 *Collatio alia eſt neceſſaria alia voluntaria.*

9 *Collatio valida eſt facta per collatorem ignorantem impetranti etiam ignoranti vacationem dum tamen beneficium in veritate vacet.*

10 *Non poteſt eſſe incerta, alternativa, clandeſtina, conditionalis.*

11 *Proviſio, diſpoſitio, ordinatio verba generaliora ſunt collatione.*

12 *Confert beneficia ſummus Pontifex jure proprio, jure præventionis, & jure concurſus.*

13 *Proviſionum papalium aliæ fiunt in forma gratioſa, aliæ in forma dignum, quædam motu proprio.*

14 *Literæ gratioſæ diriguntur illi cui facta eſt gratia, & literæ executoriæ ſubdicta gratia confectæ executoribus.*

15 *In forma dignum quando dicuntur fieri.*

16 *Motu proprio gratia quando cenſetur ſignata.*

17 *Conferunt beneficia legati à latere.*

18 *Confert beneficia epiſcopus, maiora cum Conſilio capituli minora ſine conſilio.*

19 *Limitatur dicta poteſtas Epiſcopi in dignitatibus canonicatibus & præbendis cathedralis eccleſiæ ac beneficiis quorum collatio ſpectat ad Epiſcopum de conſenſu capituli, vel eſt communis Epiſcopo & capitulo ſalva conſuetudine.*

20 *Limitatur ſecundo, in Canonicatibus & præbendis collegiatarum Eccleſiarum quorum collatio ſpectat ad ipſa collegia.*

21 *Limitatur tertio, in beneficiis regularibus exemptis quorum collatio ſi ſint conventualia pertinet ad prælatum & conventum. ſi vero conventualia non ſint ad ipſos Prælatos regulares.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

21 *Omnes prædicti ſunt odinarij collatores ac etiam capitula cathedralis ac collegiatarum Eccleſiarum.*

23 *Epiſcopus quando beneficium vacat, de jure & de facto præſumitur habere notitiam vacationis, ſed non qualitatis vacationis.*

24 *Conſuetudines circa collationes canonicatuũ & præbendarum cathedralis Eccleſiæ variæ ſunt.*

25 *Collatio beneficiorum facta per epiſcopum ſeu Prælatum putativum an & quando ſit valida.*

26 *Collationis pertinentia ad alium epiſcopo inferiorem ad quem de jure communi non ſpectat quomodo probetur.*

27 *Vicarius epiſcopi generalis non poteſt conferre beneficia niſi ipſi beneficiorum collatio ſpecialiter committatur.*

28 *Gratiæ Apoſtolicæ eſſentia in ſola ſupplicatione conſiſtit & eſt matrix & ſcriptura originalis.*

29 *Ad effectum ſub & obreptionis attendenda eſt ſupplicatio.*

30 *Ad effectũ juſtificationis attenduntur literæ.*

31 *Brevis matrix eſt minuta habens ſignaturam Cardinalis vel expeditoris.*

32 *Gratia Apoſtolica per ſolam ſupplicationem aut minutam non poteſt probari, ſed per literas ſive bullas.*

33 *Pœna capientium aut dantium poſſeſſionem beneficiorum ſine literis.*

34 *Quando timor eſt de aliqua intruſione in beneficio reſervato Papa per breve ſupplicatione introcluſa mandat quod proviſus apoſtolice ponatur in poſſeſſionem ante expeditionem bullarum & explicantur clauſulæ ſolitæ poni in hujuſmodi brevi.*

35 *Gratiæ qualitates poſſunt probari per teſtes.*

36 *Bullæ ſive literæ dicuntur expeditæ quando ſunt ſunt in plumbo & præſumuntur debito tempore expeditæ.*

*Summæ in Decretal.*

37 *Habent executionem paratam prout teſtamenta. Quæ regula fallit quinque modis.*

38 *Collatio facta per epiſcopum probatur per literas epiſcopi ſigillo ſigillatas ſive tabellione & teſtibus.*

39 *Sed ex ſtylo Rotæ fidem contra apoſtolicas impetrantes non faciunt abſque notarij & teſtium ſubſcriptione.*

40 *Collator beneficio evicto an & quomodo teneatur.*

41 *Conferens indigno, an & quando poſſit procedere ad ſecundam collationem.*

42 *In gratiis ſive literis ad beneficia an debeat fieri metio valoris annui fructuum beneficij obtenti aut impetrandi.*

43 *Valor conſiſtit in fructibus qui in portatis & libere & in abſentia percipiuntur.*

44 *Valoris probatio incumbit impetranti, etiamſi non negetur, & quomodo probetur.*

35 *Valoris probatio abſque oneribus eſt inſufficiens.*

46 *Valoris ſemiplena probatio ſufficit ad effectum juſtificationis gratiæ, & talis qualis.*

47 {
*Probatio valoris obtentorum.*
*Valor quando vere & concludente probabari debeat.*
*A mala fructuum expreſſione quænam excuſent.*
}

48 *Poſſeſſionis illicitæ præcedentis ſive intruſionis ac fructuum male perceptorum.*

49 *Qualitatum beneficiorum quæ impetrantur.*

50 *Affectionis & reſervationis beneficij.*

51 *Vacationis modi.*

52 *Penſionis ac fructuum reſervatorum ac quorumcunque redditu um Eccleſiaſticorum.*

53 *Obtentorum beneficiorum & eorum qualitatum.*

54 *Litis, rei judicatæ.*

55 *Menſis.*

56 *Coloratæ poſſeſſionis alterius.*

57 *Collationis & proviſionis nullitati quando*

 impe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impetrant dat cauſam tunc non poteſt eam allegare Quæ regula limitatur ſeptem modis.
58 Vnio eſt tertius modus proviſionis dans jus in beneficio.
59 Fit quatuor modis.
60 An in Eccleſia unita ſit deſerviendum per Vicarium temporalem vel perpetuum.
61 Vnire poteſt ſummus Pontifex & quæ beneficia.
62 Legatus à latere beneficia quorum collatio & diſpoſitio poteſt ad eum pertinere.
63 Epiſcopus cum quibus ſolemnitatibus & quænam beneficia.
64 Vnio quomodo probetur.
65 Quanto tempore præſcribatur.
66 Vnionis diſſolutio non poteſt fieri eccleſia vacante & in ea requiruntur omnnes ſolemnitates de quibus in c. ſine exceptione 12. qu. 2.
67 Vnione perpetua diſſoluta datur novum beneficium.
68 Diſmembratio eſt quando aliqua bona fructus ſeu redditus beneficij ab eo ſeparantur & alteri applicantur.
69 Lectio ſive diviſio beneficij eſt quando unum beneficium dividitur in duo vel plura beneficia
70 Submiſſio ſeu ſubjectio eccleſiæ bonorum immobilium vel jurium ejus alicui alienatio eſt.
71 Commenda eſt quartus modus proviſivus & quid juris tribuat.
72 Sola habet vim diſpenſationis ut alia opus non ſit.
73 Cathedrales eccleſiæ non dantur in commendam, cætera omnia beneficia dantur in commendam.
74 Commenda conceditur à Summo Pontifice.
75 Legato à latere.
76 Epiſcopo & non ab inferiore Prælato.
77 Commenda alia eſt temporalis, quæ fit de Eccleſia parochiali, & alia eſt perpetua.
78 Eccleſia commendata an vacet.
79 OEconomatus eſt quintus modus proviſivus, datur à ſummo Pontifice eccleſiæ cathedrali vacanti.
80 Ab Epiſcopo vacantibus Eccleſiis certis caſibus.
81 Durat uſque quo eccleſia fuerit ordinata.
82 Datio coadjutoris eſt ſextus modus proviſivus.
83 Devolutio eſt ſeptimus modus proviſivus.
84 Adminiſtratio ſive procuratio eſt octavus modus proviſivus quæ eſt quædam palliata diſpenſatio.
85 Cathedralis Eccleſia committitur à ſummo Pontifice & adminiſtratoris poteſtas pendet ex tenore Bullarum.
86 Cæterarum eccleſiarum & beneficiorum adminiſtratio poteſt committi, per epiſcopum.
87 Capitulum quoque ſede vacante in beneficiis ſpectantibus ad collationem epiſcopi conſtituit adminiſtratorem.
88 Vicariatus ſive viſitatio eſt nonus modus proviſivus.
89 Datur cathedrali eccleſiæ vacanti à ſolo Romano Pontifice.
90 Non tollit vacationem neque impedit electionem.
91 Datur ab Archiepiſcopo ob negligentiam vel malitiam Capituli circa adminiſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus.
92 Datur quoque à legato à latere.
93 Vicarij ſive viſitatoris poteſtas.
94 Inferioribus eccleſiis à cathedrali vacantibus non collegiatis viſitator datur ab epiſcopo ac etiam à capitulo ſede epiſcopali vacante, collegiatis vero quando capitulum negligenter aut perperam adminiſtrat.
95 Optio eſt undecimus modus proviſivus duplex eſt, una per quam non quæritur aliquid ſpiri-

*ſpirituale & ejus conſuetudine inductum tribuens jus ad beneficium quo antiquiores canonici gradatim meliores, cum vacant, optant præbendas.*

96 *In qua Eccleſia locum habeat.*

97 *Inducitur ſpatio decem annorum.*

98 *In optione novus titulus non quæritur ſed antiquus quo præbendam nunc dimiſſam tenebat ad optatam extenditur.*

99 *In quibus beneficiis & eccleſiis optio non habet locum.*

100 *Qui optare poſſint, & qui non.*

101 *Debet fieri intra viginti dies optio.*

102 *Optio quomodo tollatur vel differatur.*

103 *Altera optio eſt quando tituli una cum præbendis mutantur.*

104 *In qua præſcribenda requiritur tempus quadraginta annorum.*

105 *Optio oblagiorum, obedientiarum, domorum, poſſeſſionum, vel aliarum rerum ſingularum quomdo fiat.*

106 *Creatio in canonicum ſuper numerarium eſt undecimus modus proviſivus quando ſummus Pontifex obtinentes dignitates creat canonicos ultra numerum capituli accedente conſenſu.*

107 *Quomodo conſenſus à capitulo ſit praſtanſtandus in creatione canonici.*

108 *Obtinens dignitatem ex creatione in Canonicum quid juris conſequatur.*

1 MULTI ſunt modi proviſui per quos
eccleſiis, beneficiis, ac clericis
providetur, ex quibus aliqui tribuunt jus
ad beneficium, quidam jus in benefi-
2 cio. Acquirimus jus ad beneficium † non
per poſtulationem, ſed per electionem,
*dictum eſt ſupra tit. de poſtul. & elect. Felin. in c. cum Berthold. num. 3. & ſeq. de re jud.* Per præſentationem, *dicetur infra tit. de jurepatr.* per acceptationem vigore expectativæ, *c. fin. de conceſſ. præb. in 6. clem. 1. eod. tit. & utrobique DD.* per mandatum de providendo de prima præbenda vacatura factum recepto, ſive creato in canonicum auctoritate Apoſtolica, *c. ſi poſtquam de præb. in 6. & ſeqq.* per reſervationem factam de certo beneficio, *dicetur infra tit. de conceſſ. eccl. & præb. non vac.* quæ tria ultima Concilium Tridentinum excluſit: *c. decernit ſeſſ. 24. dicetur infra tit. de conſeſſ. eccl. & præb. non vac.* per collationem nondum acceptatam, *c. ſi tibi abſenti de præb. in 6.* per optionem, *dicetur infra h. tit. §. 13. eſt optio.* ob non ſolutam penſionem, propter clauſulas appoſitas in litteris de conſenſu ejus, qui ſolvit penſionem & Papæ, *dicetur infra tit. ut eccleſ. benef. ſine diminut. conſer.* per privationem juris, *dixi ſupra h. tit. §. decimo ſunt alij modi,* per acceſſum, ingreſſum, & regreſſum, *dicetur infra tit. de conceſſ. eccl. & præb. non vac. &c.* per mandatum de providendo de certo beneficio vacante in forma dignum, ſive commiſſaria: nam per ejus obitum beneficium ante collationem non vacat, ſed vacat ut prius, *Vital. in clem. 1. num 49. ut lit. pend. &c. Gonzal. ſuper reg. de menſ & altern. gloſſ. 15. §. 2. num. 59 Card. Seraph. deciſ 1446. num. 3.* per oppoſitionem ſtante conſtitutione, ſeu conſuetudine, privilegio, ſeu fundatione dante jus opponendi, *Caſſad. deciſ 18. n. 5. de præb. Put. deciſ. 229. lib. 2. dixi ſupra h tit. in 5. beneficiorum diviſione,* quos latius perſequuntur *Sarn. in regul. Cancell. de jur. quæſ. non toll. quæſt. 1. n. 29. verſ primus igitur modus, & plurib. numeris ſequen. Garc. de benef part. 4. c. 3.* Modos, qui-
bus acquiritur jus † in beneficio, ordinate 3
explicabo.

Primus eſt † traslatio, *dixi ſupra de transl.* 4
*epiſ. vel elect.*

Secundus eſt collatio, quæ eſt extrajudicia-
lis, & interdum judicialis conceſſio † bene- 5

ficii tribuens jus in re, & faciens beneficium
eſſe illius, cui confertur, poſt acceptatio-
nem à præſente, c. *gratia & ibi gloſſ. in verb.*
*ignoranti de reſcript. in 6. Lap. alleg. 89. num. 6.*
*& ibi add gl. 1. in fin. in c. ſi tibi abſenti hoc tit.*
*in 6. & ibi Archid. ſub num. 1. in verb. ut tuum,*
vel ſi abſenti fiat poſt ratificationem, c. *ſi ti-*
*bi abſenti hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. in verb. ha-*
*bueris & Can.* habet vim electionis, & con-
firmationis: c. 1. *& ibi gloſſ. in verb. proviſio-*
*nem de elect. in 6. c. cum olim, & ibi not. de cauſ.*
*poſſ. & propr.* hinc ſuperior, ad quem, negli-
gentibus electoribus, fit devolutio, poteſt
unico actu collationis ſe expedire, c. *ſi poſt-*
*quam in fin. & ibi gl. pen. de elect. in 6. c. cau-*
*ſam quæ de elect. & ibi Pan. in 6 c. cum inter el.*
*3. & ibi gl. in verb. confirmavit, & Can. eod.* di-
co *extraiudicialis*, quia collationes, & provi-
ſiones beneficiorum ſunt actus extrajudi-
ciales: c. *concertationi de app. in 6. & ibi Franc.*
*num. 3. & Can. Pan. in c. fin. num. 3. & ibi Can.*
*de præſumpt.* imo ſanctiſſimi Domini noſtri
Datarius non eſt judex impetrantium be-
neficia, ſed extrajudicialiter ſe informat de
qualitatib. providendorum, & de fumo ju-
ris impetrationum: *Navarr. conſ. 3. num. 2.*
6 *hoc tit.* regulariter collationes non † ſunt
de proceſſu, nec pertinent ad proceſſum,
unde ſi aliquis petat ab ordinario collatio-
nem alicuius beneficii, vel confirmationem
electionis de ſe factæ ad aliquam Collegia-
tam eccleſiam, & ante collationem, vel con-
firmationem fuerit interpoſita appellatio,
eaque pendente ordinarius alteri conferat,
vel electionem confirmet, utrumque valet,
ea etenim quæ pertinent ad judicem, ſive
proceſſum, appellatione pendente, facta
caſſari debent, tanquam attentata, ſecus in
his, quæ non pertinent ad proceſſum, *Rot.*
*deciſ. 3. & ibi add. ut lit. pend. & c. in nov. Lan-*
*ceb. de attent. par. 2. c. 12. limit. 2. Butr. in c. cum*
*M. ſub num. 88. verſ. ad quod declar an dum de*
*conſt. Bald. in auth. litigioſa C. de litig.* Eadem
ratione executor litterarum Apoſtolica-
rum ſuper verificatione gratiæ procedit ex-
trajudicialiter, ſive eſt datus ſine clauſula,
ſive cum clauſula ſapiente monitionem, vel
inſtructionem, videlicet ſi eſt idoneus &c.
ſive cum clauſula ſapiente conditionem, &
certam formam, nec tenetur aſſumere, niſi
velit, partes judicis, *Pan. in c. fin. num. 23. &*
*Fel. num. 22. de præſumpt. Gonzal. ſuper reg.*
*Cancell. de menſ. & alter gloſſ. 9. §. 1. tit. anno-*
*tationes cont. nullit. & attent. à num. 14. uſque*
*ad num. 47. Iaſ. in l. certum num. 11. & ſeqq.*
*C. unde legit. gloſſ. in Clem. 1. in verb. repererint,*
*& ibi Zab. q. 13. de off. deleg.* Iudicialis eſt † 7
collatio, quando executor ſuper verifica-
tione gratiæ datus eſt cum clauſula vocatis
vocandis, c. *exhibita de jud. & ibi Can. Fel. in*
*c. de cætero num. 10. de re jud. Rot. deciſ. 12. &*
*& ibi add. num. 12. de off. deleg. in nov.* aut ali-
quis expellendus eſt à poſſeſſione, quam oc-
cupavit, c. *licet epiſcopus hoc tit. in 6. c. conque-*
*rente de reſt. ſpol.* quando ſponte ſuſcepit
partes judicis, *gloſſ. in Clem. 1. in verb. repere-*
*rint verſ. dicit tamen Innoc. de off. deleg. & ibi*
*Can.* & aliis caſibus notatis *ſupra titul. de off.*
*& pot. jud. deleg. §. omnes executores*, Colla-
tiones Parochialium † eccleſiarum ſæcula-
rium, canonicatuum Doctoralium, & Ma-
giſtralium, necnon omnium beneficiorum,
quæ in Curia providentur per concurſum,
ſunt extraiudiciales, quia tantum affigun-
tur edicta cum certo termino, ſcribuntur,
& admittuntur oppoſitores, examinantur,
& de eorum habilitatibus, & qualitatibus
inquiritur abſque alia citatione, quibus
peractis providetur magis idoneus, poteſt
tamen de eis fieri collatio judicialis, ſecun-
dum caſus occurrentes, & prout natura ne-
gotii poſtulat: *arg. gloſſ. in §. fin. in verb. ina-*
*nes, &*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nes,& ibi DD. de elect. in 6. Pan. in c. conſtitutis 46. num. 14. & ibi Franc. num. 9. de appell. Ioan. And. in c. avaritiæ ſub num. 3. verſ. à contrario de elect. in 6. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. in cauſ. benef. num. 40. & ſeqq.*
8 Collatio alia eſt † neceſſaria, alia voluntaria, neceſſaria eſt quæ eſt debita certæ perſonæ, ſeu certo generi perſonarum, *Reb. in prax. lib. 1. tit. de collat. in princ. gloſſ. fin. in c. cum in Eccleſia & ibi Can. hoc tit. in 6. Put. deciſ. 229. lib. 2. & deciſ. 99. num. 3. lib. 3.* antiquiori optanti, *cap. fin. de conſuet. in 6.* compermutanti, *Clem. unic. de rer. permut.* conſanguineis fundatoris, *Garz. de benef. par. 5. cap. 7. numer. 76.* vel illa, quæ fieri debet cum alterius conſilio, *c. cum in veteri de elect. cap. cum olim de arbit. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 46.* conſenſu, *cap. 1. §. cum vero ne ſed. vac. & cap. in 6. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 47.* præſentia, vel interventu, *l. ſed etſi pupillus §. conditio ff. de inſt. act. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 48.* aut alterius miniſterio, *Tiraq. de leg. connub. gloſſ. 7. num. 35. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. glo. 49. ubi multos miniſteriorum modos perſequitur, Caputaq. dec. 297. num. 5. & 6. par. 1. l. in minoribus C. ſi tut. vel cur. &c.* electione, præſentatione: *c. nobis 2. & 3. reſp. de Iurepat. & ibi poſt gl. DD. c. decernimus 16. q. 7.* voluntaria eſt, quæ ex voluntate, & libere fit de beneficiis, *Rebuff. in prax. lib. 1. tit. de collat. nu. 3. Pan. in c. de multa num. 3. hoc tit. Caſſad. deciſ. 3. ſub num. 3. & 4. de privil. Garſ. de benef. par. 5. c. 7. num. 51. & plurib. ſeqq.* etiamſi in genere ſint affecta qualificatis perſonis, ut puta magiſtris: *c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. venerabilis hoc tit. & ibi Pan. num. 8. & Can. Garc. de benef. par. 5. c. 7. num. 76. in fin.* Collatio vali-
9 da † eſt facta per collatorem ignorantem impetranti etiam ignoranti vacationem, dum tamen beneficium in veritate vacet, *Lap. alleg. 6. n. 2. in fin. Rot. deciſ. 36. hoc tit. in antiq.* aut ſi fiat ipſo die obitus poſſeſſoris beneficii, *Creſc. dec. 13. de reſcr. c. un & ibi glo. in verb. occulta & Can. ut eccl. benef. ſin. dimin. conf. Pan. in c. 1. num. 2. de cland. deſponſ.* Ac corpore defuncti beneficiati nondum ſepulto, *Pan. in c. bonæ el. 2. ſub num. xj. poſt gl. & ibi Can. de elect.* aut ei cui ipſo die proviſionis prima tonſura fuit collata, quia præſumitur, quod collatio mortem & clericatum fuerit ſequuta, *Creſc. dec. 4. de præſumpt. Felin. in c. paſtoralis num. 2. de reſcript. l. cum in teſtamento §. hæc verba ff. de hæred. inſtit.* propter utriuſque actus validitatem, *d. l. cum in teſtamento §. hæc verba ff. de hæred. inſt. Iaſ. in l. fin. num. 30. & 35. C. de edict. div. Adr. toll. Iaſ. in l. qui fideicommiſſarium num. 2. C. de fideiuſſ. Felin. in c. paſtoralis num. 5. & ſeq. de reſcript. plura cumulans*, vel abſenti nullo mediante *c. ſi tibi abſenti in princ. hoc tit. in 6.* neque de jure eſt conſtitutus terminus ad conſentiendum collationi, nam *c. quam ſit de elect. in 6.* non habet locum in collationibus beneficiorum, *Gemin. in d. c. ſi tibi ſub num. 4. Anchar. in 2. not. & Can. communiter*, ac mediante laico procuratore, *Clem. 1. in verb. procuratorem, & ibi Can. de renunc. Collect. in c. decernimus num. 3. de jud. & ibi Can. Rot. deciſ. 8. de procurat. in antiq. Creſc. dec. 3. de conceſſ. præb.* de nocte, *c. unico, ut eccl. benef. ſin. dimin. conf. Pan. in c. 1. num. 2. de cland. deſp. Dec. in c. conſuluit num. 32. de off. deleg. Creſc. dec. 3. de reſcript. num. 2. Garc. de benef. par. 8. c. 4. num. 5. & ſeqq.* non poteſt eſſe † incerta alternativa, 10
clandeſtina, contra quam præſumitur, & eius maior requiritur probatio, *Franc. c. ſi tibi abſenti ſub num. 1. & Archid. num. 1. hoc tit. in 6. Garc. de benef. par. 8 c. 4. num. 1. & ſeqq.* aut conditionalis, niſi talis ſit conditio, quæ

inſit tacite, ut ſi vacat, ſi es capax, c. 2. & ibi gloſſ. in verb. in certa de elect. in 6. & ibi Franc, n. 4. & Can. Garc. de benef. par. 8. c. 2. per totū, Bal. in l. 3. nu. 13. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. profer. quia collatio beneficiorum non poteſt ſtare in pendenti, Creſc. deciſ. 15. de cauſ. poſſ. & propr. late Felin. in c. cum ex officii ſub num. 36. verſ. in contrarium de præſcript. c. 2. & ibi gloſſ. in verb. incerta & Can. de elect. in 6. l. actus legitimi ff. de reg. jur. à ſummo Pontifice in genere, c. ſi plurib. & ibi Franc. num. 2. hoc tit. in 6. & ad tempus, vel ſub conditione fieri poteſt, c. ſi paſtoralis 7. q. 1. c. ſi pro te
11 de reſcript. in 6. c. veniens de fil. presb. Verba † proviſio, diſpoſitio, ordinatio generaliora ſunt, apta comprehendere omnem modum, per quem de jure eccleſiæ poteſt provideri: gl. in clem. fin. in verb. proviſioni de elect. gloſſ. in clem. 1. in verb. diſpoſitionem de ſuppl. neglig. præl. gloſſ. in c. poſt electionem in verb. ordinationem de conceſſ. præb. Gail. de mont. Laud. in repet. extrav. ſedes Apoſtolica n. 5. de off. deleg. hinc ſi Papa reſervat beneficium ſuæ collationi per Commendam (quæ jus non tribuit in beneficio) reſervatio non expirabit, quæ expirat, ſi reſervaverit ſuæ proviſioni, diſpoſitioni, aut ordinationi, Rom. conſ. 350. num. 9. & xj. Staph. de litt. grat. tit de mod. proviſ num. 14. Franc. in c. nemo deinceps ſub nu. 5. verſ. ex his infertur de elect. in 6. Verba, collectio, electio, præſentatio quandoq; confunduntur, & collatio ſumitur pro præſentatione, & præſentatio pro collatione, Rot. deciſ. 27. de præb. in nov Imol. in c. fin. n. 1. & 2. de conceſſ. præb. Greg. 15. deciſ. 66. Conferunt
12 beneficia † vacantia ſummus Pontifex, qui in omnibus, & ſingulis diœceſibus totius orbis poteſt cōferre beneficia jure proprio, c. 2. in princ. hoc titul. in 6. late Garc. de benef. par 5. c. 1. jure præventionis, c. dudum §. nos igitur attendentes c. quamvis & ibi Can. h. tit. in 6. Silv. de benef. par. 3. q. 65. Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern § 3. proœmial. ac jure concurſus, c. ſi à ſede hoc tit. in 6. & ibi Can. c. duobus & ibi Can. not. de reſcript. in 6. Quando narratur diſpoſitive aliquis modus reſervationis, cap. 2. in fin. hoc tit. in 6. Simonet. de reſerv. quæſt. 48. vel devolutionis, c. 2. de conceſſ. præb. cap. litteras cap. dilecto de ſuppl. neglig. prælat. tunc Papa non præſumitur velle prævenire ordinarium, Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter. §. 4. proœm. num. 75. & 76. & ſeqq. aut velle cum eodem concurrere, Rom. conſ. 335. num. 14. per c. ex parte de conceſſ. præb. ſed præſumitur motus dicta narrativa, nam excluditur ordinarius à poteſtate conferendi, verificata narrativa reſervationis, c. 2. in fin. hoc tit. in 6. Lap. alleg. 19. ſub num. 2. vel etiam devolutionis: c. 2. de conceſſ. præb. c. litteras, cap. dilecto de ſuppl. negl. præl. poteſt autem Papa concurrere, & prævenire quemlibet collatorem etiam ordinarium, ac quando capitulum cum eo concurrit in collatione, Greg. 15. deciſ. 221. num. 7. & ſeqq. ex not. per Pan. in cap. cum eccleſia num. 8. verſ. 3. opinio de elect. vel delegatum, c. dudum c. quamvis el. 2. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 1. ſub num. 2. verſ. ipſe enim conferendo, & deciſ. 17. verſ. præterea Papa hoc tit. in nov. ac eum qui ex indulto confert beneficia reſervata, d. c. dudum § nos igitur hoc tit. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſ. 2. proœm. num. 17. & ſeqq Greg. 15. deciſ. 291. & addit. num xj. plures deciſiones cumulans, tex. in cap. quamvis el. 2. in fin. & Can. h. tit. in 6. Garc. de benef. par. 5. c. 1. in princ. præventio, & concurſus probantur ex conjecturis relatis per GonZal. ſuper regul. de menſib. & alternat. §. proœm. 4. n. 67. & ſeqq. & n. 89 & ſeqq. ubi loquitur de concurſu, Greg. 15. deciſ. 314. & ibi Add. late, &c.

Proviſionum Papalium † aliæ fiunt in 13

forma

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

forma gratioſa, aliæ in forma, dignum arbi-
tramur, ſive commiſſaria, dictum eſt ſupra tit.
de reſcript. Pariſ. de reſig. lib xj. q. 3. num. 67. &
ſeqq. quædam motu proprio, litteræ gratio-
ſæ diriguntur ipſi, cui facta eſt gratia, &
tranſeunt ſub ſerico rubeo, & croceo, litte-
14 ræ executoriæ † ſub dicta gratia confectæ
diriguntur executoribus, Vital. in Clem. fin.
nu. 10. & 11. de reſcript. ſub cordis canabis,
& ſub eadem data, Mandoſ. ad Lap. alleg. 127.
in lit. D. qui non tenentur aliquid verifica-
re pro executione facienda; nam ad capien-
dam poſſeſſionem nequaquam requiritur
probatio, Pariſ. de reſign. libr. 10. quæſt. 3. nu.
53. atteſtans de communi Garc. de benef. par. 6. c.
2. §. 2. n. 156. 181. & plur. ſeqq. ac ſufficit eius
perſonam hic Romæ fuiſſe approbatam, &
idoneam judicatam, Pariſ. de reſignat. lib. 10.
queſt. 3. num. 67. & ſeqq. niſi alius ſit in poſ-
ſeſſione, ut jam dictum eſt, c. licet epiſcopus
hoc tit. & ibi poſt gloſſ. pen. DD. c. cum noſtris,
& ibi gl. antep. de conc. præb. & Can. l. uti frui
& ibi DD ff. ſi uſusfructus pet Garc. de benef par.
6. c. 2. §. 2. nu. 159. & ſeqq. aut adſit legitimus
contradictor habens titulum coloratum,
de quo docuit, l. fin. ibi non autem legitimo
modo ab alio detinentur, & ibi gloſ. Bald. & DD.
C. de edict. D. Adr. toll. cap. ex conqueſtione, &
ibi gloſſ. pen. de reſt. ſpol. Bald. in l. conſentaneum
num. 20. C. quom. & quan. Iud. Aufr. ad Capel.
Tholoſ. deciſ. 1001. in princ. effectus maximus
eſt, cum primo caſu ſint meri executores, à
quibus non datur appellatio ſuſpenſiva, ſe-
cundo caſu ſint mixti, à quibus datur appel-
latio, quoad utrumque effectum, c. paſtora-
lis §. quia vero, & ibi poſt gloſſ. in verb. etſi ſciat
Can. de off. & poteſt jud. deleg. Pan. in c. fin. nu.
xj, & ibi pulchre Butr. num. 9. & Can. commu-
niter de præſumpt. late Garc. de benef. par. 6. c. 2.
§. 1. num. 106. uſque ad finem plures deciſiones
15 referens, Dicuntur fieri in forma † dignum,
quando Papa committit Ordinario diœ-
ceſano, aut eius Vicario, ſeu officiali exe-
cutoribus à ſe deputatis, ut ſi per eum im-
petrans inventus fuerit in ſcientia idoneus,
& etiam in moribus repertus fuerit vitę lau-
dabilis conferant ei beneficium, facit Clem.
1. de conceſſ. præb. Clem. 1. de off. deleg. c. ſi pauper
hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 53. de conceſſ. præb. in an-
tiq. & litteræ tranſeunt ſub corda canabis,
Vital. in clem. fin. num. 9. de reſcript. dant jus ad
rem, Caſſ. ad deciſ. 1. numer. 6. ut lit. pend. & c.
arg. eorum quæ tradit Iaſ. in l. in bonæ fidei nu.
3. & ſeq. ff. de eo quod certo loco &c. & ibi DD.
litteræ executoriæ ſub filo canabis, Garc. de
benef. par. 6. c. 2. in princ. & num. 4. Pariſ. de
reſignat. lib. 8. q. 7. ſub num. 187. ubi ponit Pii
Quinti conſtitutionē, ac eadem data dirigun-
tur uni ex vicinioribus epiſcopis, ſeu eius Vi-
cario, aut officiali, quibus mandatur, ut ſi
Ordinarius intra triginta dies beneficiũ non
contulerit, illis elapſis, ſi impetrantem ido-
neum repererit, beneficium eidem confera-
tur, Mandoſ. ad Lap alleg. 127. in lit. D. Garc. de
benef par. 6. c. 2. in princ. ubi refert plures deciſ.
Rot. daturque illis juriſdictio ſub conditio-
ne, ſi Ordinarius diœceſanus, eiuſve Vica-
rius, ſeu Officialis, quibus proviſio primum
committitur, fuerint in mora, ſeu negligen-
tia, quæ probatur ex præſentatione litterarũ
requiſitione impetrantis, & lapſu triginta
dierũ, c. fin. de ſuppl. negl. præl. c. ſtatutum, &
ibi Franc. n. 3. & Can. de præb. in 6. & ex tunc
in ipſum executorem poteſtas huiuſmodi
proviſionis transfertur, cap. ſi capitulo & ibi
Franc. ſub n. 3. poſt gl. in verbo exequatur & Ca-
non de conceſſ præb. in 6. c. cum plures §. porro de
off. deleg. in 6. conſtito ſibi de mora, vel negli-
gētia Diœceſani, quia agitur de juriſdictio-
ne, vel poteſtate danda, c. ſi ſciſcitatus, & ibi
Felin. ſub n. 12. verſ. limita de reſc. add. fin. ad de-
ciſ. 4. de off. deleg. in nov. Sed ſi Diœceſanus
ordina-

ordinarius denegaret executionem ſub prætextu ſubreptionis literarum, vel inidoneitatis, impetrans gravatus debet appellare ad ſummum Pontificem, non autem recurrere ad executorem, *l. etſi non cognitio & ibi poſt gl.* DD.C. *ſi con. ius vel util. publ.* c. *paſtoralis* §. *quia vero, & ibi poſt gloſſ. in verbo etſi ſciat* C. *de off. deleg. Garc. de benef. part.* 6. c. 2. *n.* 56. *uſque ad finem plures deciſ.* Rot. *cumulans,* dictique executores poſſunt ſubdelegare, *Rot. deciſ.* 28. *de conceſſ. præb. in nov. per c. is cui* 1. *reſp. de off. deleg. in* 6. *Garc. de benef. part.* 6. c. 2. §. 1. *num.* 97. *& ſeq. & num.* 106. *& ſeq.* & tenentur ex officio inquirere & perſcrutari habilitates ad beneficium requiſitas, & verificationem narratoium in literis uti jam dictum eſt, c. *cum in cunctis in princ. & ibi poſt gl.* Can, c. *innotuit de elect.* c. *eam te de æt. qual. ord. præf. Clem.* 1. *eod. tit. & ibi Vital. & Can. dixi ſupra de off. & poteſt jud. deleg. Gari. de benef part.* 6. c. 2. §. 2. *num.* 231. *& plur. ſeqq. Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & altern. gloſſ.* 4. *num.* 108. *& ſeqq.* non tamen gratia in forma dignum eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, c. *fin. de præſumpt. & ibi late* Felin. *num.* 1. 16. 29. *&* Can. c. *accepimus, de æt. qual. & ord. præſ. Clem.* 1. *& ibi gloſſ. in verbo repererint Zab. quæſt.* 13. *& Can. de offic. deleg Bald. in l. neque natales numer.* 15. *&* 16. C. *de probat. Iaſ. in l. certum num.* 9. C. *und. legit. Bart. in l. muto* §. *ſub conditione num.* 3. *de tut. Rebuff. in prax. libro* 1. *tit. for. nov. proviſ. in* 4. *parte Bullæ num.* 6. *& ſeqq.* ſed reſpectu proviſionis, quæ eſt dilata in tempus, poſtquam repertus eſt idoneus, & poſſeſſio ante approbationem capta eſt invalida, *l. qui abſenti* §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi poſt gloſſ.* DD. *Greg. XV. deciſ.* 441, *num.* 3. *&* 4. *Garc. de benef. part.* 2. c. 1. *num.* 130. *& ſeqq.* præfata procedunt, quando Bullæ expediuntur per Cancellariam, quod ſi expeditio fiat per cameram, tunc gratioſa, & executoria ſimul in eadem bulla poni poſſunt, *Mandoſ. ad alleg. Lap.* 127. *in lit. D. Garc. de benef. part.* 6. c. 2. *in princ. cap. non eſt vobis in ſua ſuperſcriptione de ſponſal.* Epiſcopus literas in forma dignum directas officiali, ſeu Vicario ſuo exequi non poteſt, *Zab. in Clam. etſi principalis quæſt.* 9. *Vital. num.* 52. *& ſeqq. & Can. de reſcr, Dec. in c. quoniam Abb. num.* 62, *de offi. deleg.* nec Vicarius, aut officialis ſe intromittunt, quando eidem epiſcopo fuerunt directæ, *Dec. in d. c. quoniam Abb. num.* 78. *& ſeqq. de off. deleg. Garc. de benef part.* 6. c. 2. *num.* 20. *uſque ad numer.* 28. quas ſede epiſcopali vacante vicarius, ſeu officialis capituli expedire, & exequi non poteſt, quia illud non ſuccedit in juriſdictione delegata defuncto epiſcopo ab homine, vel à canone, c. *ad abolendam* §. *fin. & ibi Ioan. Andr. contra Hoſt. num.* 14. *in fin. & n.* 15. *& ſeq. Pan. num.* 6. *Zab. & Can. de hæret. Zab. in Clem.* 2. *in* 4. *quæſt. de ſtat. Monach. Garc. de benef. part.* 6. c. 2. *num.* 4. *uſque ad* 59. *referens plures deciſiones Rotæ Rot. deciſ.* 56. *de conceſſ. præb. in antiq.* Sed ſucceſſor in epiſcopatu poſt electionem, & confirmationem, & ante conſecrationem executioni demandare poteſt, *Rot. dec. fin. de off. deleg. in nov. per cap. ſi gratioſa de reſcript. in* 6. *Rot. deciſ.* 30. *de reſcript. in antiq. per cap. eam te eod. tit. & ibi not. per Felin. & Can.* Quod ſi contingat deferri litem ad Romanam Curiam auditor cauſæ ſuccedit loco executorum, examinat, & confert, *Clement. auditor de reſcript. Cæſ. deciſ.* 14. *num.* 9. *hoc tit. Card. Seraph. dec.* 833. ac condemnat ex officio in fructibus à tempore motæ litis per poſſeſſorem perceptis, etiam in libello non petitis, *Rot. deciſ.* 6. *de re jud. in nov. c. cum dilectus circa finem de jure pat. c. cum cauſa de off. deleg.* Quia fructus ſunt acceſſorii ad beneficium, & veniunt à tempore motæ litis, *l.*

*videa-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*videamus, & l. mora §. in bonæ fidei ff. de uſur.*
16 Motu proprio † gratia non cenſetur ſigna-
ta, quando eſt ſignata per *fiat ut petitur*, et-
iam quod dicatur in corpore *motu proprio*, ſi
motus proprius non eſt expreſſus, in ſigna-
tur, prout omnino requiritur, *Sarnen. in reg.
de annal. quæſt. 10. verſ. ſed animadvertendum
quod iſta diſtinctio c. ſi motu proprio h. tit. in 6.
Caput. deciſ. 237. part. 2.* Secundò confe-
17 runt beneficia legati † à latere, non autem
legati miſſi, aut nati, niſi eis ſpecialiter in-
dulgeatur. c. 1. *de off. leg. in 6. dictum eſt ſu-
18 pra tit. de off. leg.* Tertio, † epiſcopus confert
etiam exiſtens extra ſuam diœceſim, c. *ſta-
tum, & ibi gloſſ. in verbo in remotis h. tit. in 6.
c. poſt electionem de conceſſ. præb. c. qua fronte
de appell.* (eſt enim voluntariæ juriſdictionis,
c. *novit. & ibi gloſſ. in fin. de off. leg. Ioan. de Sel-
ua de benef. part. 3. q. 40.*) rectorias, ſive pa-
rochiales eccleſias, *Pan. in c. cum Eccleſia ſub
num. 8. verſ. tertio, & ulimo caſu de elect. & ibi
Canonic.* ac beneficia omnia majora cum
conſilio ſui capituli, minora ſine conſilio, c.
*novit. c. quanto de his quæ fiunt à Præl. Pan. in
d. c. cum eccleſia ſub num. 8. verſ. tertio & ulti-
mo*, etiam regularia non exempta, *Vital. in
Clem. unica in prin. num. 16. de ſuppl. negl. præl,
c. abbate & ibi Can. de verb. ſign. Gonzal. ſuper
reg. de menſ & alter gloſſ. 23. num. 22. & ſeqq.*
exiſtentia in ſua diœceſi, c. *ex frequentibus de
inſtit. & ibi gloſſ. & Can. c. omnes baſilicæ 16.
q. 7. Panor. in c. cum eccleſia Volterrana num. 8.
verſ. 3. & ultimo de elect. Caput. deciſ. 283. par.
2. Greg. 18. deciſ. 291. & ibi late annot.* & ec-
cleſias etiam, quæ ſubſunt plebibus, vel aliis
eccleſiis inferioribus, *Felin. in c. cum venera-
bilis num. 32. & ſeqq. ubi ampliat & limitat 5.
modis de excep. c. omnes 16. q. 7. & ibi gloſſ. al-
leg. concord.* vacantia ex quorumcumq; per-
ſonis, quia non impeditur conferre benefi-
cia Cardinalium, niſi per regulas Cancella-
riæ, & Extravag. *ad regimen*, quæ erat tempo-
ralis ad vitam Benedicti Papæ 12. *Creſc. de-
ciſ. 3. num. 4. de privil. Caſſad. deciſ. 6. num. 9. h.
tit. Bellam. deciſ. 116. num. 2. Extravag. ad regi-
men §. nec non quæ ad aſſecutionem ibi donec
&c. nos univerſalis & eccleſiæ regimini præſide-
re conceſſis de præb in communibus*, & in quo-
vis tempore ac loco contingit ea vacare, c.
*omnes baſilicæ 16. qu. 17. c. 2. §. pen. & fin. de
conceſſ præb. Greg. 15. deciſ. 99 num. 2. & 3.*
præterquam apud ſedem Apoſtolicam, quæ
ſoli Papæ ſunt reſervata, c. 2. *h. tit. in 6.* quæ
Ordinarius, vel ejus Vicarius generalis in
diœceſi exiſtens conferre non poteſt, et-
iam ſummus Pontifex ea non contulerit in-
tra menſem à die vacationis, quia c. *ſtatu-
tum, h. tit. in 6.* correctum eſt per Extravag.
*primam piæ ſollicitudinis, h. tit. in communibus.
Gemin. in d. c. ſtatutum n. 8. h. tit. in 6.* ſed poſ-
ſunt ſede Apoſtolica vacante conferre pa-
rochiales eccleſias vacantes apud ſedem
eamdem, ac illas, quæ ibidem ipſo Ro-
mano Pontifice vivente vacabant, ſi de i-
pſis per eum, ante ejus obitum non fuerit
ordinatum, c. *ſi Apoſtolaca h. tit. in 6. Gemin.
in d. c. ſtatutum num.* ne ipſarum vacatio
diutina periculum animabus valeat afferre,
c. 1. *h. titul. in 6. c. cum ſit. de ætat. & qual.*
quando autem beneficia vacant apud ſe-
dem apoſtolicam traditur in c. *præſenti h. tit
in 6.* Iuxta tenorem Concordatorum Ger-
maniæ, quoties aliquo beneficio vacante
in menſibus ſedi apoſtolicæ reſervatis, non
apparuerit infra tres menſes, à die notæ
vacationis in loco beneficii, quod alicui
de illo apoſtolica auctoritate proviſum fue-
rit, ex nunc & non antea: ordinarius, vel a-
lius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de
illo libere diſponere poteſt, §. *quoties vero
aliquo in concord. German. Greg. 13. Conſt.
42. Quæ in eccleſiarum.* & Rota verba Con-

cordatorum ſi non apparuerit, interpretata
fuit, ſi Papa non providerit, coram R. P. Ac
coram bono tunc Rotæ Decano 13. Ia-
nuarii 1559. in cauſa Colonienſi canoni-
catus Sancti Cuniberti quam felicis recor-
dationis Gregorius xiij. approbavit per ſu-
am conſtitutionem datam Romæ apud ſan-
ctum Petrum anno incarnationis Domini-
cæ 1576. Calen. Novembris Pontificatus
anno quinto receptam per totam Germa-
niam. Diſpoſitio, c. *fin. de elect. in 6.* non eſt
ſervanda de neceſſitate in collationibus, &
proviſionibus, quia in talibus non eſt me-
dium inter electionem, & confirmatio-
nem, nec inferioris actus venit per ſuperio-
rem confirmandus; *gl. fin. in d. c fin. & ibi Can.*
immo in eis non requiritur citatio, etiamſi
lædatur jus tertii, & alter reperiatur in poſ-
ſeſſione beneficii, c *licet epiſcopus hoc tit. in 6.*
*& ibi gloſ. in verb. conferre, & Can. Franc. in c.*
*conſtitutis 2 num. 12. de appell. gl. in c. monaſte-*
*rium 16. qu. 7. gl. in c. 3. in verb. majoribus, & ibi*
*Can.* aut ex ſtatuto beneficia tantum confer-
ri poſſint certis perſonis, & id habeat clau-
ſulam ſi invenerit &c. *Rot. deciſ. 309. num. 2.*
*& 5. par. 1. diverſ. d. c. licet epiſcopus hoc tit. in 6.*
*& ibi poſt gloſſ. in verb. conferre Can. Zab. in*
*clem. unica num. 17. in fin. verſ. & prædicta pro-*
*cedunt, de off. de leg.* Limita dictam poteſta-
19 tem † epiſcopi in dignitatibus, c. *cum olim de*
*re jud. Pan. in c. cum Eccleſia ſub num. 8. de elect.*
& in Canonicatibus, & præbendis Cathe-
dralis Eccleſiæ, aut beneficiis, *Franc. in c. à*
*collatione num. 10. de appell. in 6. & ibi Can. c.*
*poſtulaſtis de conceſſ. præben.* quorum collatio
ſpectat ad epiſcopum de conſenſu capituli,
vel eſt communis epiſcopi, & capituli, ſal-
va conſuetudine, & patronatibus exceptis,
*c. à collatione de appell. in 6. & ibi Franc. num.*
*1. & Can. Pan. in d. c. cum eccleſia Volterana*
*ſub num. 8. de elect. Caput. dec. 283. par. 2. Caſ-*
*ſad. deciſ. 22. hoc tit. Bald. deciſ. 69. late Garc.*
*de beneſ. par. 5. c. 4. num. 11. & ſeqq.* ad quam
faciendam abſentes Canonici, ſi commo-
de fieri poteſt, ſunt citandi, c. *cum in eccleſiis*
*hoc tit. in 6.* quia præbendæ præſumuntur
inſtitutæ ex bonis communibus eccleſiæ;
*c. nulli. 12 quæſt. 1. & ibi gloſſ. fin. & Can.*
quod ſi epiſcopus conferat uni, & capitu-
lum alteri, neutra collatio valet, nam ad in-
vicem ſibi obſtant, *Prob. ad Monach. in rubr.*
*de jurepatr. num. 8.* ſi ſeparatim uni confe-
runt, tenet collatio, *Achill. deciſ. 4. num. 9. &*
10. *hoc tit. Bart. in l. ſtipulationes non dividun-*
*tur num. 21. ff. de verb. oblig. & ibi DD. facit l.*
*per fundum ff. de ſervit. ruſt. præd.* quia ubi a-
ctus committitur uni nomine collectivo, &
alteri perſonæ; illud collectivum eſt pro a-
lia dimidia, *l. interdum in princ & ibi Bald. &*
*l. Titius 1. & l. liber homo §. Titius 1. ff. de hæ-*
*red inſt. l. ſi quis actio. ff. de uſufr. accreſc. l. fin.*
*& ibi Bald. C. de impub. & aliis ſubſtitut. in prin.*
*Felin. in c paſtoralis ſub. num. 9. verſ. præf. de re-*
*ſcript.* ſi ſolus epiſcopus uni conferat, & ca-
pitulum non approbet, nec contradicit, vel
è converſo, valida eſt collatio, quia actus
eſt dividuus, quo ab uno fieri poteſt, *Zab. in*
*clem. 1. in princ. ſub num. 11. verſ. ſed poſt lon-*
*gam cogitationem de ſuppl. negl. præl. Achil. deciſ.*
*4. num. 11. & ſeqq. hoc tit.* & decurſo tem-
pore à canonibus ſtatuto capitulum vide-
tur conſentire, c. 2, *& ibi Anch. nu 5. Pan. nu.*
*9. & Can. de his quæ fiunt à præl. fin. &c.* ac im-
petratio per alium facta à ſummo pontifice
de eiſdem præbenda, & canonicata nulla
facto mentione de hujuſmodi collatione,
eſt ſubreptitia, *Put. deciſ. 21. hoc tit. l. ſervum*
*filij in princ. ff. de leg. 1. l. proponebatur in fin.*
*ff. de caſtr. pecul.* quia de jure quæſito con-
firmabili, licet in unum caſum ſit reſolubi-
le, debet fieri mentio, c. *commiſſa de elect. in*
*6. c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6. Caſſad. dec.*

24. num.

*24. num. 3. ſuper reg. canc.* capituloque ſuo jure non utente retro id habuiſſe credituris, cui collatio facta fuit ab epiſcopo, *d. l. ſervum filÿ in princ. l. 2. & l. proponebatur ff. de caſtr. pec. Oldr. conſ.* 285. *num.* 7. & 8. Si vero capitulum illi, cui epiſcopus ſolus contulit, tradat poſſeſſionem canonicatus, & præbendæ, dicta traditio videtur habere vim collationis, niſi actus traditionis dirigatur ad obedientiam, & nihil apparet, quod vellent conferre, *Achill. deciſ. 4. hoc tit. in 1. dub. Io. Andr. in c. tranſmiſſam num. 12. 13. & ſeq. de elect. & ibi Can. late Rot. deciſ. 16. de conceſſ. præb. in nov.* quia regulariter inductio in poſſeſſionem beneficii facta ab eo, qui habet poteſtatem conferendi, & inducendi in poſſeſſionem jure proprio habet vim collationis: *Clem. 1. verſ. quin etiam de conceſſ. præb. c. cum aliquibus de reſcript. in 6. c. cum in eccleſia hoc tit. in 6. Io. And. in c. tranſmiſſam. num. 7. & num. 13. & ſeq. de elect.* nam in collatione non requiritur certa forma verborum, ſed eam demonſtrat omnis verbalis, vel realis actus, per quem poſſit conſtare de mente conferentis, c. *cum olim de re jud.* c. *ex ore, & ibi Pan. nu. 4. de his, quæ fi. à majori. &c. Rot. dec. 14. de conceſſ. præb. in nov.* Similiter collatio facta per capitulum & canonicos, interveniente Vicario Epiſcopi uti canonico, non tanquam vicario valida eſt; *Put. dec. 16. hoc tit. Achill. deciſ. 2. de conceſſ. præb. arg. l. ſi conſul. & l. ſeq. ff. de adopt. & c. & ibi gl. alleg. concord. & DD l. 2. ff. de off. præf. l. fiſtulas §. fundum, & ibi gl. & DD. ff. de contrah. empt.* quia in his, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis quis poteſt ſuſtinere perſonam plurium circa eundem actum, ut quia ambo habent conferre, c. *ſi quis juſto §. porro de elect. in 6. Felin. poſt Pan. in d. c. ex literis num. 10. verſ. ſecunda concluſio & ibi Can. de probat.* ſed non circa diverſos actus, c. *cum inter univerſas de elect. in fin. & ibi Pan. num. 6. & Can.* Limita
ſecundo dictam poteſtatem epiſcopi, † in 20
canonicatibus, & præbendis collegiatarum
eccleſiarum, quorum collatio ſpectat ad ipſa collegia, ſola inſtitutio ad epiſcopum, *Pan. in d. c. cum eccleſia Vulterana ſub num. 8. verſ. quoad ſecundum caſum. Rot. deciſ. 4. de conceſſ. præb. in novis. Put. deciſ. 130. lib. 1. Mohed. deciſ. 27. in fin. hoc tit. Ferret. conſ. 230. numer. 1. Rot. dec. 8. hoc tit. in antiq. late Garc. de beneſ. par. 5. c. 4. nu. 58. & ſeqq.*
Limita tertio † in beneficiis regularibus 21
exemptis, quorum collatio, ſi ſint conventualia, pertinet ad prælatum, & conventum ſimul: c. *fin. de reg. & trans. ad relig. in 6. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 23. num. 20.* ſi vero conventualia non ſunt ad abbates, priores, magiſtros, & alios prælatos regulares. *Clem. unic. de ſuppl. negl. præl. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 23. nu. 20.* Quomodo autem probetur eccleſiam eſſe collegiatam, *vide Zabar. in clem. 2. num. 10. de æt. & qual. &c. Panor. in c. nobis num. 8. de jurepatr. Felin. in c. accedentes, in princ. de præſcript. & Can. Greg. xv. deciſ. 482. nu. 4. & ſeqq. & ibi late annot.*

Prædicti omnes ſunt ordinariii † colla- 22
tores, quia habent jus conferendi à canone, c. *ordinarÿ de off. ord. in 6. c. is cui de elect in 6. Rebuff ſuper concor. tit. de collat. §. 1. in princ.* ac etiam capitula cathedralis, aut collegiatarum eccleſiarum, quia in materia collationis appellatione ordinarii venit epiſcopus, non alius, *Felin. in c. cum olim ſub nu. 1. verſ. & adde de præſcr. Sarnen. in reg. de trien. quæſt. 37. Fred. Conſ. 291. num. 2.* In materia odioſa, & ubi poteſt dari concurſus ordinarii, & extraordinarii collatoris prout in collatione legati de latere, vel facta ex indultis ſupra inductis, *Clem. 2. & ibi poſt gl. in verbo nolumus de off. ord. Zab. n. 12. & 13.*

*Imol, num.* 10. & licet poteſtas conferendi
ſit penes legatum demandata à jure, c. 1. *de*
*off. deleg. in* 6. tamen non habet titulum in
Eccleſia, ſed extra, eſt ad nutum revocabilis,
poteſt conſtitui ad tempus, ideoque parti-
cipat plus cum delegato, quam ordinario,
*Vital. in d. Clem. 2. nu. 7. & ſeqq. Card. Seraph.*
*deciſ. 980. num. 3. & 5.* ſed in materia adapta-
bili inferioribus collatoribus, ipſi veniunt
appellatione ordinariorum, *Gemin. in c. or-*
*dinarii num. 5. de off. ord. in 6. Franc. ſub num.*
*3. verſ. & nota ex gl. Monach. num. 1. & 2. Pan.*
*in c. poſt ceſſionem numer. 1. & ibidem Dec. &*
*& Can. communiter deprobat. Hoſt. in ſum. de of-*
*fic. ordin. num. 2.* Hinc capitulum cathedra-
lis eccleſiæ in beneficiis ſpectantibus ad ſu-
um turnum, dicitur ordinarius collator,
nam competit ei collatio jure proprio abſ-
que particulari privilegio, *Card. Seraph. deciſ.*
*1402. c. fin. de præb. in 6. c. ſi ſoli & ibi gloſ. 1. de*
*conceſſ. præb. in 6. Clem. 1. & ibi gl. in verbo ordi-*
*narius, ut lit. pend. & c. Garc. de benef. part. 5. c.*
*4. in princ.* illi qui habent ex indulto, & pri-
vilegio apoſtolico poteſtatem conferendi
univerſitatem beneficiorum, improprie
ſunt ordinarii, & quaſi extraordinarii, quia
per indultum ſunt ſuper inducti: *Acchill. de-*
*ciſ. 1. de off. ord. Fel. in c. poſt ceſſionem ſub nu. 1.*
*& ibi Dec. ſub n. 7. & Can. de prob. l. ſi in aliquã*
*in fin. ff. de off. proconſ.* illi vero, quibus eſt cõ-
ceſſum indultum conferendi beneficia certi
numeri, & valoris, ſunt extraordinarii, ut in-
ferius dicetur, Epiſcopus, quando benefi-
23 cium vacat † de jure, & de facto, præſumi-
tur habere notitiam vacationis, *Clem. un. in*
*fi. de conceſſ. præb. Rot. dec. 5. de jurepatr. in nov.*
Sed non qualitatis vacationis propter vaca-
tionum varietatem, puta quod vacaverit in
Curia, *Put. deciſ. 33. lib. 2. c. quamvis 2. & ibi gl.*
*in verbo cedentium, vel decedentium, à Canon. h.*
*tit. in 6. Rot. deciſ. 1. num. 1. de reſcript. in nov.*
quia ordinarius tenetur ſcire ex viſitatione,
quam ſingulis annis facere tenetur, vacatio-
nem, ſed nõ tenetur ſcire vacandi modum,
*dictum eſt ſupra de ſuppl. neglig. Prælat.* Con-
ſuetudines † variæ ſunt aliquando collatio 24
canonicatuum, & præbendarum cathedra-
lis eccleſiæ inter epiſcopum, & capitulum
alternatim dividitur per turnum, turnus ali-
quando per vices, ſive vacationes, *gl. in Clem.*
*2. in verbo alterius, & ibi Anchar. & Canon. de*
*jurepatr.* quo caſu turnus non dicitur con-
ſumptus, quando collatio non fuit ſortita
effectum per impedimentum præſtitum
per apoſtolicum impetrantem, *Rot. deciſ. 21.*
*hoc tit. in antiq. Achil. deciſ. 1. de conceſſ. præb.*
*arg. Clem. ſi de beneficio in princ. hoc titul.* quia
collator impeditus impedimento facti re-
manet illæſus, *c. quia diverſitatẽ de conc. præb.*
*c. imputari de reg. jur. in 6.* Interdum turnus
dividitur per menſes, hebdomadas, per
choros, ſive latera, alternatas collationes. *gl.*
*in c. fin. in verbo ſtatuto, & ibi Archid. & Can.*
*h. tit. in 6. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern.*
*gloſſ. 45. §. 1. & ead. gl. §. 3.* qualis autem eſſe
debeat huiuſmodi conſuetudo, vel præſcri-
ptio, an quadragenaria cum titulo, vel ſine
titulo, aut immemorialis, *vide Garc. de benef.*
*part. 5. c. 4. à n. 72. uſque ad finem.* In Tuſcia
generalis conſuetudo ſervatur, ut in cathe-
dralibus ſolum capitulum irrequiſito epi-
ſcopo eligendi canonicos habeat facultatẽ,
*d. c. cum eccleſia Vulterana in fin.* ac cenſentur
dicti canonicatus collativi non electivi, ex
quo immediate poſt electionem, ſive nomi-
nationem ſine confirmatione, aut alia ſole-
mnitate jus in eis quæritur, *Rot. deciſ. 1. de el.*
*in antiq. Can. in c. cum in Eccleſiis h. tit. in 6.* ea-
dem conſuetudo viget in Germania. In qui-
buſdam eccleſiis ipſum capitulum confert
in communi, in quibuſdam canonici ipſius
Eccleſiæ ſingulares vice, & auctoritate
capituli

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

capituli, *c. fin. hoc tit. in 6. & ibi Can. Rot. deciſ.*
*4. de conceſſ. præb. in antiq. c. dilectus 2. de præb.*
vocanturque Turnarii; interdum collatio
ſpectat ad ipſos canonicos ſingulariter rati-
one ſuarum præbendarum, vel ratione di-
gnitatum, perſonatuum, & officiorum, quæ
nonnulli ex canonicis obtinent in ipſis ec-
cleſiis, *d. c. fin. verſ. ad beneficia h. t. in 6. c. ad-*
*hæc, c. ad aures, c. inter dilectos de exceſſ. Prælat.*
ideo inolevit ſtylus ſcribendi, provideas de
beneficio ad collationem Capituli commu-
niter vel diviſim ſpectante, *c. fin. verſ. ad be-*
*neficia, & verſ. ſequen. hoc tit. in 6. & ibi Can.*
Interdum aſcribitur clauſula; quorum De-
cani, capitula & canonici ordinarii collato-
res exiſtunt quæ compræhendit beneficia
quorum collatio ad Decanum jure Deca-
natus, *c. dilectus 3. & ibi Zab. in 1. appoſ. h. t.*
ad capitulum jure capitulari, *c. ſignificatum*
*de præbend. c. propoſuit juncta in titulatione de*
*conceſſ præben. c. eam te c. capitulum de reſ.* & ad
canonicos ſingulariter pertinere noſcitur,
*arg. c. fin. §. idem h. t. in 6. Clem. 2. & ibi gloſſ.*
*in verbo in capitulo Zab. in 9. quæſt. Anchar. n. 3.*
*& 5. & Can. de ætat. qualit. & ord. præfic.* quia
dicta clauſula intelligenda eſt diviſim, *Za-*
*bar. in d. c. dilectus in 1. oppoſit.* nam copula, &,
poſita inter perſonas principaliter copula-
tas ſtat diſtributive & reſolvitur in ſuas ſin-
gularitates, *l. 2. §. fin. ff. de cond. inſtit. Bald. in c.*
*1. ſub nu. 3. in verbo tenorem inveſtituræ de duob.*
*fratr. à capit. inveſt l ſæpe ff. de verb. ſignif. c. cle-*
*rici 1. & ibi Panor. num. 1. Zabor. in 2. quæſt. de*
*vit. & honeſt cleric. l. falſa demonſtratio § fin ff.*
*de cond. & demonſtr.* Collatio beneficiorum
25 facta per † epiſcopum, ſeu Prælatum puta-
tivum; qui ſe gerit pro Prælato & habuit
confirmationem, ſeu proviſionem à ſuperi-
ore legitimo, valida eſt, licet ex aliquo defe-
ctu non ſit verus Prælatus, *Panorm. in c. nihil.*
*n. xj. & 12. de elect. & ibi Can. Rot. deciſ. 7. de*
*jurepatr. in nov. & deciſ. 14. eod. tit. in antiq.*
*Lap. alleg. 89. ſub n. 9. verſ. venio ad ſecundum;*
*& nu 10. & 12. & ibi Man. late Garz. de benef.*
*part. 5. c. 4. §. 3. n. 276. & plurib. ſeqq. ubi limi-*
*tat quatuor modis.* niſi intruſus ſit in dignita-
te, ſeu beneficio reſervato, ratione cuius
competit jus conferendi, propter decretum
irritans in reſervatione appoſitum, quod in-
ficit titulum & poſſeſſionem, & quod ſequi-
tur ex eo, *c. ut noſtrum de appell. Rot. deciſ. 20.*
*hoc tit. in antiq. & deciſ. 4. eod. tit. in antiquior.*
aut collatio facta fuerit ſcienti defectum,
*Panormit. in c. dilectus el. 2 ſub n. xj. hoc tit. Cor-*
*ſet. in ſign. in verbo error communis Gabr. de*
*prob. conc. 8. n. 30. pl. cumul.* Eadem ratione
valet collatio facta ab Epiſcopo, ſeu Præla-
to, qui poſt confirmationem, aut proviſio-
nem ſuperioris commiſit aliquod crimen,
ob quod & ipſo facto, & ipſo jure privatus
eſt Prælatura, quamdiu enim privatio eſt
occulta tenet collatio, & omnia ab eo geſta,
*c. nomine 8. q. 4. & ibi Canon. Panormit. in c.*
*nihil ſub num. 12. verſ. quartus caſus de elect. &*
*ibi Put. num. 32. & Can. Garz. de benef. part. 5.*
*c. 4. §. 3. num. 328. uſq; ad finem.* Pertinen-
tia collationis † ad alium epiſcopo &c. infe- 26.
riorem, ad quem de jure communi nõ ſpe-
ctat, probatur per famam, & communẽ re-
putationem, *Achil. dec. 16. de prob. Rot. dec. 3.*
*eod. nov. c. cum Eccleſia Vulterana de elect. & ibi*
*Can. Eg. dec. 50.* & per quaſi poſſeſſionem cõ-
ferendi, quando Ordinarius non eſt in cau-
ſa, vel ab eo proviſus, ſed alius habens à Pa-
pa, vel aliunde, *c. querelam de elect. c. cum olim*
*de cauſ. poſſ. & propr. c. in litteris de reſt. ſpol. c.*
*cum veniſſent de reſtit. in int. c. inter dilectos &*
*ibi Anchar. num. 1. de exceſſ. præl. l. 1. §. denique ff.*
*de acqu. pluv. arc. Caſſad. deciſ. 1. de probat. Ca-*
*put. deciſ. 137. par. 1.* Ratio eſt, quia collatio
eſt fructus & poſſeſſor bonæ fidei facit fru-
ctus ſuos: *c. conſultationibus de jurepatr. &*

ibi DD. §. ſi quis à non domino Inſtit. de rer. diviſ. Franc. Marc. qu. 140. n. 3. par. 2. quaſi poſſeſſio conferendi probatur, quando docetur de collatione, & poſſeſſione eius vigore ſubſecuta, d. c. conſultationibus l. ſi publicanus §. in omnibus, & ibi Bart. ff. de publ. & vectig. & DD. Pan. in c. bonæ 2. n. 7. de poſt præl. aut reſignatione eius, cui collatum fuit beneficium, & poſſeſſione reſignatarii per longiſſimum tempus, Bald. in l. 2. ſub num. 3. verſ. ſed quid ſi non apparet C. de com. rer. alien. Rot. deciſ. 147. num. 1. par. 1. diverſ. & ex ſucceſſiva proviſione unius per mortem, aut per reſignationem alterius: Oldrad. conſ. 229. Greg. 15. deciſ. 215. in princ. & ibi late annot. ſed & actus poſſeſſionis conferendi per reſignationem extenditur ad collationē per vacationem ex obitu, quādo nullus alius eſt in quaſi poſſeſſione providendi per obitum: c. 1. & ibi Pan. num. 3. in fin. de relig. dom. Felin. in c. auditis num. 19. de reſcript Mohed. deciſ. 22. hoc tit. quando agitur contra ordinarium, vel proviſum ab eo, præter famam requiruntur adminicula, Caput. d. dec. 137. par. 1. Caſſad. deciſ. 1. de probat. Rot. diverſ. deciſ. 268. ſub nu. 2. par. 1. arg. c. primi in princ. de præſcr. in 6. & c. ad decimas, & ibi not. de reſt. ſpol. in 6. aut præſcriptio formata, & ſic titulus, bona fides, curſus quadraginta annorum, ordinarii ſcientia & patientia, vel præſcriptio immemorabilis, quia jus commune eſt pro ordinario, dictum eſt ſupra tit. de præſcript. Rot. diverſ. deciſ. 803 par. 1. Bellam. conſ. 10. n. 5. & ſeqq. Cravett. conſ. 134. nu. 14. & ſeqq. c. cum ex iniuncto §. fin. in fin. de hæret. & ibi Can. Vica-
27 rius † epiſcopi generalis non poteſt conferre beneficia, quia in conferendis beneficiis eſt liberalitas in cui dando, ſed non in dando, c. relatum c. inter cæteras hoc tit. & utrobique not. c. quamvis & ibi gloſſ. in verb. penſione eod. in 6. gl. in c. fin. in verb. libera de off. Vic. in 6. niſi ipſi beneficiorum collatio ſpecialiter committatur, quæ per epiſcopum ei generaliter, non ſingulariter poteſt concedi, etiam antequam dicta beneficia vacent, c. fin. de off. Vic. in 6. & ibi gloſſ. fin. Franc. in fin. & Can. c. ſtatutum in fin. hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. fin. c. conſtitutus & ibi gl. pen. in verb. conceſſionis, verſ. ſed nunquid epiſcopus de conceſſ. præb. Franc. Marc. deciſ. 993. par. 1. late Garc. de benef. par. 5. c. 8. n. 112. & ſeqq. poteritque conferre etiam dignitates, dato quod de eis non ſit ſpecialiter conceſſa poteſtas, ac etiam beneficia regularia, c. Franc. Marc. deciſ. 994 par. 1. quia nomen beneficii large ſumi debet, cum non ſit materia ambitioſa, c. tua de verb. ſignif. c. dudum hoc tit. in 6. & ibi gloſſ. in verb. beneficia, & Can. Rot. deciſ. 7. de off. Vic. in antiq. Franc. in c. fin. num. 3. eodem in 6. & ibi Can. etiam exiſtens extra ipſam diœceſim, quia eſt ordinarius, & collatio, ac etiam inſtitutio eſt juriſdictionis voluntariæ, c. novit. & ibi gloſſ. fin. in fin. de off. leg. Rot. dec. 5. de off. Vic. in antiq. licet aliter ſentiat Fran. Marc. qu. 117. n. 17. & q. 361. n. 3. par. 2. & c. ſtatutum hoc tit. in 6. ſpeciale eſt in beneficiis vacantibus apud ſedem Apoſtolicam, dataque Vicario poteſtas non revocatur per litteras privatas, quia revocatio Vicariatus publicanda eſt, l. ſed etſi pupillus §. 1. de inſt. act. l. ſed Iulianus §. quamquam verſ. interdum ff. ad Senatusc. Maced. & ibi gloſſ. alleg. Concordantias Felin. in c. ex parte Decani num. 7. & ſeqq. de reſcript. & ibi Can. Achil. dec. 1. de off. Vic. non poteſt epiſcopus, vel is qui jus conferendi habet concedere alicui poteſtatem conferendi primum beneficium, cum vacabit, quia talis conceſſio fieri poteſt in fraudem canonicæ ſanctionis, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia concedi, ſive promitti antequam vacent, c. conſtitutus de conceſſ. præb. & ibi Can. Vicarius ſimoniace con-

ferens

ferens non facit privari epiſcopum ſua col-
latione, *Achil.deciſ.2.de off.Vic.c.in generali de
reg.jur.in 6.c.ſi epiſcopus §. in generali de pœ-
nit.& remiſſ in 6.* quod in generali mandato
non includatur mandatum ad delinquen-
dum, *l.ſi procurator verſ.celſus ff.de cond.ind.l.
3.§.ſi procurator ff.quod quiſque iur.& c.l.Lu-
cius §.imperator ff.ad Trebell.*

28 Gratiæ Apoſtolicæ eſſentia † in ſola ſup-
plicatione conſiſtit, *Ioan.Andr. in c.exceptio-
nis n.4.& 5.de litis cont.Ioan.Andr.in proœm.
lib.6.n.5.Caſſad.deciſ.fin.num.8.de cauſ.poſſ.&
propr.Caput.deciſ.173.n.2.par.2.plures citans,
Garc.de benef.part.4.c.2.n.10.& ſeqq.plures
citans,* quæ non tribuit jus parti, antequam
relaxetur, *Gom.in reg.de non toll.jur.quas q.
20.in fin.arg.l.contractus C.de fid.inſtrum.
Gonz.ſuper reg.de menſ.& alter.gl.15.§.2.nu.
33.& ſeqq.* & eſt matrix & ſcriptura origi-
nalis cui ſtatur, *l.Sempron.& ibi Bart.& DD.ff.
de legat.2.l.ſi quis ex argentariis §.pen in fin.ff.
de eden.Felin in c.quoniam contra num.10.de
probat.c.ut veterum, & ibi gl.mag Can.9.diſt.*
tribuitque jus in beneficio, quando ſuppli-
catio eſt ſignata in forma gratioſa: ſi in for-
ma dignum, aut alias in forma commiſſaria
tribuit jus ad beneficium, *dictum eſt ſupra tit.
de reſcript verſ.ſecundo reſcripta gratiæ, &c.*
ideo quando bulla diſcordat à ſupplicatio-
ne, corrigenda eſt juxta ſupplicationem:
*Bartol.conſ.77.num.12.& ſeqq.vol.4.Caput
deciſ.75.part.1.* Cancellatura alicuius clau-
ſulæ in ſupplicatione contentæ operatur
conceſſionem aliorum, quæ non cenſentur
conceſſa de Stylo Cancellariæ, à quo nuda
voluntate Papa poteſt recedere, *Rot.deciſ.
50.de reſcript.l.2.& 3.ff.de iis, quæ in teſt.del.
induct.inſcr.* ac ſigna crucis notata in ſuppli-
catione ſumpta ex regiſtro denotant deleta
fuiſſe aliqua verba, *Caſ.deciſ.10.ſub nu.7.&
deciſ.xj.ſub n.1.de præb.* Quando in corpo-
re ſupplicationis eſt clauſula caſſata, quæ
non reperitur caſſata in clauſulis, præſumi-
tur quod per errorem, & inadvertentiam
in corpore fuerit inducta, & licet Cancella-
ria non expediret litteras cum illa clauſula,
tamen Camera expediret, *Put.deciſ.228.li.
1.* Ad effectum † ſubreptionis, & obreptio- 29
nis attendenda eſt ſupplicatio, non autem
litteræ expeditæ, *Greg.15.deciſ.108.n.10.&
11.& ibi annot.§.fin.& ibi gloſſ.in verb.pro-
thocollum, & DD.Auth.de tabell l.prætor ait ff.
de eden.l.contractus C.de fid.inſtr.Inſt.de empt.
& vend.in princ.Rebuff.in praxi part.1.de re-
form.& correct Bullæ num.2.* necnon ad effe-
ctum ſimplicis abſolutoriæ, *Pariſ.de reſign.
lib.6.qu.5.n.66.in fin.nu.67.* & quoties non
agitur de canonizanda gratia illa, quæ ſup-
plicatione continetur: *Gabr.conſ.290.num.
13.vol.1.Caſſad.deciſ.8.num.14.de reſtit ſpol.
Sarnen.in regul.de infir.reſig.quæſt.18.num.6.
Greg.15.deciſ.540.nu.6.& ibi annot.* ad effe-
ctum † autem juſtificationis attenduntur 30
litteræ, non ſupplicatio, ut ſi contingat nar-
rativam ſupplicationis tanquam ſuperfluã
ab expeditoribus omitti in litteris, quia non
ſupplicatio, ſed litteræ ſunt canonizandæ:
*Card.Seraph.deciſ.1446.num.3.& 4.* etenim
litteræ ſunt loco tituli: *Ioan.Andr.in proœm.
lib.6.num 7.& 8.& ibi Can.communiter Fe-
lin.in rubr.de Conſt.n.5.& ibi Can.Bald.in l.
humanum num 6.in fin.C.de legib.& ibi DD.
Rota deciſ.27.de reſcript.in nov.* ſupplicatio
vero inſtar imbreviaturæ, eſt ſcriptura in-
completa, *Bald.in rub.C.de fid.inſtr.num.40.
l.cum pater §.cum imperfecta ff.de leg.2.* nar-
rativa vero addita in litteris per Officiales
Cancellariæ, quæ non legitur in ſupplica-
tione, forſan ad evitandam ſolutionem an-
natæ, donec impetrans poſſeſſionem con-
ſequatur, non eſt juſtificanda, *Greg.xv.deciſ.
577.ſub num.5.& num.6,& ibi annot.* quia

Officia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Officiales Cancellariæ non poſſunt aliquid
addendo in litteris præjudicare impetran-
tibus, aut alterare ſubſtantiam gratiæ, vel
eam reſtringere: *Rota Farinac. deciſ.* 128. *nu.*
5. *in fin. par. 2. & deciſ. 465. num. 4. ead. par.*
2. *Butr. conſ. 49. ſub num. 4. verſ. his non ob-*
*ſtantibus, & num. 5. Pariſ. conſ. 112. num. 8.*
9. *& ſeqq. vol. 4. Bald. in rubr. C. de fid. inſtr.*
*num. 41.* Non poteſt dici gratia ſurreptitia,
quando in ſupplicatione continentur clau-
ſulæ generales, quarum vigore id exprimi-
tur, quod omiſſum vitiaret, *Greg. xv. deciſ.*
*150. num. 7. Felinus in c. poſtulaſti ſub num. 2.*
*verſ. declara prædicta 1. de reſcriptis l. qui rur.*
*militar. ff de teſtam. militis l. 1. §. generaliter ff.*
31 *de legatis præſtandu,* Brevis † matrix origina-
lis, eſt minuta, habens ſignaturam Cardina-
lis, vel expeditoris, quod ſi minuta non ha-
bet aliquam ſignaturam, tunc ipſum breve
ſigillatum dicitur originale, quia tunc gra-
tia eſt perfecta, quando per Papam ſigilla-
tur, antea vero conficitur minuta, cui addi-
tur, & detrahitur, *Inſtit. de empt. & vend. in*
*pr. verſ. in iis autem, quæ ſcriptura &c. l. con-*
*tractus C. de fid. inſtr. Put. deciſ. 279. lib 2.* Bre-
via æquiparantur bullis per Cameram ex-
peditis utrumque oraculum appellatur, *l. ju-*
*bemus 1. & ibi gloſſ. in verb. annotatio C. de ſa-*
*croſ. eccleſ.* in legibus breve annotatio bullæ
pragmatica ſanctio, *Mandoſ. in reg. 27. de*
*non jud. jux. form ſupp. quæſt. 11. num. 9* gratia
32 † per ſolam ſupplicationem, aut minutam
non poteſt probari, *Felin. in c. in noſtra num. 8.*
*de reſcript. c. legum 2. q. 1. c. Romana §. poſt-*
*quam & ibi gloſſ. cumulat caſus requirentes ſcri-*
*pturam, & Can. de cenſib. in 6. c. ex diligenti*
*in fin. de Simon. & ibi Felin. num. 3. Felin. in*
*procœm. decretalium num. 5. ubi limitat in tri-*
*bus caſibus, Ioann. And. in procœm. lib. 6. num. 5.*
*& ſeqq. & utrobique Can. Pan. in c. qualiter in*
*prin. de elect. Rot. deciſ. 27. de reſcript. in nov.*
ſed per litteras, ſive bullas, ſine quibus gra-
tia non poteſt canonizari, *Put. deciſ. 337. in*
*fin. lib. 1. Felin. in rubr. de conſtit. numer. 5. plu-*
*res citans Pan. in c. auditis num. 3. de in integr.*
*reſt. pulchre Rot. deciſ. 20. numer. 5. de conceſſ.*
*præb. in nov.* niſi in caſu amiſſionis gratiæ, *c.*
*cum olim el. 1. de privil. Pan. in c. ex diligenti nu.*
*3. de Simon. Felin. in rubr. de conſtit. ſub num. 6.*
*verſ. tertius caſus, Greg. 15. deciſ. 471. num. 2. &*
*ibi late annot. dicens contrarium ſervari à tota*
*Curia propter regiſtra ſupplicationum & Bulla-*
*rum,* & prohibitum eſt epiſcopis, & aliis ſu-
perioribus Prælatis, nec non Abbatibus,
Prioribus, & cæteris Monaſteriorum regi-
mina exercentibus, qui apud ſedem Apo-
ſtolicam promoventur, aut confirmationis,
conſecrationis, vel benedictionis munus
recipiunt, ne ad commiſſas eis eccleſias, &
monaſteria accedant, vel bonorum eccle-
ſiaſticorum adminiſtrationem abſque di-
ctæ ſedis litteris accipiant † ſub pœna nulli- 33
tatis interim actorum, & privationis pro-
ventuum, Capitulis quoque & Conventi-
bus, cæteriſque ſubditis, ne eos recipiant,
aut eis pareant ſub ſuſpenſione à perceptio-
ne ſuorum beneficiorum, donec ſedis Apo-
ſtolicæ gratiam meruerint obtinere: *Extra-*
*vag. iniunctæ de elect. inter communes,* verum
dictæ Extravag. iniunctæ diſpoſitione Car-
dinales non ligantur, & poſſunt beneficia
conferre ante adeptam epiſcopatus poſſeſ-
ſionem: *Card. Seraph. deciſ. 1148. num. 1.* o-
mnibus vero clericis apud eamdem ſedem
proviſis prohibetur ne audeant abſque lit-
teris Apoſtolicis poſſeſſionem capere 33,
*conſtit. Iul. 3. incip. ſanctiſſimus Felin. in c. ve-*
*niens ſub num. 3. de accuſ. & ibi Can. Cald. conſ.*
*13. de verb. ſignif. c. ad aures de exceſſ. præl. c.*
*eum qui de præben. in 6. Garc. de benef. par. 4.*
*c. 2. à num. 46. uſque ad finem,* ſub pœna in-
habilitatis ad illa de cætero obtinenda, &
reſtitu-

reſtitutionis fructuum: Paulus tertius conſtitutione quinta prohibuit proviſis per ſedem Apoſtolicam, ne audeant capere poſſeſſionem vigore monitorii Auditoris Cameræ, vel aliorum quorumcumque judicũ cum inſerta in monitorio, ſupplicatione vel ejus tranſumpto, ſub eadem pœna inhabilitatis ad beneficia in eiſdem tranſumptis, & mandatis expreſſa, & reſtitutionis fructuum perceptorum: *Achill. deciſ. 3. de conſtit. qui explicat d. conſtitutionem Iulij 3. Felin in c. veniens ſub num. 3. de accuſ. & ibi Can. Bald. in l. humanum in fin. C. de legib. Felin. in c. eam te ſub num. 3. de reſcr.* alias regulariter poſſeſſio capta vigore ſolius ſupplicationis, *Put. deciſ. 223. li. 2. c. cum in noſtris & ibi Pan. num. 6. per illum tex. de conceſſ. præb. Sarn. in reg. de non jud. jux. for. ſuppl. quæſt. 5. Ferret. conſ. 18. nu. 3. Caputaq. deciſ. 346. num. 5. par. 2. Mohed. deciſ. 9. ut lit. pend. &c.* ac capta cum monitorio, & ſupplicatione monitorio non inſerta, ſi quis ea ſpolietur, eſt reſtituibilis, *Achill. deciſ. 3. de conſtit. l. poßideri §. ex cõtrario, verſ. idem Trebatius ff. de acq. poſſ.* quia adeſſe poſſeſſionis nõ requiritur expeditio literarum, quod poteſt eſſe vera poſſeſſio ſine titulo, licet non ſit juſta. *Pan. in c. cum noſtris num. 8. de conceſſ. præb. l. naturaliter §. nihil commune & l. permiſceri ff. de acq. vel amit. poſſ. l. & an eadem §. fin.*
34 *ff. de except. rei judicat.* Quando timor eſt † de aliqua intruſione in beneficio reſervato, conſuevit Papa per breve ſupplicatione introcluſa mandare, quod proviſus appſtolice de beneficio ponatur in poſſeſſionem per executorem ante expeditionem bullarum, *Staphyl. de litt. Apoſt. in form. brevis §. datur num. 3. & 4 late Lancell. de attent. par. 2 c. 4. de attent. lit. pend. à num. 394. uſque ad numer. 448. GonZal. ſuper reg. de menſ. & alter gloſ. 9. §. 1. annot. contr. nullit. & attent. in cauſ. beneſ. à num. 246. uſque ad fin.* quale breve de capienda poſſeſſione duplici modo datur, vel nomine Cameræ Apoſtolicæ, vel ad favorem litterarum ſub plumbo per proviſum Apoſtolicum expeditarum, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. §. 7. proœm. num. 208. & ſeqq. Garc. de beneſ. par. 6. c. 3. in princ.* per id cauſa, ſive inſtantia non introducitur, ſed morte executivo procedi mandatur, & in executivis licet detur lis, non tamen inſtantia: *Bald. in l. 2. numer. 5. C. de execut. rei jud. & ibi DD. Garc. de beneſ. par. 6. c. 3. in princ.* nunquam conceditur proviſo Apoſtolico in forma dignum, quia habet tantum jus ad beneficium, & non poteſt capere poſſeſſionem ante examinationem, approbationem, & collationem ordinarii, *Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 1. num. 149. l. minus ff. de regul. jur. Dec. in l. qui actionem num. 6. & DD. ff. de reg. jur.* ſed proviſo Apoſtolico in forma gratioſa, quia ejus perſona in Curia fuit approbata, ac habet jus in re ſtante reſervatione & cum ejus præſuppoſito, & reſervatio plene probanda eſt ac aliter, quam per aſſertionem Papæ, licet in conſtito dicti brevis verificando expreſſe, & neceſſario incluſa non fuiſſet, *Gonz. ſuper reg. de menſib. & altern. gl. 9. §. 1. annot. contr. nullit. & attent. in cauſ. beneſ. num. 261. Lancell. de attent. par. 2. c. 4. de attent. lit. pend. &c. num. 442. Caput. deciſ. 77. & 79. par. 3. Greg. xv. deciſ. 53. Garc. de beneſ. par. 6. cap. 3. & §. 1. ejuſd. cap. 3. per totum; ubi fuſe breve, ejuſque clauſulas explicat.* datur aliquando cum clauſula, amoto quolibet detentore, & intimato brevi, & ſi poſſeſſor appellaverit, tenetur executor aſſumere partes judicis, *Achill deciſ. 6. ſuper reg. de trien. num. 2. & 3. c. licet Epiſcopus hoc tit. in 6. Felin. in c. fin. num. 24. de præſumpt. gl. in l. à Divo Pio §. ſi ſuper rebus in verb. fiat de re jud.* quia dicta clauſula, amoto &c. ſi non ſumus in caſu, in quo fuit lata ſententia, aut in noto-

riis, requirit ordinem judiciarium, c. licet epiſcopus hoc tit. in 6. Panorm. in c. de cætero num. 8. & ibi Felin. num. 9. de re jud. & Can. Bald. in rubr. de off. deleg. nu. 53. interdum cum clauſula, citra vitium ſpolii, & attentatorum, Caputaq. deciſ. 71. par. 1. & deciſ. 180. par. 3. Panorm. in c. inter quatuor num. 1. & ibi Canon. de major. & obed. Panorm. in c. cum olim num. 17. de re jud. Hipp. in l. de unoquoque num. 113. ff. de re jud. & tunc executor deputatus nullam exercet juriſdictionem, neque aliqua citatio eſt neceſſaria, quia nudum miniſterium eſt ſibi commiſſum, c. fi. §. fi. de off. deleg. etiamſi in brevi ſit clauſula, conſtito: nam ſufficit poſt captã poſſeſſionem verificata eſſe in eo narrata; Rot. diverſ. deciſ. 696. par. 3. lib. 3. Bald. in l. non dubium, num. 13. ubi Magiſt. diſtinguit, verſ. aut loquimur in literis gratiæ C. de legib. c. venerabilem §. objectioni verſ. exercuit de elect. Innoc. in c. dudum. n. 3. & ibi Can. de præſumpt. Dec. in l. certum num. 13. C. unde legit. & ſubjiciuntur variȩ exceptiones, non tamen à ſede apoſtolica proviſo, & breve non habet executionem paratam contra poſſeſſorem proviſum à Cardinale legato, vel Nuncio poteſtatem legati habente, quia tales dicuntur proviſi à ſede apoſtolica: c. ſi abbatem, & ibi Gemin. num. 5. Franc. num. 4. de elect. in 6. Imol. in clem. quia contingit ſub nu. 9. verſ. juxta prædicta quærit de relig. domib. & ibi Zab. in 8. qu. l. ita tamen §. geßiſſe ff. de admin. tut. c. mulieres de ſent. excom. c. ſi ea 28. quæſt. 2. Rot. diverſ. deciſ. 206 num. 5. par. 1. item non tamen, à nobis proviſo, quæ excludit proviſiones Cardinalium legatorum, & nunciorum cum poteſtate Legati, non tamen prædeceſſorum Papæ: c. 2. & ibi not. de feud. c. ſi gratioſe, & ibi gl. in verb. ſua Io. Andr. & Can. de reſcr. in 6. Gemin. & Franc. in d. c. ſi abbatem de elect. in 6. Inſuper, non tamen à nobiſmetipſis proviſo, quæ excludit proviſiones prædeceſſorum Papæ: l. 1. §. adipiſcimur, & ibi Aret. & DD. ff. de acq. poſſ. Natt. conſ. 163. num. 8. Bald. conſ. 304. vol. 5. Iaſ. in l. filiusfamilias. §. Divi num. 151. in 2. repet ff. de leg. 1. Rot. Farin. deciſ. 201. n. 6. & 7. par. 2. Expulſus vigore hujuſmodi brevis omnem amittit poſſeſſionem, Mohed. deciſ 4. num. 4. & 5. de reſt. ſpol. l. qui univerſas §. item cum prætor. ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. clam poßidere §. qui ad nundinas num. 20. ff. de acq. poſſ. quam vigore dicti brevis acquirit proviſus apoſtolicus; idem obtinet, ſi non ſit capta poſſeſſio vigore brevis, ſi breve ſuperveniat, quia mutat ſibi cauſam poſſeſſionis, ſi hodie brevi utatur: l. ſi à Titio ff. de reivendic. & ibi Bart & DD. Put. deciſ. 19. ut lit. pend. &c. Aliquando dicitur etiam lite pendente citra vitium ſpolii &c. Lancell. de attent. c. 4. de attent. lit. pend &c. num. 394. & plurib. ſeqq. qui ampliat & limitat. quia ſi breve non habet clauſulam, etiam lite pendente &c. poſſeſſio capta vigore talis brevis lite pendente, debet ex officio ſequeſtrari, Caputaq. deciſ. 70. par. 1. l. 2. C. ut lit. pend. auth. in medio litis non fieri ſacras formas &c, per totam. etſi contingat appellari, cauſa committitur parito brevi; quæ clauſula tribuit juriſdictionem conditionaliter, ita ut nec judex procedere, nec pars audiri poſſit, niſi prius facta paritione, & obſtat cuicumque tertio venienti ad cauſam, etiamſi ad ipſum non ſpectet paritio, l. à teſtatore ff. de cond. & demonſtr. Gonzal ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 9. §. 1. tit. annot. cont. nullit. & attent. nu. 247. & ſeqq. & Greg. xv. deciſ. 36. Rot. Farin. deciſ. 68. par. 1. Interdum ſubjicitur arbitrio Rotæ, quod datur ad ſuſpendendam, non retractandam executionem jam factam, Greg. 15. deciſ. 70. in princ. Gonz. ſuper reg. de menſib & alter. gl. 9. §. 1. tit. annot. contra nullit. & attent. n. 295. & ſeqq. & remittit aliquid de rigore juris, prout ſubjecta materia patitur, Greg. xv. dec. 361. nu. 2.

*nu. 2. & ibi annot.* eſtque ei parendum quoad
dimiſſionem poſſeſſionis, & reſtitutionem
fructuum, ſed non quoad refuſionem ex-
penſarum, *Rot. Farin. deciſ.* 319. *part.* 2. *Garc.*
*de benef. par.* 6. *c.* 3. §. 1. *num.* 112. *& plurib. ſeqq.*
*Greg. xv. deciſ.* 36. *num.* 4. *& deciſ.* 50. & pra-
ctica Rotæ eſt, quod petens procedi ad ulte-
riora liquidet ipſe fructus, vel impetretur
commiſſio, ubi conſtaret de calumnia liqui-
dare negligentis, quæ præfigitur ordinario
terminus ad liquidandum, quo elapſo pro-
cedatur in negotio principali, *Card. Seraph.*
*deciſ.* 655. *Pariſ. conſ.* 45. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 4.
*Put. deciſ* 419. *lib.* 1. *Rot. Farin. deciſ.* 142. *part.*
35 2. Qualitates gratiæ † poſſunt probari per
teſtes, puta quod Papa fuit informatus, fecit
gratiam ex certa ſcientia, ſcivit eum, cui fe-
cit gratiam eſſe minorem, petitio ſua primo
eadem die fuit lecta, & admiſſa per Papam,
*c. duobus & ibi gl. in verbo ſi non appareat de re-*
*ſcript. in* 6 *& ibi Can. Add. ad Rot. deciſ.* 27. *num.*
8. *de reſcript. in nov. Felin. in c. ex diligenti nu.* 4.
*de Simon.*
36 Bullæ, ſive litteræ † dicuntur expeditæ,
quando ſunt in plumbo, c. *licet de crim. falſ.*
*Sarn. in reg. de jur. quæſt. non toll. quæſt.* 1. *num.*
9 *verſ. & tamen ulterius Rot. deciſ.* 674. *num.* 1.
*par.* 1. *div. Greg. xv. deciſ.* 440. *num.* 5. præſu-
muntur debito tempore expeditæ, *Sarnen. in*
*reg. de non jud. juxta form. ſuppl. quæſt. fin. Caſ-*
*ſad. deciſ.* 3. *ſuper regul. Cancell.* concurrenti-
bus duabus bullis ab eo, qui gratiam reten-
tionis habebat uſque ad ſummam 600. du-
cat: vel quod valorem poſſit habere pro ex-
preſſo, expeditis ſub eadem data, in quarum
una valor habetur pro expreſſo, in altera
facta ſit expreſſio 600. ducat: præſumitur
prius expedita, in qua habetur valor pro ex-
preſſo, *Creſc. deciſ.* 2. *de præſumpt. l. quoties in*
*ſtipul. ff. de verb. oblig. l. ſemper in dubiis ff. de reg.*
*jur. l. quoties in actionibus l. cum in teſt. ff. de*
*reb. dub.* ac fundans ſe in tempore anteriori,
vel poſteriori, tenetur illud probare, *l. qui*
*juraſſe*, §. *ſi Pater, & ibi gloſſ. in verbo acquiſiſti*
*& DD. ff. de jurejur. l. eum actum, & ibi gloſſ.*
*fin. & DD. ff. de neg. geſt. l. non ſolum* §. *ſed ut*
*probari, & ibi Bart. num.* 2. *ff. de nou. op. nunc. c.*
*venerabilis* §. *fin. & ibi gloſſ. pen. & Can. de ſent.*
*excomm. in* 6. *Rot. diverſ. deciſ.* 674. *num.* 2. *&*
*ſeqq. parte* 1. *Panormit. in cap. conſtitutus num.*
2. *&* 3. *de reſcriptis.* Habent litteræ apo-
ſtolicæ † paratam executionem prout te- 37
ſtamenta, ubi nõ ad eſt legitimus contradi-
ctor, *Greg.* 15. *deciſ.* 221. *dicens capitulum non*
*eſſe legitimum contradictorem, & ibi annot.* et-
iamſi ex adverſo objiciatur, quod non con-
cordent cum ſupplicatione, *Caput. deciſ.* 80.
*parte* 1. *& deciſ.* 174. *part.* 2. *Bart. in l.* 1. §. *&*
*parvi refert. num.* 4. *ff. quod vi, aut clam.* & in
remedio adipiſcendæ poſſeſſionis intenta-
to proceditur executive, *ad inſt. l. fin. C. de e-*
*dict. D. Adr. toll. c. accedens, & ibi gloſſ in verbo*
*publice & Can. de accuſ. Pan. in c. paſtoralis num.*
14. *in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Ioannes Fab. in*
§. *ſequens num.* 12. *inſt. de interd. Bald. in l.* 2.
*num.* 65. *C. de ſervit. & aq. Pan. in c. conſtitutis el.*
2. *num.* 15. *& ibi Franc. & Can. de appell. Greg.*
18. *deciſ.* 335. *num.* 15. *& ſeqq* verificatis nar-
ratis per impetrantem, c. *quia circa, & ibi*
*Pan. num.* 3. *&* 4. *de conſang. & affin. c.* 2. *&*
*ibi Ripa num.* 29. *de reſcript. c. ſuper literis eod.*
*Caſ. deciſ.* 12. *num.* 4. *de probat.* quia omnis
ſubreptio in gratioſis vitiat ipſo jure, *Clem.*
1. *hoc tit. & ibi Can. in verb. velut ſubreptitia*
*nullius eſt penitus momenti c. ſi motu eod. in* 6. *Fe-*
*lin. in c. ad audiendiam num.* 22 *plures cumu-*
*lans de reſcript. ubi ampliat, & limitat. Caput.*
*dec.* 49. *part.* 2. Quæ regula † fallit primo,
quando defectus apparet ex lectura bulla-
rum, *arg. l. fin. ibi ſine omni vituperatione C. de*
*edict. D. adr. toll. Achill. deciſ.* 18. *de probat.*
*Franc. Marc. q.* 164. *par* 2. Secundo quando



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

datur concurſus ſimilium gratiarum ha-
bentium eamdem datam, *gloſſ. in d. l. fin. in
verb. miſſus eſt, & ibi DD. C. de ed. div. Adr. toll.
l. 1. & ibi gloſſ. in verb. veteres, & Doct. ff. de bon.
poſſ. ſec. tab. & ibi Bart. §. 1. dat tres limitatio-
nes, Mohed. deciſ. 13. ut lit pend. &c. Caput. de-
ciſ. 329. num. 2. par. 1.* Tertio quando ex ver-
bis bullæ apparet de conditione, verbi gra-
tia, ſub beneplacito ſedis Apoſtolicæ, quæ
prius eſt verificanda, c. *ſuper eo de cond. appoſ.
&c. Mohed. dec. 35. de renunc. verſ. fuit reſolu-
tum.* Quarto quando Rota ſuccedit in lo-
cum executoris, quæ non ſolet immittere
niſi omnibus verificatis, *Card. Seraph. deciſ.
85. num. 2. Clem. auditor, & ibi Zab. num. 6.
dicens, Stylum Curiæ eſſe attendendum, & ibi
Can. de reſcript.* Fallit quinto quando op-
ponitur falſitas vel mendacium in ſubſtan-
tialibus, & per partem narratis, aut alia al-
legatur legitima cauſa, c. *ſi quando, & ibi Fe-
lin. num. 1, 2. & ſeq. Anchar. num. 1. & Can. de
reſcript.* ſed rejiciuntur exceptiones, quæ
contra perſonam executoris, aut illius, cui
eſt providendum, opponuntur, & aliæ ſi-
miles, quæ extrinſecus objiciuntur, *Innoc.
in c. de cætero ſub num. 2. verſ. item eſt & alia
executio de re jud. & ibi Can.* ac cauſa appel-
lationis ab executoribus interpoſita, quæ
non operatur effectum ſuſpenſivum, com-
mittitur, cum clauſula ſine retardatione
executionis litterarum Apoſtolicarum,
per quam cenſetur reſervata executio ju-
dici à quo, & executori, quatenus de
jure ſit locus executioni, & executio ri-
te, & recte fiat, alias judex appella-
tionis poteſt per viam attentati, & per viam
manutentionis revocare executionem fa-
ctam à judice à quo, & executore, *l. 4. §. con-
demnatum ff. de re jud. l. non putavit §. non qua-
vis ff. de bon. poſſ. cont. tab. l. filium §. ſi quis ff. de
leg. præſt. Iaſ. in l. cauſas num. 7. & 8. C. de tran-
ſact. & ibi DD. Creſc. deciſ. 1. de reſcript. Garc.
de benef. par. 1. cap. 5. § 4. num. 573. & ſeqq.
Gonz. ſuper reg. de menſ. & alt. gloſſ. 9. §. 1. tit.
annot. cont. null. & attent. numer. 220. & ſeq.
Greg. 15. deciſ. 91. numer. 10. & 11. & ibi la-
te annot.* Capitulum quod nititur provi-
ſum à poſſeſſione vigore ſtatuti repellere,
debet probare in repulſo deeſſe qualitates
requiſitas à ſtatuto, quia proviſus habet
fundatam intentionem in bullis, *Rot. diverſ.
dec. 176. num. 1. & 5. par. 1. Greg. xv. dec. 455.*
& an expenſæ litis deſumi debeant ex maſſa
capitulari, *vide gloſſ primam, & Pan. in c. cum
inter el. 3. ſub num. 6. verſ. & nota bene, gloſſ.
& Can. de elect. c. ut præterita, de elect. Greg.
xv. deciſ. 263. & ibi annot. c. cum pro cauſa, &
ibi Can. de elect.* Quod ſi injuſte canonico
fuit negata poſſeſſio, debet haberi pro ad-
miſſo ad effectum gaudendi prærogativis,
& emolumentis aliorum canonicorum, *l. ſi
cum ipſa ff. de excuſ. tut. l. intra utile & ibi Bald.
in 2. not. & DD. ff. de minor. 25. an. Gonz. ſuper
reg. de menſ. & alter. §. 3. procem. num. 23. &
38. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 341. & ibi annot.*
Collatio facta † per epiſcopum probatur 38
per litteras epiſcopi ſigillo ſigillatas ſine ta-
bellione, & teſtibus, eſt enim authenticum
ſigillum, c 2. *& ibi gloſ. fin. c. cum dilectus de fid.
inſtr. c. poſt ceſſionem de probat. dictum eſt ſupra
titul. de fid. inſtr. Rot. deciſ. 16. de prob. in antiq.
& deciſ. 1. eod. in nov. in princ. c. ſi canonici de
off. ord. in 6. & ibi gl. & DD.* inferiorum quo-
que collatorum proviſiones probantur per
litteras eorum ſigillo munitas: c. *poſt ceſſio-
nem, & ibi gloſſ 1. in fin. de probat. Archid. in c. ſi
à ſubdelegati de off. deleg. in 6. in princ.* ſed ex
Stylo † Rotæ fidem contra Apoſtolicos im- 39
petrantes non faciunt, abſque Notarii, & te-
ſtium ſubſcriptione, *Rot. deciſ. 17. de probat.
in antiq. & d. dec. 1. num. 2. eod. in nov. c. pla-
cuit 6. quæſt. 2. in rubr. & nigr. C. ne quis in ſua
cauſ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cauſ.jud. vel jus ſibi dicat. c. ſi teſtes §. nullus 4.
q.2. & 3. Franc. Aret. in c. poſt ceßionem nu.46.
& ſeq. de probat. idem obtinet in quocumq;
alio collatore etiam Cardinalatus honore
fulgente, Achil. dec. 8. de probat. atteſtans de
extenſione Rotæ c. quod ſuper his de fid. inſtr. ac
nuncio Apoſtolico, Rot. dec. 10. de probat. in
nov. atteſtans de Stylo Curiæ: in rub. & nig. C.
ne quis in ſua cauſ. jud. ac etiam legato à late-
re, Achil. deciſ. 7. de prob. atteſtans de extenſione
Rotæ, c. ſi teſtes §. item nullus 4. q. 3. & ibi poſt gl.
Can. late Garc. de benef. par. 8. c. 4. num. xj. &
ſeqq. & num. 28. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. de
menſ. & altern. §. 3. proœm. num. 147. ubi am-
pliat ſex modis, & limitat quinque modis, & nu.
52. & ſeqq. Ratio Styli eſt præſumpta fraus,
& calumnia non ſolum in antidatione, ſed
etiam in clauſulis per quas auferri poſſet
beneficium proviſo Apoſtolico, Achill. d. de-
ciſ. 7. Rot. d. deciſ. 1. & 10. de probat. in nov. Rip.
in l. admonendi num. 141. de jurejur. Cravet.
conſ. 171. num. 7. Franc. Aret. in d. c. poſt ceßio-
nem num. 9. in fin. & ibi Can. poſt gloſſ. de prob.
Excluditur dicta præſumptio calumniæ per
aliam proviſionem eiuſdem diei ſubſcri-
ptam à Notario, & teſtibus, Mohed. deciſ. 2.
de off. deleg. l. ſi quis ex argentariis §. ſi initium,
& ibi Bald. notat, & DD. ff. de eden. l. cum pater
§. cum imperfecta ff. deleg. 2. quia plures colla-
tiones ſub eadem data ab eodem collatore
uni fieri poſſunt de eodem beneficio, & u-
na corroboratur, & declaratur per aliam, ac
clauſulas in ea poſitas, Rot. dec. 59. in fin. &
dec. 63. de reſcript. in antiq. dictum eſt ſupra hoc
tit. in princ. l. habebat ff. de inſtit. act. l. Aurelius
§. fin. ff. delib. legat. Præterea ceſſat timor an-
tidationis, ſi poſt primas litteras proviſio-
nis, ille cui erat proviſum, reſignaſſet, & de
conſenſu reſignantis conſtet per duos te-
ſtes, Achill. d. deciſ. 8. in fin. l. cum poſt ff. de jur.
dot. Bald. in l. multum intereſt num. 5. in fin. &
num. 6. C. ſi quis alteri &c. ac quando provi-
ſus ab Ordinario fatetur proviſionem Apo-
ſtolicam eſſe anteriorem, ſed dicit invali-
dam ex eo, quod cum Papa Ordinario in-
dultum conceſſiſſet, ſibimet manus ligavit,
tunc enim cum conferre beneficia ſpectet
ad ordinarium, creditur eius litteris cum ſo-
lo eius ſigillo, Navar. conſ. 1. de fid. inſtr. Milis
in repert. verſ. litteris epiſcopi Garc. de benef.
par. 8. c. 4. num. 24. & ſeqq. Collator † qui 40
ſcienter alicui ignoranti confert beneficiū,
quod de jure non potuit aſſignare, tenetur
beneficio evicto, ei aliud conſimile confer-
re, c. inter cætera hoc tit. & ibi gl. fin. Panor. n.
9. & DD. c. præſentium 7. q. 1. & ibi gloſſ. fin. &
Can. ne beneficium illi fraudulenter viſus
ſit aſſignaſſe: l. Ariſt. §. fin. ff. de donat. ſi uter-
que aut is, cui beneficium collatum eſt, ſci-
vit beneficium eſſe alienum, nulla compe-
tit ei actio, quia contrahens mala fide non
habet regreſſum ad evictionem, §. loca In-
ſtit. de empt. & vend. c. de jure & ibi gloſ. fin. de
Iurepatr. Indigno † conferens ignoranter 41
quando indignitas non privat ipſo jure, non
poteſt procedere ad ſecundam collatio-
nem, niſi prius reprobetur prima, ſub pœna
privationis facultatis conferendi prima vi-
ce: c. inter dilectos de exceſſ. præl. & ibi Pan. &
Can. ſi prima eſt nulla ipſo jure, is qui eam
fecit, ſecure poteſt procedere ad ſecundam,
niſi prima confirmata fuerit, aut aliud in-
tervenerit, quod vicem obtineat confirma-
tionis, ut inveſtitura beneficii, inductio in
poſſeſſionem, Hoſt. in d. c. inter dilectos ſub n.
13. in verb. præceſſerit, & num. 14. Anchar. nu.
13. & Can. quia juſte poſſidet, qui auctori-
tate ſuperioris poſſidet: l. juſte ff. de acquir.
poſ. cum vulgar. ſcienter indigno conferens
ipſo jure privatur poteſtate conferendi illa
vice, & ideo ſecundo conferre non poteſt,
c. cum in cunctis §. fin. c. cum Vintonienſis cap.

*ſcriptum in fin. de elect. c. licet c. fin. de ſuppl. negl. præl.*

Ea, de quibus fieri debet mentio in litteris ad beneficia, *poſt Rip. in c. ad aures à num. 12. uſque ad n. 34. de reſcript.* omiſſis generalibus, traditis *in tit. de reſcript.* paucis & ſigillatim attingam.

42 Valor fructuum † annuus beneficii obtenti, aut impetrandi, de jure communi nō eſt exprimendus, *gloſſ. in clem. 1. in verb. vel alteri hoc titul. & ibi Can. c. ad aures, & ibi Panor. ſub num. 4. verſ. de quantitate, & Felin. ſub num. 4. verſ. 1. concluſio de reſcript.* quia beneficium debet principaliter conferri propter ſpiritualia, ideo expreſſio falſi valoris non vitiat impetrationem factam ab ordinario, *arg. clem. 2. de off. ord. Felin. in d. c. ad aures n. 15.* quia non ſolent, quæ abundant, vitiare: *l. non ſolent ff. de regul. jur. l. uſuras l. placuit ff. de uſur.* tum quia Ordinarii naturales, & Originarii, ut Epiſcopus, & Archiepiſcopus &c. *Put. dec. 293. lib. 1. ſub num. 2. Zab. in clem. 2. de off. ord. ſub numer. 13. verſ. & per hoc habes ſingulariter notare*, ſemper videntur providere motu proprio, & ipſi provident eccleſiis, *gl. in c. fin. in verb. mentio de off. leg. in 6. Zab. in d. clem. 2. num. 13. de off. ord. c. ſi poſtquam h. tit. in 6. & ibi Canon. Rebuff. ſuper concord. in for. mand. apoſt. in 29. effectu, verſ. imo iſta clauſula magis convenit ordinariis*, Per regulam 54. Cancellariæ valor eſt exprimendus in impetrationibus, quæ fiunt tam à ſummo Pontifice, ac etiam in gratiis, quę ab eo motu proprio emanare contigerit, quá à legato ſedis apoſtolicæ, *late Rot. diverſ. deciſ. 206. par. 1. Creſc. deciſ. 10. de reſcr. Franc. in c. fin. in ult. not. de off. leg. in 6. Vital. in clem. 2. nu. 20. & 21. de off. ordin. poſt gl. in verb. facta*, quorumcunque beneficiorum tam obtentorum, quam eorum, de quibus impetrantibus proviſum fuerit, vel conceſſum, aut mandatum provideri, alioquin gratiæ ſunt nullæ, etiamſi beneficium ſit minoris valoris, quam ſit dictum: *Felin. in c. ad aures nu. 13. verſ. decima concluſio de reſcript. & ibi DD. Anchar. in clem. unic. verſ. quinto oppono de conceſſ. præb. & ibi Canon.* Ratio eſt, quia Papa eiuſque legatus provident perſonis, & expreſſio veri valoris poſſet eos reddere difficiliores ad concedendum, cum adminiſtratio temporalium juxta qualitatem perſonarum ſit concedenda: *Pan. in d. c. ad aures ſub num. 4. & ibi Can. Cap. Tholoſ. qu. 436.* altera ratio eſt, ut excludatur fraus, quæ fieri poſſet circa ſolutionem annatæ, *Sarnen. in præf. reg. de exprim. val. ben. nu. 3. Creſc. deciſ. 10. de reſcript.* Limita primo, quia non habet locum in obtentis beneficiis, quæ impetrantes juxta ipſorum oblationes, aut alias dimittere tenentur, *Rot. dec. 20. hoc tit. in nov. Felin. in c. ad aures num. 10. & ibi Can. de reſcript.* Secundo in impetrationibus adminiſtrationum Capellaniarum, id eſt, certorum fructuum relictorum, pro dicendis miſſis, etiamſi id quod ſupereſt convertatur in utilitatem dictorum adminiſtratorum; aut hoſpitalium (niſi ſolvant annatā) *Rot. diverſ. dec. 182. par. 1. & dec. 264. par. 2. Felin. in c. ad aures in fin. & in c. in noſtra n. 10. in 1. coroll. de reſcr. Sarn. in reg. de val. expr. q. 4. Extravag. poſtulaſti verſ. porro hoc tit. in commun.* monaſteriorum monialium, *Sarn. in præf. reg. de exprim. Val. benef. num. 5.* canonicatuum, quorum annuus valor exprimitur ad viginti quatuor ducatos, quia eorum redditus cōſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quæ ſolvuntur ratione certi miniſterii perſonalis, *c. licet h. t. c. unico de cler. non reſid. in 6. & ibi Can. c. fin. §. in illis vero de conceſſ. præb. in 6.* & de eis non ſolvitur annata, ſed applicantur eccleſiæ, aut dantur deſervientibus pro abſentibus, *Caſſad. deciſ. 6. n. 6.*

*hoc*

*hoc tit. dictum eſt ſupra in tit. de cler. non reſid. in eccl. & c. Felin. in c. ad aures in 13. concluſ. & ibi Can. de reſcript.* Dicta regula de valore
inficit gratiam, non à die factæ impetratio-
nis, ſed à die quo litteræ fuerunt male ex-
peditæ, & non antea, ſtante clauſula ſolita
augendi, & minuendi, quæ eſt facultativa,
& reddit gratiam conditionalem, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. proviſiones verſ. Melchior & verſ. ſeqq. Rot. diverſ. deciſ. 417. & 418 par. 1. Put. deciſ. 94. lib. 3.* ſed dicta regula non inducit
vacationem beneficii, aut eius reſervatio-
nem, aut aliquam manuum appoſitionem,
*Rot. diverſ. deciſ. 419. par. 1. Panor. in c. inter dilectos num. 10. de exceſſ. prælat.* nec inhabi-
litat perſonam ad beneficium, cuius fal-
ſum valorem expreſſit, per gratiam novæ
proviſionis, aut aliam ſimilem, in qua nar-
ratur vitium primæ gratiæ, ſed non poterit
illud obtinere, vigore clauſularum poſitarũ
in prima gratia continente falſam expreſſi-
onem valoris, ſuper quibus ſecundas litte-
ras expedivit, quia ſecundæ literæ depen-
dent à primis, & hæc gratia, quæ ſumpta eſt
ex ventre primæ, eſt vitioſa ſicut prima, *Rot. diverſ. deciſ. 541 part. 3. lib. 3. Gonzal. in reg. de menſ. & altern. gloſſ. 15. §. 2. n 77. & ſeq.* Valor
43 beneficiorum conſiſtit † in fructibus, *l. ſed & ſi quid ff. de evict. l. pretia rerum in princ. & §. nonnullam ff. ad l falcid. & ibi DD. c. ſi pluribus & ibi poſt glo. in verb. maioris & Franc. & Can. hoc tit. in 6.* deductis expenſis pro eo-
rum recollectione factis, *l. fructus ff. ſol. matr. & ibi Bart. & DD. Felin. in cap. ad noſtram il. 1. poſt gloſſ. 1. num. 3. & 4. de jurejur. plures cumulans, & Can.* qui in portatis & libere, &
in abſentia à loco de tempore proviſionis,
*Felin. in c. ad aures num. 17. & ibi Rip. numer. 27. & ſeqq. & Can. de reſcript. Idem in c. eam te num. 22. de reſcript. Oldr. conſ. 58. Caput. deciſ. 330. part. 3. l. precia rerum §. fin ff. ad leg. falcid. c. cum cauſa de teſtib.* percipiuntur, *Put. deciſ. 455. lib. 2. num. 2. & 3. Staphyl. de litt. grat. tit. de form. expec. §. nova forma num. 44. & ſeqq. Oldr. conſ. 118. ex virtute gratia c. licet hoc tit. c. fin. §. in illis de conceſſ. præb. in 6.* non ſecun-
dum monetam conſuetam, & currentem in
loco beneficii, ſed in Curia, id eſt, quoad
valorem monetæ attenditur quanti duca-
tus de Camera valet in curia, non quanti
valerent illi redditus translati ad curiam,
quia non deducuntur cambia, *ut voluit gloſſ. in clem. 2. in verb. conſuetam, de decim. &c. Put. deciſ. 210. lib. 3. Achill. dec. 1. ſuper reg. de valor. expr. Cæſar dec. 7. num. 5. & ſeqq. hoc tit. Oldr. conſ. 168. Felin. in cap. ad aures ſub xj. concluſ. circa fin. de reſcript. & ibi Can. c. licet hoc tit. ibi, proventus ſuos,* Infertur, quod non com-
putantur in valore diſtributiones quotidia-
næ, *Anch. in clem. 1. num. 39. & ſeqq. de conceſſ. præb. Caſſad. deciſ. 6. num. 5. hoc tit. Rot. deciſ. 8. eod. in nov. & deciſ. 39. eod. in antiq. Greg. xv. deciſ. 540.* fructus quos lucrantur reſi-
dentes in civitate, tertia pars fructuum,
quæ per ſtatutum, vel conſuetudinem tol-
litur abſentibus, quia non debetur abſenti-
bus in portatis, & libere, *Put. d. deciſ. 455. in fin. juribus proxime allegatis,* licet compute-
tur in valore, quoad facultates conferendi
conceſſas nunciis, & nominationes univer-
ſitatum, *Rebuff. in prax. libr. 1. in 3. part. ſig. verb. necnon verus valor num. 7. in fin. & latius in tract. nominat. q. 9. n. 32. & 33. Greg. 15. deciſ 540. num. 4.* ac uniones, *c. expoſuiſti hoc tit. Felin. in c. ad aures num. 16. de reſcript.* &
diſpenſationes, *Rebuff. in prax. lib. 1. in 3. part. ſig. in verb. necnon verus valor numer. 7. plures citans, cap. poſtulaſti de reſcr. & ibi poſt gl. DD.* quia eſt de corpore beneficii, licet
per accidens abſentibus tollatur, *Caſ. deciſ. 7. & deciſ. 9. hoc titul. repetit. in 1. part. diverſ. deciſ. 335. & 402. Extravag. poſtulaſti*

verſ.

*verſ cæterum hoc tit. in communib.* anniverſaria ſive ſint voluntaria, ſive ab invito exigi poſſint, *Anch. in clem. 1. num. 41. in fin. de conceſſ. præb.* & incerta, c. *quoniam de vit. & honeſt. cler. Anch. in d. clem. 1. num. 42. de conceſſ. præb. Fel. in c. ad aures numer. 14. tertia decima concluſio & c. verſ. procedit iſta concluſ. etiam in mortuariis & c. de reſcript.* Hinc ex generali conſuetudine, & Stylo Curiæ fructus canonicatuum annui exprimuntur ad viginti quatuor ducatos, *Gomeſ. in reg de val. exprim. quæſt. 8. verſ. nec obſtat, quod fructus canonicatus ſint expreſſi Put. deciſ. 455. lib. 2.* Præterea deducuntur ex valore expenſæ pro uno clerico in parochiali eccleſia, c. *ut quiſque, de vit. & honeſt. cleric.* ſalaria cæterorum miniſtrorum, ubi eſſent neceſſarii duo clerici, vel tres, vel ulteriores presbyteri ultra rectorem, *Caſſad. deciſ. 19. hoc tit. l. ſubſignatum §. bona ff. de verb. ſign. l. mulier ff. de jur. dot. gl. fin. & ibi DD. in l. non amplius ff. de leg. 1.* omnes expenſæ, quæ fiunt in colligendis fructibus, *Bald. in l. 1. ſub num. 8. verſ. pone C. de fruct. & lit. expen. Paul. de Caſtr. in l. non amplius per illum tex. & ibi add. ff. de leg. 1. Mandoſ. in reg. 22. de union. & union. confir. q. 5.* omnia onera perpetua, & penſiones perpetuæ, *l. fructus eos ff. ſe l. matr. l. fundi Trebatiani ff. de uſ. & uſufr. leg. Felin. in d. c. ad aures verſ. duodecima concluſio Caput deciſ. 311. num. 3. par. 2. & deciſ 328. part. 3.* ſed non penſiones temporales, *Put. deciſ. 201. lib. 3. Belenc. poſt Ioan. Andr. de carit. ſubſid. q. 37. in fin. reprobata opinione ſig. de penſion. q. 89.* neque Salarium Vicarii, per quem rector deſeruit, c. *extirpandæ §. qui vero hoc titul.*

44 Probatio valoris † incumbit impetranti, etiamſi non negetur, *Rot. deciſ. 20. in princ. hoc tit. in novis.* quia eſt pars gratiæ, *Felin. in d. c. ad aures verſ. 3. concluſio, Rot. deciſ. 6. hoc tit. in antiq. Caſſad. deciſ. 20. num. 4. ſuper reg. Cancell.* de eodem anno factæ impetrationis, *Caſ. deciſ. 4. num. 3. de re jud. Caput. deciſ. 330. part. 3. l. cum actum, & ibi gl. fin ff. de neg geſt. l. matrem C. de probat. Clement. fin. & ibi gloſſ in verbo creatum de reſcript. Felin. d. c. ad aures num. 17. Oldrad. conſ. 58. & Conſ. 168.* quod ea quæ ſunt mutabilia curſu temporis, non præſumuntur eſſe in eodem ſtatu, *l. pretia §. fin ff ad leg. Falcid.* Secundum ſtylum Rotæ adhibetur diſtinctio juri communi conformis, an fuerit expreſſus per modum affirmativum, ſive aſcenſum, *l. 1. C. arb. tut. Auth. de juram. à mor. præſt. coll. 5. l. cum furti ff. de in litem jur. l. aſſeveratio C. de non numer. pecun.* an per modum negativum, vel non exceſſum, *d. l. aſſeveratio, & ibi gl. pen. & DD. l. actor C. de probat. l. cum in lege ff. de probat. Pan. in cap. ad aures ſub num. 4. verſ. hodie ita communiter de reſcript.* nam valor gratia narratus per non exceſſum non juſtificatur per teſtes deponentes per aſcenſum, quia ſtat ſimul, quod valor aſcendat ad ſummam expreſſam, & nihilominus non ſit verum, quod non excedat, *Iaſ. in l. ſi conſtante num. 121. & numer. 128. in fin. & 133. & ſeq. ff. ſolut. matr. Greg. 15. deciſ. 147. Rot. Farin. deciſ. 186. part. 1. & deciſ. 443. numer. 1. part. 2. Greg. 15. deciſ. 13. numer. 5. & deciſ 147.* & probatur per quinque annos ante, per quinque annos poſt impetrationem computato anno fertili cum ſterili, *Sarnen. in reg. de val. expr. quæſt. fin. d. l. pretia §. fin, & ibi Bar. & DD. l. in l. falcidia 4. §. fin ff. ad leg. Falcid.* Quem limita primo, quando poſt vacationem non datur quinquennium, quia tunc ſufficit probare de decem annis ante, computato anno fertili cum ſterili, & oneribus deductis communi æſtimatione valuiſſet tantum in portatis, *Achill. deciſ. 24. de probat. Rota diverſ. deciſ. 189. num. 4. part. 1. l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* & oportet quod teſtis reddat rationem

tionem ſui teſtimonii, etiamſi non interrogetur, alias non valebit dictum ſuum, quia valor non percipitur ſenſu corporeo, *Panor. in c. cum cauſa ſub. nu. 3 de teſtib. Caſſad. deciſ. 19. n. 3. ſuper reg. Cancell.* Secundo limita, quando adeſt aliquod augmentum extrinſecum, quia tunc ſufficit, quod tempore vacationis probetur, *l. ſed etſi quid ff. de evict. Achill. d. deciſ. 24. in fin. de prob. Felin. in c. eam te num. 22. de reſcript.* Limita tertio, quia Rotæ ſtylus antiquus eſt, ut expreſſio valoris minor ſexta parte quam debuerat, facta, valida habeatur, nec regulæ de valore ſit locus, quando Camera læditur ſolum in ſexta parte, quia ſexta pars dicitur parva quantitas, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. proviſiones verſ. Rotæ ſtylus, & verſ. ſeq. Bart. in l. ſi ſocietatem §. arbi-*
45 *trorum num. 25 ff. pro ſoc.* Valoris probatio † abſque oneribus eſt inſufficiens, *c. præſenti de off. ord. in 6. Rot. deciſ. 60. de conceſſ. præb. in antiq. & diverſ. deciſ. 381. in fin. part. 1. rejecta opinione Ripæ in l. 1. §. ſi hæres num. 29. ff. ad Trebell. Caput. deciſ. 328. num. 1. part. 3.* niſi quod dictum teſtis deponentis de certo valore annuo eccleſiæ parochialis intelligitur deductis oneribus, quæ de jure comuni competunt parocho, ut lampadis, & aliorum, & ſi dicat ſe neſcire onera, intelligitur præter iſta, *Rot. diverſ. deciſ. 293. ſub num. 2. & 3. par. 1. c. ut quiſque de vit. & honeſt. cleric. c. cum ſicut, & ibi gl. 1. & Can. de conſecrat. eccl. vel altar. c. 2. de ſuppl. neglig. præl. c. de Monachis hoc tit. Felin. in c. ad noſtram num. 3. & 4. de jurejur. Felin. in c. ad aures num. 12. concl. & c. cauſam quæ de reſcript. num. 7.* per attendamenta, ſive locationis valor non probatur, quia potuerunt fieri ex affectu, *Ruin. conſ. 35. num. 36. vol. 1. per not. à Bart. & DD. in l. 2. C. de reſcind. vend. Rot. Farin. deciſ. 186. nu. 4. & deciſ. 742. num. 4. parte 2. Ferret. conſ. 354. n. 16.* Quoad
46 effectum juſtificationis gratiæ, † ſufficit ſemiplena probatio valoris, *Rot. diverſ. deciſ. 436. num. 1. parte 1. & deciſ. 46. num. 5. part. 2. Mohed. deciſ. 3. de teſt. Cæſ. deciſ. 3. num. 7. de probat. Rip. in d. l. ſi conſtanter num. 17.* per unicum teſtem, *Cæſ. deciſ. 2. num. 1. de except. Ioannes Andreas in c. exceptionis de litiſcont. & ibi Can. & in c. infamibus de reg. jur. in 6.* per publicam vocem & famam, *Rot. div. deciſ. 293. part. 3. Bart. in l. minore §. plurium num. 30. ff. de quæſt. Franc. in c. dilecti 1. num. 6. & ſeqq. de appell. Caputaq. deciſ. 277. num. 7. par. 1. Put. deciſ. 26. lib. 1.* Sicut etiam ſummaria ſufficit probatio, per famam, aut reputationem, magiſterii, presbyteratus, & aliarum qualitatum expreſſarum, *Menoch. remed. ult. adipiſc. num. 44. Bellam. deciſ. 113. & ſeq. Ferret. conſ. 15. num. 3. & ſeqq. Caput. deciſ. 277. part. 1. Rota deciſ. 14. de probat. in antiquior. Greg. 15. deciſ. 35.* & ita intelligenda ſunt notata, *per Franc. poſt Ioan. Andr. in c. 1. n. 17. & Can. de litiſcont. in 6. Panorm. in c. dudum num. 6. 7. & 8. & Can. de præſumpt.* Ratio ſtyli eſt, quod bullæ apoſtolicæ habent executionem paratam inſtar inſtrumentorum, *& l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* implorato officio judicis, *Bald. in l. 2. nu. 65. C. de ſervit. & aq. Fab. in §. ſequens num. 1. inſtit. de interd. c. accedens §. 1. de accuſ. Panorm. in cap. paſtoralis num. 14. verſ. & ſcias de cauſ. poſſeſſ. & prop. cap. conſtitutis el. 2. §. pen. & fin. de appell. & ibi Pan. ſub num. 14. & 15. Franc. & Can. communiter Late Menoch. remedio ult. adipiſc. à num. 34. uſque ad fin.* circa valorem obtentorum ſufficit talis qualis probatio, *Card. Seraph. deciſ. 962. & deciſ. 1192. num. 2. Greg. 15. deciſ. 13. 78. 89. & deciſ.*
490. valor † vere & concludenter probari 47
debet, quando eſt expreſſus per modum conditionis, videlicet quatenus talis valoris exiſtat, *l. Lucius ff. de cond. & demonſt. & ibi Bart. Dec. in rub. decretal. de probat. numer. 153. & ſeqq. Rot. diverſ. deciſ. 381. numer. 1. part. 1.*

vel affirmative fuerit expreſſus, l. aſſeveratio, & ibi DD. C. de non num. pecun. Rot. Farin. deciſ. 444. parte 1. aut habeat directo probationem contrariam, videlicet atteſtationem ordinarii in collatione alteri facta, Rot. deciſ. 381. num. 7. part. 1. diverſ. c. ea naſcitur & ibi gl. in verbo debet, de his quæ fiunt à præl. Felin. in c. poſt ceſſionem num. 15. de probat. & ibi Can. aut poſſeſſor eſt amovendus à ſua poſſeſſione, Rota deciſ. 381. circa fin. Put. deciſ. 21. in fin. l. 1. c. licet Epiſcopus, & ibi poſt gl. in verbo te non vocato Can. hoc tit. in 6. Ioannes Andreas in c. cum noſtris ſub num 16. de conceſſ. præb. c. olim, & ibi Can. de reſcript. Sive exadverſo impugnatur valor per impetrantem expreſſus de exceſſu, Clem. conſtitutionem, & ibi gl. in verbo opponentis, & Zab. in 8. quæſt. & Can. de elect. Caput deciſ. 280. parte 2. per l. final. C. de probat. Excuſant à mala fructuum expreſſione, hæc tria, arrendamenta præcedentia, impetrationes prædeceſſorum, & publica fama, quod beneficium tantum valeat, Puteus deciſ. 134. libro 1. Caſſad. ſuper reg. Cancell. deciſ. 19. & 20. n. 5. Sarnen. in reg. de val. exprim. quæſt. xj. item valor expreſſus juxta taxam Cameræ, Sarn. in reg. de val. expr. quæſt. 10. Caſſ. ſuper reg. Cancell. dec. 19. ac expreſſio valoris ad taxationem decimæ, etiamſi ad duplum valoris expreſſi aſcenderet beneficium, Achill. deciſ. 2. ſuper reg. Cancell. de val. Staphyl. de lit. grat. in 9. for. expect. in fin. l. fin. C. de alluvion. & c. c. cum. M. de conſt. Præterea poteſt juſtificari ex deductis, vel deducendis in ſecunda inſtantia, quando in prima inſtantia non fuit ſufficienter probatus, Caput. deciſ 332. par. 3. l. eos qui 1. §. ſi quid autem, & l. in afferendis C. de appell. præterquam in juſtificatione cenſurarum, Caſ. deciſ. 8. h. tit. in fin. Panorm. in c. prudentiam n. 6. de off. de leg.

48 Poſſeſſionis †illicitę præcedentis, ſive intruſionis debet fieri mentio, Felin. in c. poſtulaſti n. 14. & ſeq. & in c. in noſtra in 2. coroll. de reſcr. l. auctoritatem C. unde vi. l. 2. & ibi gloſſ. in verbo profeſſio & DD. C. de fund. ſalt. rei dom. l. 11. ac fructuum male perceptorum, c. dudũ el. 2. in prin. verſ. unde cum in eodem de elect. & ibi Panorm. n. 19 & Can. Heſt. in c. poſtulaſti ſub n 12. verſ. ſed etſi quis ſemel de reſc. late Garc. de beneſ. par. 11. c. 10. §. 3. a. n. 224. uſque ad fin. etiam modicorum, arg. c. ſi proponente de reſc. c. ſi motu proprio h. t. in 6 & ibi not. per DD. Bart. in l. ſi proprietarius n. 2. ff. de damn. infect. dicetur infra h. t. verſ. nova proviſio intruſus in beneficio dicitur ille, qui obtinet illud ſine auctoritate ejus, ad quem de jure ſpectat collatio, Pan. in c. quia diverſitatem in 2. not. de conceſſ. præb. cap. ex frequentibus de inſtit. in Gemin. in c. propter num. 4. ponens ſex modos intruſionis 19. diſt. Felin. in c. veniens, ponẽs octo modos in 2. not. de accuſ. & c. Rebuff. in add. in reg. Cancell. de ſubrog. collitig. in verbo dummodo præfatus collitigans inhabilitatus dumtaxat ad illud beneficium, cui ſe intruſit, & non ad alia beneficia, Rebuff. in add. in reg. Cancell. de ſubrog. collit. in verbo dummodo præfatus collitigans in fin. plures citans. intruſio vero laicalis inhabilitat conſentientem electioni de ſe factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis non ſolum ad illam, dignitatem, ſed etiam ad aliquam dignitatem, c. quiſquis de elect. c. ſi quis deinceps 16. quæſt. 7. Felin. in c. poſtulaſti ſub nu. 16. de reſcript. ſed non inhabilitat ad canonicatum, eccleſiam curatam, aut alia minora beneficia, Pan. in c. quiſquis numer. 2. & 3. de elect. & ibi Canon. Item intruſus eſt, qui primum incompatibile retinet poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis, c. dudum el. 2. in princ. verſ. in ſuo quoque ibi nullatenus pertinebat. Panormit. in 6. not. Butr. num. 13. & Can. de elect. quia dictio nullatenus importat nullitatem actus ipſo jure, gloſſ. in auth. ſi qua mulier, & ibi DD.

C. ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. ad Vellejanum habet vim decreti irritantis, Clem. 1. & ibi gloſſ. & Can. de ſeq. poſſ. & fruct. l. ſcriniarios, & ibi poſt gloſſ. Iaſ. num. 9. C. de milit. teſt. & operatur etiam reſpectu fructuum, Auth. de inceſt. nupt. in princ. & ibi gloſſ. in verbo imminere, & DD. Tiraq. in l. ſi unquam in verbo revertatur num. 268. & plurib. ſeqq. C. de reu. donat. d. c. dudum el. 2. in princ. verſ. & retinendo Pan. ibi in 5 not. Rot. deciſ 24. par. 2. diverſ.

49 Qualitatum beneficiorum, † quæ impetrantur, mentio non eſt neceſſaria in impetratione, quæ fit ab epiſcopo, quia ipſe præſumitur ſcire, Felin. in c. in noſtra in 29. coroll. de reſcript. in collatione, quæ fit à Capitulo, debet fieri mentio de cura, alias collatio eſt nulla, Puteus deciſ. 44. hoc tit. arg. c. annis ſingulis 18. diſt. c. Epiſcopum 10. quæſt. 1. c. Patriarchæ ſeſſ. 24. ac de cæteris qualitatibus, quia in illo ceſſat præſumptio ſcientiæ, cum ad illud non ſpectet viſitatio: idem obtinere puto in cæteris inferioribus collatoribus: In impetrationibus quæ fiunt à Papa, vel ejus legatis, Rot. diver. deciſ. 206. part. 1. Clem. 2. de off. ord. & ibi Zab. num. 10. & 13. & Can. communiter. debet impetrans facere mentionem de omni qualitate notabili obtinendorum, niſi tale ſit beneficium, quod de jure communi haberet illas qualitates, ut Archidiaconatus, c. ad hæc de off. Archid. Rot. deciſ. 13. hoc tit. in antiquioribus Rot. deciſ. 37. de reſcript in antiquiorib. cura, Felin. in c. in noſtra coroll. 10. de reſcript. Clem. 1 de præb. Dec. in c. ad aures num. 4. Rip. num. 19. de reſcr. Rot. deciſ. 1. num. 3. de off. archid in antiq. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern gl. 6 num. 3 etiam habitu tantum ob receſſum parochianorum, Ioan. Andr. in c. quia nonnulli nu. 5. de cler. non reſid. Staphyl. de lit. gr. tit. de ſtat. & qual. benef. §. circa ſecundam num. 2. & 3. c. cum in illis hoc tit. in 6. Puteus deciſ. 293. libro 1. Zab. in Clem. unica, quæſt. 21. de off. vicar. Gregor. xv. deciſ. 450. & ibi annot. num. xj. Vel quia ex ordinatione ſummi Pontificis, vel epiſcopi in eccleſia duæ ſunt perſonæ, unus Vicarius, & alter Prior, ita quod ipſe Vicarius curam haberet: Rot. faſtol. dub. 25. Vital. in Clem. 1. ſub n. 7. de off. vic. Zab. num. 10. in 9. quæſt. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 1. verſ. & vid. Card. in Conſ. 33. nam prior habet curam ſaltem habitu, ſi non actu, & cenſetur prælatus, c. expoſuiſti, & ibi gl. in verbo neceſſitas, & Can. h. t. c. extirpandæ in princ. eod. tit. & jurib. proxime alleg. reſidentia, dignitate, Panorm. in c. ad aures num. 3. de reſcript & ibid. Dec. num. 10 & ſeqq. ordine ſacerdotio, Gemin. in c. ei cui nu 5. & 6. hoc tit. in 6. Io. And. num. 1. Anchar. in 2. & 3. not. & Can. Rip. in c. ad jures n. 22. de reſcript. Rot. deciſ. 41. de reſer. in ant. licet contrariũ teneant DD. in d. c. ad aures num. 25. Garc. de benef. part. 7. c. 1. num. 45. electione, conventu, & aliis qualitatibus, quæ inſunt ipſi beneficio, c. cum olim de re jud. c. cum in illis hoc tit. in 6. Felin. in c. in noſtra num. 9. verſ. Theorica mentionum &c. de reſcript. Rot. deciſ. 41. eod. in antiquior. Menoch. de arbitrar. Caſ. 201 centur. 3. & niſi de illis fiat mentio, gratia eſt ſubreptitia, non attento, an Papa facilius, vel difficilius conceſſiſſet; Garc. de benef. p. 8. c. 3. num. 20. plures cumulans. Rot. deciſ. 32. num. 5. de reſcr. in nov. Caput. 310. num 3. part. 1. Felin. in c. poſtulaſti ſub num. 1. verſ. declara etiam notabiliter de reſcr. Felin. in c. in noſtra in 3. coroll. de reſcr. gl. in Clem. 1. de præb. & ibi Can. quo vero ad alias qualitates in jure non expreſſas pendet ex probabilibus conjecturis, an Papa facilius, vel difficilius conceſſiſſet, quæ ſunt probandæ, & attenditur communis ſtylus datariæ, & Cancellariæ, Felin. in c. ſuper literis num. 8 de reſcript Caſſad. deciſ. 12. num. 14. hoc tit. Greg. 15. deciſ. 150. num. 4. & ibi annot. Menoch. de arbit. Caſ. 201. numer. 24. & ſeqq.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Lap. alleg. 89. ſub num. 6. & ibi add.* Falſæ vero expreſſiones, quæ potuerunt movere Papam ad facilius concedendum, vitiant gratias, quia litteræ habent tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, *Rot. deciſ. 22. de reſcript. in nov. dixi ſupra tit. de reſcript. Garc. de benef. part. 6. c. 6. §. 2. n. 161. & 197.* & expreſſio, vel omiſſio tacendæ, vel exprimendæ qualitatis in dubio præſumitur doloſa, *Rot. deciſ. 4. num. 5. de reſcript. in antiq. Innocent. in c. dilectus 1. in gloſſ. ſuper verb. viribus de reſcript.* ratio eſt quia qualitatibus, vel ordinibus requiſitis, vel oneribus injunctis in erectione, ſeu fundatione; aut ex aliis conſtitutionibus, in beneficiorum collatione, ſeu alia quacumque diſpoſitione non poteſt derogari, aliterque facta proviſio ſubreptitia cenſetur, *cap. ratio ſeſſ. 25.* & nulla, *Mohed. deciſ. 7. numer. 4. de conceſſ. præb. Dictum eſt ſupra tit. de reſcript. in prin. c. ad aures c. conſtitutus c. ad audientiam el. 2. de reſcr. & ibi Canon.* Per regulam Cancellariæ. 57. debet fieri mentio, an ſint dignitates, perſonatus, vel officia, eiſque imminet cura animarum, & ad illa conſueverit quis per electionem aſſumi, alias gratiæ deſuper factæ ſunt nullæ, etiamſi ſint conceſſæ motu proprio; c. *cum in illis, c. is cui hoc tit. in 6. Panormit. in d. c. ad aures num. 5.* de jure communi non tenetur quis exprimere qualitates beneficiorum obtentorum, *Clem. 1. & ibi gl. in verbo vel alteri hoc tit. c. cum in illis hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 7 hoc tit. in nov.*

50 Affectionis, & † reſervationis beneficii debet fieri mentio, *Felin. in c. in noſtra ſub nu. 15. Quintum corollarium verſ. incidenter de reſcript. Caſſad. deciſ. 9. & Mohed. deciſ. 9. num. 3. hoc tit. Rot. deciſ. 30. eod. in ant.* de affectione dictum eſt ſupra hoc titulo in quinta diviſione beneficiorum; de reſervatione dicetur infra, *titul. de conceſſ. præbend. & eccleſ. non vacant.*

Vacationis modus † non eſt exprimendus, & nullo expreſſo, omnis vacationis modus comprehenditur: c. 2. *de renunc. in 6. gl. in clem. 1. in verb. quamvis hoc tit. Rot. deciſ. 11. eod. in nov. Fel. in c. in noſtra 37. Coroll. de reſcript. Io. Andr. Gemin. & Can. in c. ſuſceptum eod. in 6. Lap. alleg. 6. Garc. de benef. par. 11. cap. 1. numer. 3. & ſeqq. & per totum* hinc inolevit ſtylus, ut in reſignationibus beneficiorum apponatur clauſula præterquam per obitum; *Mand. de ſign. grat. tit. reſignationes, verſ. in ſupplicationib. &c.* quando unus modus vacandi exprimitur, alter non continetur; c. *ſuſceptum de reſcript. in 6. Pan. in d. c. ſuper literis num. 7. & ibi Felin. numer. 3. de reſcript.* niſi adjiciatur clauſula, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo &c, per quam venit omnis modus vacandi ex perſona expreſſa tantum, *Rot. deciſ. 14. de reſcript. in antiq. & deciſ. 1. num. 2. eod. in nov. gloſſ. in c. cupientes in princ. in verb. vacationibus de elect. in 6. gloſſ. in c. ſi propter in verb. vacabunt de reſcript. gl. in clem. 1. in verb. quemquam hoc tit. Lap. alleg. 6. num. 5. Franc. in c. ſuſceptum in 2. not. de reſcript. & ibi Can. Felin. in c. in noſtra Coroll. 37. de reſcript.* etſi adjecta ſit dictio, alias, vel alias quovis modo, tunc ea comprehendit vacationem ex alterius perſona, *l. denique § utrum ff. de pecul. leg. l. 1. illud tamen ff. de aq. quot. & æſt. Bart. in l. 1. numer. 12. ff. de cond. & demonſtr. Rot. deciſ. 52 de conceſſ. præb. in antiq. & diverſ. deciſ. 791. nu. 6. par. 1.* vel ſi adjecta ſit clauſula, ex alterius cuiuſcumque perſona, *Franc. in c. ſuſceptum numer. 8. 9. & & 10. de reſcript. in 6. Mohed. deciſ. 5. hoc titul. Mandoſ. in reg. 19. reſeruat. quæſt. 17.* etiam eam quæ contingit per privationem, *Mohed. deciſ. 2. de ſequeſt. poſſ. & fruct. Garc. de benef. par. 11. cap. 1.* 51

cap.1.num.32.& ſeqq.& §.1.numer.128. & ſeq. de præſenti, ac tempore datæ, non eam quæ poſtea in futurum occurrat, Sarn.in reg. de publ.reſig.quæſt.16, Pariſ.de reſig.lib.8.quæſt. 7.num.133.& ſeqq. juſtificata primo narrata, vacatione de facto, ut puta, quia ille, ex cuius perſona vacatio narrata fuit, habebat poſſeſſionem, vel aliquod jus in beneficio; Put.deciſ.390.lib.1.& deciſ.267.num.5.lib. 3.Par.de reſig.lib.10.quæſt.3.num.11.& 12.Add. ad deciſ. Rot.1.de reſcr.in nov. Garc. de benef. part.11.cap.1.num.36.& ſeqq. quia non probata narrata vacatione omnes generales clauſulæ acceſſoriæ, tanquam nullæ, nihil operantur, gl.in l. ſi patronus §. patroni in verb. faviana ff. ſi quid in fraud. patr. &c. c. ſignificantibus circa medium de off.deleg. Tiraq. de jur. conſtit.par.3.limit.7.numer.32.& ſeqq. 1. ſed dictæ clauſulæ ſe non extendunt ad reſervata beneficia, Pariſ.Conſ.138.num.11.& ſeqq. vol.4. Mandoſ.in reg.19.reſervat. quæſt.17.n.8. niſi fiat mentio reſervationis per hanc vel ſimilem clauſulam, etiamſi quovis modo generaliter, vel ſpecialiter ſit reſervata, & tunc venit omnis reſervatio, Rot.deciſ.17. de præb.in antiq.Garc.de benef.par.xj.c.1.nu. 26.& pluribus ſeqq. præter reſervationem, quæ inſurgit per obitum apud ſedem, quæ requirit ſpecialem mentionem, Franc. in c. 2.in fin.de præb.in 6.& ibi Can. Staphyl.in tra. de litt.grat.tit. de form. mand. de provid. in 1. form.num.11.in Aen.de falcon de reſerv. benef. off.36. neque includunt beneficium, quod vacavit in menſe reſervato, nulla facta expreſſione menſis, obſtante reg.9. reſervat. menſ. Pariſ.de reſig.lib.8.quæſt.7.nnm.144. & ſeqq.Put.dec.1.& 4.ſuper reg.de menſ. Garc. de benef.par.5.c.1.num.654.& 661.& ſeqq. Gonzal.ſuper reg.de menſ.& altern.gloſſ.32.n. 3.& num.26.& 32.per totum, Put.deciſ.165. lib,2. probatio vacationis in certo menſe ad effectum reſervationis, quia agitur de præjudicio ordinarii collatoris, & proviſi ab illo, debet eſſe plena, & concludens, Put.deciſ.265.lib.3.Ferret.conſ.2.numer.13.vol.1. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter.gl.11.n.98. & ſeqq.ubi limitat quatuor modis, quando vero intruſus non docet de titulo ordinarii, ſufficit probatio de publica voce, & fama, Greg.15.deciſ.394.n.6.& ibi annot.Gonz.in d. reg.de menſ & alter.gl.11.n.107.& ſeqq.plures deciſiones cumulans.

Penſionis, aut † fructuum reſervatorum, 52
ac quorumcumque redditum eccleſiaſticorum debet fieri mentio, Hoſt.in c. dudum el.2.ſub num.56. ſub verb.benef.de elect. aſſerens ſic judicatum, Hoſt.in c.poſtulaſti ſub num. 9.de reſcript. quando dantur in titulum, ita ut ſint beneficium eccleſiaſticum, c.conquerente & ibi Pan. in 1.not.per illum tex, de cler. non reſid.Rot.deciſ.39.de reſcript.in antiq. Gig. de penſ.q.70.verſ.4. limita Gonz.ſuper reg.de menſ.& alter gl.5.§.5.num.42. aliorum vero quæ moriente penſionario, aut reſervatario expirabunt, Rot.deciſ.xj.hoc tit. in antiquior.Gemin.in c.non poteſt ſub num.5.hoc tit. Gonzal.ſuper reg.de menſ.& alter gloſſ.5.§.5. num.15.& plurib.ſeqq. aut eorum, quæ dantur pro aliquo ſervitio, vel mercede laborum, etiam ſpiritualium, non debet fieri mentio, quia non dantur in titulum, ſed ſtipendium; Zab.in clem.2.numer.7.de off.ord. Felin. in cap. in noſtra in 1. coroll. de reſcript. Cald.conſ.6.eod.Greg.de penſ.quæſt.67. ideo magiſter ſcholarum non tenetur facere mentionem de redditibus eccleſiaſticis, quos habet in ſtipendium, c. quia nonnullis de magiſt. &c. & ibi Can. Gons. ſuper reg. de menſ.& alt.gloſſ.5.§.5.num.15.& ſeqq. nam huiuſmodi penſiones non inducunt incompatibilitatem aliquam cum beneficiis, Imol. in clem.grat.ſub num.20.& ibi Can. de

Eeee 3 reſcr.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*reſcr. Alph. Hoied. de benef. incomp. part. 2. c. 7. per tot Duen. reg. 71. in 5. limit. Cap. reg. 90. nu. 90.* etiamſi cōſiſtant ſub eodem tecto, *Greg. de penſion. quæſt. 32.* & in earum reſervatione quis non examinatur, nec in ea datur forma dignum, quia examen & forma dignum locum habent, quando beneficium confertur in titulum, *Hier. Paul. in prax. Cancell. tit. notabilia penſionum in princ.*

53 Obtentorum beneficiorum † mentio non eſt neceſſaria in impetratione beneficiorum à quocumque ordinario collatore vel eius delegato, ſive jure proprio, ſive devoluto conferat: *Clem. 2. de off. ord. & ibi gl. in verb. quibuslibet, & in verb. habentibus & Can.* ſed habetur diſtinctio, an is cui collatio facta fuit de jure communi, utrumq; retinere poſſit, vel diſpenſatio ſit neceſſaria, *c. quia in tantum c. præterea, c. cum ignores hoc tit.* Fallit in habente pluralitatem dignitatum, aut beneficiorum curatorum, etiam cum diſpenſatione ſufficienti, cui non poteſt aliud tale conferri, niſi diſpenſatio extendatur ad illud, vel prius habita reſignet, aliter facta collatio eſt nulla, non ex vi ſuſpenſionis, ſed cuiuſdã inhabilitatis, quam cauſat pluralitas plurium dignitatum & curatorum, *c. ordinarii §. in conferendis de off. ord. in 6. clem. ſi plures, & ibi gloſſ. in verb. vacare & Can. h. t.* In impetrationibus beneficiorum, quæ fiunt à ſede Apoſtolica, *cap. ſi motu proprio, verſ. ſecus h. t. in 6. late Hoſt. in c. poſtulaſti n. 9. & ſeq. de reſcr.* vel eius legato, *c. fin. de off. leg. in 6. in clem. 2. in prin. de off. ordin.* vel quocumque alio habente indultum conferendi ſuper inductum, *Rot. diverſ. deciſ. 530. part. 1. Zab. in clem. 2. n. 13. de off. ord. & ibi Can.* debent exprimi obtentæ, ac obtentorum qualitates, ſcilicet, dignitas, cura, reſidentia, electio, &c. quæ retrahere poſſent ſummum Pontificem, eiuſq; legatum ſpecialiter, *Anch. in clem. fin. n. 2. de off. ord.* etiamſi ſint beneficia incompatibilia, in quibus per adeptionem ſecundi vacat primum: *Pan. in d. c. ad aures n. 9. & ibi late Felin. n. 2. & 3. Ioan. Andr. in c. in noſtra n. 10. in gl. ſuper verb. expreſſam de reſcript. Rot. diverſ. deciſ. 650. n. 2. par. 1.* aliæ qualitates non ſunt exprimendæ, ut eſt iniuſta poſſeſſio obtentorum, niſi eſſet intruſus per potentiam laicalem, *Anch. in clem. ſi Romanus in fin. hoc tit. Cap. Tholoſ. dec. 484. & ibi Aufr. num. 3.* qualitas ſimilis beneficii ſub eodem tecto, *Mohed. deciſ. 14. hoc tit. c. litteras in fin. & ibi not. de conceſſ. præb.* item debet fieri mētio de litteris obtentis ad beneficia, *c. ad audientiam 2. & c. ſeq. de reſcript.* & de penſione annua ex illarum renunciatione obtenta, *d. c. ad audientiam el. 2.* Ratio diverſitatis fundatur in ignorantia, quam de beneficiis obtentis Papa & Legatus ipſius præſumuntur habere, *arg. c. 1. de conſtit. in 6.* In aliis autem inferioribus ordinariis præſumitur ſcientia propter præſentiam, converſationem, & viſitationem, merito ergo in illorum collatione ex taciturnitate obtentorũ, non cadit ſurreptio: *c. quoſdam c. quanto de præſumpt. arg. l. idem Vlpianus ff. de excuſ. tut.* præterea licet legati poteſtas reſpectu juriſdictionis ſit ordinaria, *c. 2. de off. leg. in 6.* tamen reſpectu collationis beneficiorum eſt extraordinaria, quia ex proprio officio legationis non venit poteſtas conferendi: hinc eſt, quod legati non Cardinales hanc poteſtatem non habent, ſed Cardinales legati habent ex ſpeciali privilegio, *c. 1. de off. leg. in 6.* ideo ipſorum collatio tanquam extraordinaria eſt ſuperinducta, & ordinariis collatoribus præiudicans, eſt reſtringenda: ordinariorum vero collatio ut naturalis, & favorabilis eſt amplianda, *gloſſ. pen. in d. clem. 2. de off. ord. & ibi Can. communiter*, Limita 1. quia taciturnitas, & ſuppreſſio obtentorum

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non vitiat gratiam factam motu proprio à ſummo Pontifice, *c. ſi motu proprio hoc tit. in 6. in princ. Felin. in c. ad aures ſub n. 7. verſ. ſecundus caſus de reſcript.* ſive eius legato, *Anch. in clem. 2. ſub n. 3. verſ quærit gl. & ibi Zab. nu. 3. Vital. num. 21. & Can. communiter.* quia motus proprius excuſat ab omni taciturnitate, quæ impetranti ſubreptionem, & obreptionem induceret, *Staph. in tract. de lit. grat. tit. de vi & off. clauſ §. ſubſequenter n. 19. Zab. in clem. ſi Romanus in 3. not. hoc t. Dec. in d. c. ad aures n. 29. & ſeqq.*

54 Litis debet † fieri mentio, *c. 1. & cap. fin. & ibi gl. fin. Panormit. n. 7. & Can. ut lit. pend. & c. c. fin. xj. q. 1. c. cauſam el 2. de teſt. cap. dudum de privil. Bald. in l. ſi quis ſub numer. 2. ff. ſi quis cautionibus &c.* cuius ſufficiens fit mentio per clauſulam, cuius litis ſtatum &c. *Gemin. conſ. 120. nu. 6. Achil. deciſ. 9. de reſcr. Greg. 15. deciſ. 2. nu. 6.* Item debet fieri mentio rei judicatæ ſpecifica, & individua, *l. 1. & l. fin. C. ut lit. pend. & c. c. fin & ibi gloſ. fin. ut lit. pend. l. fin C. ſent. reſc. non poſſ.* niſi res judicata fuerit deducta in controverſiam, quo caſu ſufficit mentio per dictam clauſulam, cuius litis ſtatum &c. *l. poſt rem ff. de tranſact. l. 1. C. de re jud. tot. tit. ſi ad rem jud. Add. ad dec. 2. Greg. 15. n. 18.*

55 Menſis † expreſſio non eſt neceſſaria in impetratione beneficiorum, quæ fit ab ordinariis collatoribus, quia ut ſupra dictum eſt, modus vacationis non eſt exprimendus: In impetratione, quæ fit à ſummo pontifice de beneficiis ſedi apoſtolicæ reſervatis non eſt neceſſaria menſis mentio, *Puteus deciſ. 4. ſuper reg. de menſe in fin. Mandoſ de ſign. grat. tit. proviſiones verſ. an autem in impetratione &c. Puteus deciſ. 25. lib. 3.* & ſolet in bullis apponi clauſula, dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *Simonet. de reſervat. quæſt. 61. n. 3.* niſi reſervatio inſurgat per obitum contingentem in menſe reſervato, quo caſu menſis exprimi debet diſpoſitive, ſtante regula de reſervatione menſium apoſtolicorum, *Mand. in tract de ſign. grat. tit. proviſiones, verſ. de præſenti menſe &c. & verſ ſi quæ vacent ad præſens &c. GonZal. ſuper reg de menſe & altern. gloſſ 32. per totam, ubi ampliat, & limitat. Garc. de benef. part. 5. c. 1. num. 654. & 661.* & in Germania ſtantibus concordatis, & ſolet apponi clauſula, dudum &c. & regula, aut concordata præfata præinſeri in principio bullæ proviſionis, & apponi ſupradicta clauſula, dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, *Simon. de reſervat. quæ. 61. numer. 3. Greg. 15. deciſ 314. & ibi late annot.* quæ collationem reſtringit ad reſervationem reſurgentem in menſe apoſtolico, cæteræq; clauſulæ generales, eo non probato, nihil operantur, cum limitata ſit proviſio, *l. ne in agris ff. de acquir. rer. domin. c. 1. de ſepult. facio Caſſad. deciſ. 5. hoc tit. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gl. 4. proœm. n. 80.* nec eadem collatio ſubſtineri poteſt jure preventionis, aut concurſus, propter verba, hac vice, quaſi dicat, hoc caſu, & ex prænarratis, *l. fideicommiſſum §. tractatum ibi hic ff. de jud. l. qui ſervum in princ. verſ. niſi quaſi defenſor, ibi hoc genere, & §. idem etſi ff. de interrog. act.* cum itaq; ad narrata inferatur, ſecundum illa debet intelligi cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcriptam ff. de cond. & demonſtr Bart. in l. ſi quis ſervum. verſ. ſed quæro teſtator ff. de legat. 2.* Quando beneficium vacat per obitum in menſe ordinariis collatoribus conceſſo, & Papa illud confert, nulla facienda eſt menſis mentio, & ſolet apponi clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum, *Sarnen. ſuper reg. de jur. quæſ. non toll. quæſt. 1. in princ. Caput. deciſ. 61. lib. 2. Bald. in l. fin. in 1. lect. n. xj. ff. de conſtit. Princip.*

*c. ex tenore de foro compet. in 6. §. quod autem de donat. int vir. & ux. Felin. in c. cauſam quæ num. 5. de reſcript. & ibi Can. Mandoſ. in reg. 17. quæſt. 2. c paſtoralis de privil. &c.* quia Papa etiam ceſſante negligentia concurrit cum ordinario, & quando concurrit cum ordinario, ſcit quod ei præiudicat, *c. per principalem c. juncta per mundum 9. quæſt. 3. cap. dudum, c. quamvis el. 2. hoc tit. in 6.* qualiter autem probetur obitus in menſe reſervato, *vid. Greg. xv. deciſ. 37. & deciſ. 103. num. 5. & 6.* aut vacatio per contractum matrimonii in menſe reſervato, *Greg. xv. deciſ. 359.*

56 Coloratæ † poſſeſſionis alterius debet fieri mentio, *c. cum noſtris de conceſſ. præb. Felin. in c. in noſtra in 36. coroll. de reſcript. ubi dicit, quæ ſit colorata detentio Franc. in c. licet Epiſcopus num 6. & ſeqq. hoc tit. in 6. Lap. alle. 16. Pan. in c. literas nu. 5. de conceſſ. præbend.* de ſtylo Curiæ ſuffi:it clauſula, amoto exinde quolibet illicito detentore, *Rot. deciſ. 38. & deciſ. 69. de reſcript. in antiquior. Zab. in Clem. 1. §. 1. in 4. not. hoc tit.* poſita in litteris proviſionum non executoriis, *Pan. in d. cum noſtris num. 21. & Can. Lap. alleg. 15. Felin. in c. in corrigendis ſub num. 7. de off. & pot. jud. ordin.* aut clauſula, vocatis vocandis, *Felin. in c. exhibita num. 4. in fin. de jud. & fuſius in c. in noſtra 36. coroll. in 1. not. de reſcript. Garc. de benef. part. 10. c. 1. num. 48. & ſeqq. ubi ſimiles clauſulas cumulat.* aut clauſula non obſtante collatione alteri facta, *Fel in c. cauſam quæ n. 19 in prin. & n. ſeqq. de reſcript. poſt Imol. & alios ibi allegatos.*

Titulus, & habilitates prædeceſſoris, quomodo ſint probandæ, dictum eſt ſupra, *tit. de cauſ. poſſeſſ. & propr. verſ. poſſeſſionis duodecim fructus &c. in quarto effectu.*

Impetrans dans cauſam nullitati, colla-
57 tionis, & proviſionis, † illam non poteſt al-
legare, *l. poſt mortem ff. de adopt. & ibi Bart. & Bald. l. per fundum in fin ff. de ſervit. ruſt. præd. & ibi gl & DD. l. cum profitearis C. de revoc. donat. l. ſi creditoribus C. de ſer. pig. dat. manum. Rot. deciſ. 8. de teſtam. in antiquioribus.* quia non eſt quis admittendus veniens contra ea, quæ fieri procuravit, *l. generaliter §. 1. C. de reb. cred. l. ſi mulieri ff. quod met. cauſ. Alber. in d. l poſt mortem num. 5. ff. de adopt. &c. Rot. deciſ. 17. de Iurepatr. in antiq.* Limita primo, ut regula procedat in obrepente, & falſum exprimente, ſed non in ſurrepente, & verum tacente, quia poteſt allegare ſurreptionem ſine turpitudine ex inadvertentia, vel ignorantia, *Rot. Biſign. deciſ. xj. de reſcript. c. ex tenore, & ibi gloſſ. in verbo negotio in fin. & Can. de reſcript. c. cum noſtris, & ibi poſt gloſſ. in verbo de facto Can. de conceſſ. præb. late Garc. de benef. part. 12. c. 2. à num. 12. uſque ad num. 37.* Secundo, ut procedat in faciente actum nullum, ſecus in conſentiente actui nullo, *l. ſi debitor §. 1. in fin. ff. quemad. pign. vel hypoth. ſolvitur.* puta penſioni nulliter reſervatæ, *Caſſad. deciſ. 4. & Achill. deciſ. 9 de penſ arg. d. l. debitor §. 1. in fin. & ibi not. per Bart. & DD.* Tertio, ut non procedat, quando ab alio deiecta eſt nullitas, *l. ante pen ff. de ſuſp. tut l. relegatorum in fin. ff. de interd. & releg. Bart. in l. jusjurandum. quod ex conventione §. Procurator num. 3. & 5. ff de jurejur. Felin. in c. lator ſub num. 1. verſ. eſt & alius caſus de re jud. ubi plures ponit, & limitat.* Quarto, in excipiente de nullitate ad evitandum damnum contra participem turpitudinis certantem de lucro captando, *l. viro, atque uxori ff ſol. matr. l. apud Celſum §. Marcellus ff. de dol. except. Bart. in d. l. iusiurandum quod ex conventione §. Procurator ſub num. 5. l. de tutela C. de in integr. reſtit.* Quinto, quando non poteſt argui dolus aptus alicui nocere, *l. damus, & ibi poſt gl. in verbo privatas DD. C. ad leg. Cornel. de falſis.* Sexto, quando gratiæ renunciavit, *l. alia C. de his*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debis quib. ut indign. Felin. in c. capitulum ſub num. 9. verſ. limita 4. de reſcript. Septimo, in gratia facta motu proprio etiam ſtante acceptatione, & approbatione gratiæ, Rot. diverſ. deciſ. 175. part. 1. Felin. in c. cauſam quæ el. 2. ſub num. 9. verſ. decimo tertio de teſtibus Bald. in l. quod favore ſub nu. 4. verſ. ad iſtud Contrarium C. de legibus Panormit. in c. accedentes nu. 10. de præſcript. Quia motus proprius tollit omnes defectus impetrationis, ut dictum eſt in verſ. obtentorum in fin.

58 Tertius modus proviſivus eſt, unio, † annexio, & incorporatio eccleſiarum, & beneficiorum, c. ſicut venire de exceſſ. præl. late Garc. de beneſ. par. 12. c. 2. per tot. quia videtur donatio, & eſt ſtricti juris, Rot. deciſ. 2. num. 2. & 3. de reb. eccl. non, alien. in antiq. arg. l. eum qui ff. de donat. & contra jus, quia quælibet eccleſia debet habere ſuum rectorem, c. cum non ignoras hoc tit. c. quia nonnulli de cler. non reſid. Cravet. conſ. 258. num. 10. Fit variis
59 modis † de eccleſia non vacante ſine præjudicio Rectoris & non vocato, Clem. 2. de reb. eccl. alien. vel non c. conſultationibus de donat. c. 1. 2. & 3. & fin. de conceſſ. præb. ac de eccleſia vacante abſque deputatione defenſoris, d. clem. 2. quia non agitur de alicujus præjudicio, & per unionem unius eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus eccleſiæ unitæ, nam debet in ea more ſolito deſerviri. Pan. in c. expoſuiſti num. 7. hoc tit. Quandoq; una eccleſia unitur alteri principaliter, ita ut neutra ſubjiciatur alteri, & utriuſque unus ſit rector; quo caſu utraq in ſuo ſtatu, & honore remanet, retinet ſua bona, jura; reddi-tus, fructus, & emolumenta, nec bona unius eccleſiæ tranſeunt in dominium alterius, c. & temporis qualitas 16. quæſt. 1. & ibi gloſſ. in verb. unire prope fin. verſ. 3. modo, & Archid. & Can. c. quia monaſterium de relig. domib. c. 1. & ibi gloſſ. in verb. uniendo in fin. verſ. tertio modo, & Can. ne ſed. vac. &c. Rot. diverſ. deciſ. 73. & 114. num. 5. & 6. part. 2. & in proviſione de utraque debet fieri mentio, Caccialup. de union. art. 8. num. 7. & 8. Petr. de Peruſ. de union. eccleſ. c. 9. Franc. in c. ſuper eo num. 3. in fin. Gemin. ſub num. 4. hoc tit. in 6. Prob. ad Monach. num. 6. & 7. Anchar. in c. acceſſorium num. 2. in princ. de reg. jur. in 6. quia eccleſia, quæ unitur, non tranſit in proprietatem eccleſiæ, cui fit unio: Petr de Peruſ. de union. c. 2. num. 11. faciunt notata per Bart. & DD. in l. ſi convenerit l. 2 §. ſi nuda ff. de pign. act. late Garc. de beneſ. part. 12. c. 2. à num. 37. uſque ad § primum. Canonicum præſumitur unitus dignitati ejuſdem eccleſiæ æque principaliter. c. eam te in fin. ibi Archid. & Canon. de reſcr. c. cum inter el. 2. ibi Decanus, & alij Canonici de elect. c. cum Marthæ, & ibi Pan. num. 3. de celeb. miſſ. c. quia ſæpe hoc tit. in 6. Io. fab. in §. ſi quis ancillas num. 4. inſtit. de legat. Garc. de beneſ. par. 12. c. 2. num. 57. Quandoque una eccleſia unitur alteri acceſſorie, & de acceſſoria uti pediſſequa non curatur, nec de ipſa expedit facere mentionem, quia perdidit ſolitum nomen, ut beneficium nominari non debeat; Rot. deciſ. 11. de reb. eccl. alien. in antiq. Oldr. conſ. 257. num. 15. Caſſad. deciſ. 13. n. 1. ſuper reg. Cancell. Caccialup. de union. art. 8. num. 8. Rot. deciſ. 199. num. 5. part. 2. in recent. privilegia, & ſtatuta, quæ cenſentur abolita, & regitur ſtatutis beneficii, cui facta eſt unio, c. recolentes, & ibi gl. fin. de ſtat. monach. Ferret. conſ. 242. n. 5. & pluri b ſeqq. Petr. de peruſ. de union. eccleſ. c. 1. n. 1. & 2. & c. 2. num. 18. & 19 per plura exempla late Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & altern. gl. 5. §. 7. in princ. per multa exempla Anchar. in c. acceſſorium num. 1. & 2. de reg. jur. in 6. & omnem honorem, c. 1. & ibi gl. in verb. uniendo in princ. ne ſede vacante &c. & Pan. & Can. gloſſ. in d. c. & temporis qualitas in verb. unire in princ. & ibi

Can. 16. quæſt. 1. c. unico verſ. fin. 10. quæſt. 3.
Rot. deciſ. 11. de reb. eccl. non alien. in antiq. &
tranſit in proprietatem eccleſiæ, cui fit u-
nio, Petr. de Perus. de union. c. 2. num. 11. c. gra-
tia, & ibi gloſſ. in verb. de jure teneri, & Can. de
reſcr. in 6. gloſ. in clem. per literas, in verb. eccle-
ſias, & Can. hoc tit. Rot. deciſ. 2. de reb. eccl. non
alien. in antiq. num. 5. Greg. 15. deciſ. 304. &
ibi annot. nec amplius vacare, aut impetrari
poteſt: Felin. in c. in noſtra ſub num. 23. in 27.
coroll. de reſcript. Gonzal. ſuper reg. de menſ. &
alter. gloſſ. 5. §. 7. num. 22. & ſeqq. Put. deciſ.
443. lib. 2. Greg. 15. deciſ. 112. & ibi annot.
Garc. de beneſ. par. 12. c. 2. num. 12. & ſeqq. id-
eoque conſtitutio de public. reſign. non
procedit in beneficiis unitis ex cauſa reſi-
gnationis in proprietatem: Garc. de beneſ. par.
12. c. 2. num. 12. in fin. & num. 13. & ſeqq. ali-
quando ut ex duabus una fiat; & animad-
vertendum eſt, utrum altera alteri, an ambæ
ſimul uniantur: primo caſu eccleſia, quæ u-
nitur, perdit ſua jura, & aſſumit naturam,
conſuetudinem, & privilegium eccleſiæ, cui
unitur. c. recolentes de ſtat. Monach. Secundo
caſu quando in ſimul uniuntur, tunc com-
municant ſibi potiora & humaniora privi-
legia: arg. c. non eſt culpandus 32. quæſt. 1. l. 2.
C. commun. de leg. & fideicom. l. unica in princ.
C. de rei uxor. act. gloſſ. in d. c. 1. in verb. uniendo
verſ. vel ſic poſſunt uniri, & ibi Pan. & Can. ne
ſede vacante &c. gl. in d. c. & temporis qualitas in
verb. unire, verſ. vel hoc modo poſſunt unire, & i-
bi Can. 16. quæſt. 1. utroque caſu ſtandum
eſt judicio majoris partis perſonarum hu-
juſmodi univerſitatis, & non habetur ratio
ſeparatorum corporum, etiam quod perſo-
næ unius eccleſiarum unitarum ſint paucio-
res, quam perſonæ alterius, ſecus quando
conveniunt duo collegia ſeparata, ut ſepara-
ta, quia requiritur major pars cujuslibet col-
legii. paſtoralis, & ibi Pan. n. 7. per illum text. de
reſcript. & Felin. n. 9. Felin. in c. cum omnes ſub
n. 18. verſ. 8. fallit, de conſtit. Rot. deciſ. 341. n.
1. par. 1. diverſ. Quæritur † an in eccleſia u- 60
nita deſerviendum ſit per Vicarium tempo-
ralem, aut perpetuum; in quo diſtinguen-
dum eſt; nam quandoque eccleſia unitur
capitulo, aut congregationi, c. conſultationi-
bus verſ. ſi religioſis de donat. vel eorum menſis
pleno jure quoad temporalia, & ſpiritualia,
& ſi ſit parochialis, tunc cura ſpectat ad
collegium ſimul collectum, non ſingulos,
Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb. capitulo de reb. eccl.
non alien. gloſſ. in clem. unica in verb. ad menſam
de exceſſ. præl. Io. Andr. in c. expoſuiſti num. 8.
& Hoſtien. in fin. hoc tit. exercitium curæ
principaliter reſidet in prælato capituli, &
congregationis, quam aſſumit ſimul cum
prælatura majori, & deſeruit per Vicarium
temporalem, gloſſ. in d. clem. unica in verb. ad
menſam & ibi Zabar. in verb. præſentatos quæſt.
4. Imol. in fin num. 16. vital. num. 83. Idem ju-
ris eſt in vicaria perpetua, aut parochiali ec-
cleſia ſimili modo unitis menſæ Capituli,
vel Abbatiali, vel abbatiſſatus, quia per
hanc unionem perpetuitas tranſit in tempo-
ralitatem, & cura reſidet in Abbate, vel Epi-
ſcopo, cujus menſæ eſt unita, & poteſt in ea
ponere Vicarium temporalem ad nutum a-
movibilem: Rot. deciſ. 2. de exceſſ. præl. in noviſſ.
clem. frequens, & ibi gloſſ. in verb. ad menſam de
exceſſ. præl. clē. 1. §. præmiſſa, & ibi poſt gl. in verb.
de menſ. de ſuppl. negl. prælat. Rot. deciſ. 1. de of-
fic. ord. in antiq. Abbatiſſa vero per Archidia-
conum inſtituet vicarium temporalem ca-
pacem illius poteſtatis, Rot. deciſ. 21. hoc tit.
in antiquioribus arg. c. dilecta. & ibi. Hoſt. de ma-
jor. & obed. c. cum & plantare §. in eccleſiis, &
ibi gloſſ. in verb. pleno jure, & Can. de privil.
Quando eccleſia unitur quoad temporalia
tantum menſis collegii, & recipit inſtitutio-
nem ſuperioris, quoad regimen eccleſiæ, vel
ſaltem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſaltem quoad curam populi, tunc vicarius perpetuus in ea inſtituitur ad præſentationem capituli, quia non eſt pleno jure ſubjecta, Imol. in clem. 1. ſub num. 16. de exceſſ. præl. & ibi Pan. num. 16. & 17. & DD. communiter. prævio examine, ſed non per concurſum: Garc. de benef. par. 9. c. 2. §. 1. num. 192. & ſeqq. dictum eſt fuſius ſupra tit. de officio vicarij. verum collegium bonorum eccleſiæ unitæ habet diſpoſitionem, & aſſignat vicario perpetuo congruam coram Diœceſano de proventibus eccleſiæ portionem intra certum terminum per diœceſanum præfigendum, quo elapſo poteſtas aſſignationis hujuſmodi devolvitur ad Diœceſanum, Clem. 1. de jurepatr. ac ipſe Vicarius de temporalibus collegio debet reſpondere, c. cum & plantare §. in eccleſiis de privil. c. in Lateranenſi hoc tit quod fundat intentionem ſuam ſuper primitiis, decimis, & aliis juribus eccleſiaſticis de jure communi, non autem ipſe Vicarius, cum certa portione debeat eſſe contentus: c. 1. hoc tit. in 6. d. clemen. 1 de jurepatron. perpetuus & ibi gloſſ. 1. de fid. inſtr. Creſc. deciſ. 2. de decim. cura autem animarum habitu eſt penes collegium, actu vero penes ipſum vicarium, c. avaritiæ c. de monachis c. in Lateranenſi hoc tit. Anchar. in clem. 1. num. 2. de jurepatr. Eadem ratione, quando eccleſia unitur dignitati, aut præbendæ cathedralis eccleſiæ quoad temporalia, c. expoſuiſti hoc tit. c. ſuper eod. in 6. tenetur obtinens dignitatem, vel præbendam hujuſmodi deſervire in parochiali eccleſia unita per Vicarium perpetuum canonice inſtituendum, qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ proventibus portioně, alioquin ea ipſo jure eſt privatus alteri libere conferenda, c. extirpandæ §. qui vero hoc tit. & Canonicus eſt Prælatus, & cura eſt penes utrumque: d. c. ſuper & hoc tit. in 6. Hoſt. in d. c. expoſuiſti in fin. & ibi Ioan. Andr. num. 8. c. 1. & 2. de off. Vic. c. epiſcopi §. quod ſi ſeſſ. 22. Si vero unio facta fuerit quoad temporalia, & ſpiritualia dignitati vel canonicatui, tunc obtinens dignitatem vel canonicatum deſerviet per Vicarium temporalem, etiam in parochiali eccleſia, quia habet eam pleno jure ſubjectam, & annexam ſuæ menſæ, Imol. in d. l. clem. 1. num. 16. in fin. Pan. num. 27. Anch. num. 16. & Can. & per mortem Vicarii in iſto caſu non vacat eccleſia, Clem. unica §. quidam etiam in princ. & ibi poſt gl. mag. Can. de exceſſ. præl. c. cum acceſſiſſent de conſtitut. Ex prædictis conſtat, quod vulgatæ regulæ, videlicet ſtatus collativus excludit unionem: ac modica ſolutio, ſive recognitio, quæ præſtatur à Vicario excludit unionem, Greg. 15. deciſ. 77. clem. 1. §. quidă etiam eccleſiaſticus de exceſſ. præl. clem. 1. & ibi gl. in verb. de menſ. & Vital. in §. præmiſſa num. 4. & Can. de ſuppl. negl. prælat. intelligendæ ſunt non de unione eccleſiarum parochialium, quoad temporalia tantum, quia illa admittit ſtatum collativum Vicarii perpetui, c. extirpandæ §. fin. hoc tit. & recognitionem præſtandam à Vicario, c. avaritiæ hoc tit. & ibi poſt gloſſ. fin. Doct. qui debet habere congruentem portionem de ipſius eccleſiæ proventibus in certa parte poſſeſſionum, gloſſ. in clem. 1. in verb. & in pœnam verſ. ſed in quo eſt hæc pœna, & ibi Anchar. ſub num. de jurepatr. c. de monachis, & ibi gloſſ fin. in fin. verſ. poteſt dici quod ubi hoc tit. gloſſ. in clem. 1. in verb. jus præſentandi approbata per Panorm. in 6. Vic. num. 16. de jurepatr. ſed de unione eccleſiarum, quæ fit ad menſam pleno jure quoad temporalia, & ſpiritualia, quia eccleſiæ ſic unitæ non vacant, ac omnes earum fructus pertinent ad obtinentes dignitates, vel canonicatus, quibus eccleſiæ pleno jure ſunt unitæ, de quorum manibus Vicarius in eis poſitus recipit

ſuſtentationem ſufficientem, & congruam, *gl. in d. clem. unica* §. *quidam etiam in verb. ad menſam de exceſſ. præb. gloſſ. fin. in fin. in d. c. de monachis verſ. in aliis vero caſibus, & ibi Ioann. Andr. nu. 9. hoc tit. & Can. Franc. Aret. conſ. 63.* Quando beneficia ſimplicia, ac alia, quam parochiales eccleſiæ uniuntur quoad temporalia tantum, tunc omnia bona temporalia in eccleſiam, capitulum, monaſterium, prælatorum, canonicatum, cui fit unio, transferuntur, ſuper quibus præfata obtinentes habent liberam adminiſtrationem, *Inn. in c. paſtoralis num. 1. de privil. & ibi Pan. num. 7. Socin. num. 4. Ferret. conſ. 242. num. 5. & ſeqq. Petr. de Vbald. de union. c. 2. num. 1. & plenius num. 22. Rot. diverſ. deciſ. 799. num. 1. par. 1.* ac ſolent in eis deputari Vicarii ad nutum amovibiles, & non perpetui, cum in parochialibus tantum deputentur perpetui, *Clem. unica & ibi poſt gloſſ. in verb. parochialium Can. de off. Vic.* In eccleſiis collegiatis unitis debent deputari clerici perpetui, *Innoc. in c. Lateranenſe ſub num. 1. verſ. ſi autem epiſcopus non dat jus patronatus hoc tit. Card. in c. de monachis q. 9. hoc titul. Rot. deciſ. 757 par. 1. diverſ.*

61 Vnit perpetuo ſummus † Pontifex epiſcopatus *c. ſicut unire de exceſſ. prxl.* ratione tenuitatis fructuum, habita relatione Concilii provincialis, *c. 13. ſeſſ. 24.* cæteraque beneficia ex legitimis, aut alias rationabilibus cauſis coram loci ordinario vocatis, quorũ intereſt, verificandis, *cap. uniones ſeſſ. 7. reg. Cancell. Apoſt. 22.* non tamen beneficia unius Diœceſis, etiam ſi curata, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut portiones præſtimoniales fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa perpetuo alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco etiam pio, ne una, ac eadem eccleſia duarum quodammodo diœceſum fiat; non ſine gravi eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint: *c. & quia jure ſeſſ. 14.* nec unit beneficia libera ad eccleſias juriſpatronatus etiam laicorum ſubjectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita ut præfata beneficia libera eiuſdem naturæ cum iis, quibuſcum uniuntur, efficiantur, atque ſub jurepatronatus conſtituantur: *c. ſicuti el 1. §. inſuper ſeſſ. 25.* Pro unione, & ſuppreſſione cujuslibet beneficii ſolvitur Domino Datario compoſitio, & quia amplius vacare non poteſt beneficium unitum, reſervatur etiam quidennium, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. uniones verſ. uniones perpetuæ, & verſ. idem ſit,* & ſemper dicitur gratia, quia in materia beneficiali non cadit contractus inter ſummum Pontificem, & ſubditum, *l. Titius puerum ff. de obſeq. à fil. & libr. patr. & matr. præſt. Bal. in l. ſi qui ſe patris num. 34. & ibi Add. in litt. M. C. unde liber. Put. deciſ. 50. in fin. lib. 1. Gonzal. ſuper reg. de menſ. & alter. gl. 28. num. 27.*
*& ſeqq.* Legatus à latere † unit beneficia, 62
quorum collatio, & diſpoſitio poteſt ad eum pertinere, quando alteri non fit præjudiciũ, quam beneficio uniendo, non requiſito conſenſu capituli cathedralis eccleſiæ, *Bellam. deciſ. 512. c. fin. de confir. ut il. vel inut. & ibi Can. Rot. deciſ. 1. per tot. num. 4. in addit. de off. leg. in nov.* Præterea epiſcopus unit ſine interpoſitione alicuius decreti, *Rot. dec. 2. ſub num. 17. de reb. eccl. non alien. in antiquior,* in ſua diœceſi, eiuſque Vicarius, quia unire eſt contentioſæ juriſdictionis, *Mohed. deciſ. 3. de off. Vic c. 1. de off. Vic. in 6. & ibi Franc. nu. 5. qui ponit regulam, eamque limitat ſex modis & Can. licet Garc. de benef. par. 12. cap. 2. §. 1. num. 69 aliter ſentiat,* de conſenſu capituli, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb, conſentiente &*

Can.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Can. de reb. eccl. alien. & c. Rot. faſtold. cauſ. 2. dub. 5. Garc. de benef. par. 12. c. 2. §. 2. à numer. 145. uſque ad num. 190. qui poteſt poſt unionem intervenire, eiuſque defectus ab alio, quam à capitulo non poteſt allegari, in cuius favorem fuit introducta ſolemnitas conſenſus, Rot. diverſ. deciſ. 133. num. 9. 10. & ſeq. par. 2. arg. eorum, quæ notat Inn. in c. 1. in princ. & Hoſt. & Ioan. And. in princ. de iis, quæ fi. à præl. & Can. Imol. in c. 1. num. 13. ne ſed. vac. Inſtit. de auct. tut. in fin. princ. & DD. nullo præcedente tractatu, Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in antiq. Clem. 2. de reb. eccl. non alien. in qua cavetur de conſenſu capituli, & non fit mentio de tractatu, niſi unio fiat extra diœceſim, Rot. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien. in antiquiorib. atteſtans olim ita ſervaſſe Rotam Clem. ſi una de reb. eccl. non alien. in qua non cavetur de tractatu, quæ ex decretis Concilii Tridentini prohibita eſt, ut dictum fuit, d. c. & quia ſeſſ. 14. aut fiat lectio, c. maioribus hoc tit. vocatis his quorum intereſt, Rot. diverſ. deciſ. 133. num. 14. par. 2. Anch. in d. clem. 2. numer. 12. & ibi Can. de reb. eccl. non alien. Garc. de benef. par. 12. c. 2. numer. 202. & ſeqq. uſque ad num. 223. prælato immediato ipſius beneficii, Clem. 1 §. adhæc de ſtat. Monach. Vital. in d. clem. 2. num. 21. & ſeqq. & Zab. in 3. oppoſ. capitulo, ſi uniatur eccleſia collegiata, Vital. in d. clem. 2. num. 25. poſt gl. in verb. vocatus, & Zab. in 5. notab. necnon patrono, Zab. in d. clem. 2. num. 17 & ibidem Imol. Roſ. faſtol. cauſ. 2. dub. 6. Covarr. pract. quæſt. c. 36. nu. xj. Caputaq. deciſ. 346. par. 3. ex cauſa utilitatis, vel neceſſitatis, non damnorum ab eo datorum: Rot. deciſ. 14. de reb. eccl. non alien. in antiq. arg. c. cum olim. el 2. §. tandem de privil. c. ſi epiſcopum 16. q. 6. l. ob dolum, vel culpam ff. quand. ex f. ct. tut. vel curat. ex diſpoſitione Concilii Tridentini etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus, quaſcumque eccleſias parochiales, & baptiſmales, & alia beneficia curata, vel non curata propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à jure permiſſis, cum curatis, etiamſi dictæ eccleſiæ, vel beneficia forent generaliter, vel ſpecialiter reſervata, vel affecta, c. 5. ſeſſ. 21. Garc. de benef. par. 12. c. 2. §. 1. num. 91. & 101. & ſeqq. non de tempore unionis, ſed quæ poſt unionem factam inciderunt in reſervationem forſan ex vacatione in menſe reſervato, quia epiſcopus beneficia reſervata de tempore faciendæ unionis non poteſt unire, ad evitandam fraudem, quæ fieri poſſet ſedi Apoſtolicæ, & multo minus quando reſervatio beneficii, eſſe perpetua, ut dignitatis maioris poſt Pontificalem ex concordatis Germaniæ, & regulis Cancellariæ, Garc. de benef. par. 12. c. 2. num. 91. & ſeqq. & num. 102. & 105. in terminis Conc. Trid. cap. 5. ſeſſ. 21. & c. 18. ſeſſ. 23. & c. 15. ſeſſ. 24. Greg. 15. deciſ. 419. & ibi add. ſub numer. 7. plures Rot. deciſ. cumulat. Item Epiſcopus † unit be- 63
neficia ſimplicia, non tamen regularia, non menſæ, Clem. fin. & ibi gloſſ. in verb. menſa & Can. de reb. eccl. non alien. Rot. dec. 3. de reb. eccl. non alien. in antiq. Rot. in collect. 1. Farin. dec. 565. par. 2. Gabr. conſ. 188. vol. 2. ſed diſtributive præbendis cathedralium, vel inſignium collegiatarum, cap. in eccleſiis ſeſſ. 24. adeo tenuibus ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ut ſuſtinendo decenti canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, d. c. in eccleſiis ſeſſ. 24. c. expoſuiſti, & ibi poſt gloſſ. Pan. & Can. hoc tit. Gonzal. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter gloſſ. 5. §. 7. num. 27. ac parochialibus eccleſiis, cap. quoniam pleraque §. in parochialibus ſeſſ 24. c. ut etiam ſeſſ. 21. nec non aliquot beneficia ſimplicia cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, ſeminario epiſcopali, cap. cum adoleſcentium, verſ. nec non beneficia ſeſſ. 23.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Garc. de beneſ. part.* 12. c. 2. §. 2. *num.* 190. *& ſeqq.* de conſilio quatuor deputatorum, duorum de capitulo, & duorum de clero; ac jure decretalium quaſcumque c. *ſicut unire de exc. præl. clem.* 2. *in princ. de reb. eccl. alien. &c.* eccleſias etiam ſæculares loco religioſo, *Anch. in d. clem.* 2. *num.* 4. *& in c. de monachis ſub num.* 15. *hoc tit. Zab. in d. c. ſicut q. fin. Rot. dec.* 2. *de off. ord. in antiq. Felin. in c. in noſtra num.* 42. *de reſcript.* exempto, *Zab. in clem. ſi una n.* 11. *de reb. eccl. alien. vel non Caccial de union. art.* 4 *ſub n.* 6. *verſ quarto quæro.* ac ſibi ſubdito: *Clem.* 1. §. *adhæc de ſtat. monach. Caccial. de union. art.* 4. *n.* 8. *verſ. quinto quæro, Garc. de beneſ. part.* 12. c. 2. §. 1. *nu.* 77. *& ſeqq.* quam generalem facultatẽ reſtrinxit Concilium Tridentinum & prohibuit eccleſias parochiales, aut aliquam partem fructuum earum, *Garc. de beneſ. part.* 12. c. 2. §. 1. *n.* 87. *&* 88. monaſteriis quibuſcumque, aut abbatiis, ſeu dignitatibus, ſive præbendis eccleſiæ cathedralis, vel collegiatæ, ſive aliis beneficiis ſimplicibus, aut hoſpitalibus, militiiſve uniri, & antea unitas juſſit revideri ab ordinariis, *d. c. quoniam pleraque* §. *in unionibus ſeſſ.* 24. Capitulum ſede vacante in poteſtate uniendi ſuccedit, *Caccial. de union. art.* 3. *q.* 6. *n.* 19. *Petr. de Peruſ. de union. eccl.* c. 4. *n.* 29. Inferior epiſcopo, etiamſi habeat facultatem conferendi, non poteſt uniones facere, niſi hoc ei competat ex privilegio, vel præſcriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo, vel habeat juriſdictionem quaſi epiſcopalem, *Clem.* 1. §. *adhæc, & ibi gl. in verb. ordinarios & Can. de ſtat. monach. Pan. in c. ſicut unire num.* 3. *& ibi Can. de exceſſ præl. Caccial. de union. art.* 3. *num.* 20. *verſ. ſeptimo quæro Petr. de Peruſ. de union. eccl.* c. 4. *nu.* 30. aut habeat ex conſuetudine juxta canones præſcripta, *Bellam. de permut. beneſ. par.* 1. *q.* 2. *n.* 9. *Garc. de beneſ. part.* 12. c. 2. § 1. *num.* 71. *& plurib. ſeqq.* Vnio Apoſtolica facta ex ex falſa cauſa eſt ipſo jure nulla, etiamſi facta ſit motu proprio: *Caſ. dec.* 1. *de union, & deciſ.* 8. *num.* 6. *de conceſſ. præb. atteſtans ita per c.* 6. *in fin. ſeſſ.* 7. *ſervare Rotam. Felin. in c. poſtulaſti num.* 3. *de reſcript. Garc. de beneſ. par.* 12. c. 2. §. 1. *num.* 115. *& ſeqq. Felin in c. ad aures ſub num.* 9. *verſ. bene facit de reſcr. Greg.* 15. *deciſ.* 450. facta ab ordinario ex falſa cauſa non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, *late Rot. deciſ.* 2. *&* 12. *de reb. eccl. non alien in antiq. & deciſ.* 2. *in antiquior. Rot. deciſ.* 1. *de exc. præl. in nov. arg. not. per gl. in ſumma* 12. *q.* 2. *inf. & in c ſine exceptione in verb. profuturum inf.* 12. *q.* 2. *licet Garc. de beneſ. par.* 12. c. 2. §. 1. *nu.* 118. *& ſeqq. aliter ſentiat.* Præterea unio facta per epiſcopum de conſenſu ſui capituli menſæ ſuæ epiſcopali, vel ipſi capitulo invalida eſt, etiamſi hoc habeat conſuetudo, de cuius initio non extat memoria, *Clem.* 2. *verſ. fin. de reb. eccl. alien. &c. & ibi gloſſ. fin.* quia non poſſunt auctoritatem præſtare in facto proprio: *c. fin. de inſtit. l.* 1. *& l. pupillus ff. de auct. tut.* facta vero ſingulari præbendæ majoris eccleſiæ, valet: nam hoc caſu capitulum non auctorizat in facto proprio, quia id quod eſt ſingulorum, non eſt collegii, *gl. in d. clem.* 2. *in verb. capitulo, & ibi Zab. in* §. *quod ſi epiſcopus in* 3. *oppoſ. & Can. communiter,* Eadem ratione valet unio facta per epiſcopum, de conſenſu capituli, præpoſituræ, cui incumbit onus providere Capitulo de victualibus, *Rot. deciſ.* 3. *de reb. eccl. non alien. &c. in antiq. clem.* 2. §. *fin ibi, vel ipſi capitulo de reb. eccleſ. non alien. licet aliter ſentire videatur Oldr. conſ.* 260. *&* 262. ac fabricæ, licet per eam capitulum eximatur ab oneribus Fabricæ, quia capitulum non poteſt in re propria principaliter auctorizare, ſed bene per conſequentiã, *l.* 1. *ff. de auct. tut. Rot. diverſ. deciſ.* 133. *part.* 2. *Rot. deciſ.* 1. *de Eccleſ. ædiſ. in antiq.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in antiq.* An credatur executori delegato, aut
ordinario in ipſa unione enuncianti adhi-
buiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates
requiſitas, & reperiſſe cauſas eſſe veras, *vide*
*Garc. de benef. part.* 12. c. 2. §. 1. *à num.* 121.
*uſque ad num.* 144. Vnio dat titulum co-
loratum, etiam quod opponatur beneficiũ
eſſe regulare, *Felin. in c. in noſtra n.* 44. *de re-*
*ſcript.* & allegetur revocatio unionis per re-
gulas Cancellariæ, nam Rota nunquam vo-
luit reſolvere, quod decretum in regulis
Cancellariæ inficiat poſſeſſionem, *Franc. in*
*c. nemo deinceps de elect. in* 6. *& ibi Ioan. Andr.*
*& Can. contrarium tenet Garc. de benef. part.*
4. *c.* 4. *n* 13. *Sarnen. in reg. de trien. quæ.* 5. *n.* 11.
*in fin.* quia eſt appoſitum ſuper incerto cor-
pore, *Achill. deciſ.* 8. *&* 13 *de reſtit. ſpoliat. atte-*
*ſtans de uſu Rotæ c. ſi is cui, & c. ſeq. hoc tit. in* 6.
*juncto c. fin. de conc. præb. in* 6. *& ibi Can.* unio
64 probatur † per inſtrumenta, *Cravett. conſ.*
258. *num.* 10. *&* 11. *Caſ. deciſ.* 16. *de præb.* teſtes,
& alias ſpecies probationis, *Caccial. de union.*
*art.* 7. ex verbis enunciativis plurimorum
inſtrumentorum antiquorum, *Put. dec.* 204.
*lib.* 2. *Caputaq. deciſ.* 344. *& deciſ.* 347. *part.* 3.
*Garc. de benef. part.* 12. *c.* 2. §. 3. *à n.* 248 *uſque*
*ad num.* 273. per confeſſionem partis con-
currentibus adminiculis, *Oldrad. conſ.* 296.
*n.* 4. *Caputaq. d. deciſ.* 344. *num.* 3. *& ſeqq. part.*
3. *Garc. de benef. part.* 12. *c.* 2. §. 3. *à num.* 273.
*uſque ad num.* 281. vel quadragenariam præ-
ſcriptionem cum titulo putativo, *Zab. in*
*Clem.* 1. *quæſt.* 20. *de ſuppl. neglig. Prælat. & ibi*
*Can. Petr. de Peruſ. de union. Eccleſ. c.* 4. *ſub nn.*
31. *verſ. juxta prædicta quæro. Felin. conſ.* 2.
Quando non allegatur verus, vel putativus
65 titulus, neceſſaria eſt præſcriptio † imme-
morabilis in probanda unione, *cap. dudum*
*verſ. & quod decretum hoc tit. in* 6. *& ibi gl. &*
*Can. Caſſad. deciſ.* 2. *de reſtit. ſpoliat. Puteus de-*
*ciſ.* 26. *nu.* 2. *lib.* 3. *Late Garc. de benef. part.* 12.
c. 2. §. 3. *à n.* 229. *ubi plures deciſiones allegat.*
*Greg.* 15. *deciſ.* 51. *& deciſ.* 196. *num.* 2. *& ibi*
*late annot.* ubi venit in controverſiam ipſa
unio, id eſt, an ſit unita, vel non unita eccle-
ſia: ſecus ſi controvertatur modus unio-
nis, & ipſa unio pro conſtanti, & indubitata
præſupponitur, & dubitatur ſolum, cui fa-
cta ſit ipſa unio; videlicet an eccleſia ſit uni-
ta hoſpitali, an hoſpitale eccleſiæ, quo caſu
cum conſtet de titulo, ſufficit quadragena-
ria præſcriptio, *Rot. deciſ.* 509. *n* 3. *part.* 1. *quæ*
*eſt Caſ. deciſ.* 16. *hoc tit. arg. not. per Bald. in l.*
*bonorum n.* 1. *&* 2. *C. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. & in*
*l. omnium num.* 1. *C. de teſt.* Vnio dicitur ſor-
tita effectum, quando eius vigore capta eſt
poſſeſſio, *Mandoſ. in reg.* 12. *reſervat. quæſt.* 5.
*n.* 4. *atteſtans ita ſervare Rot. Garc. de ben. p.* 12.
c. 2. §. 3 *à n.* 281. *uſque ad* 297. *ubi refert plures*
*deciſiones Rotæ.*

Vnionis factæ diſſolutio † non poteſt fie- 66
ri eccleſia vacante, c. 1. *ne ſed vac. gloſſ. in Clem.*
2. *in verbo defenſor & ibi Can. de reb. Eccleſ. non*
*alien.* quia diſſolutio unionis eſt alienatio, &
per eã diminuitur jus eccleſiæ, ideoq; in ea
requiritur Rectoris vocatio, cauſæ expreſ-
ſio, cauſæ veritas, tractatus, & aliæ ſolemni-
tates, de quibus in c. ſine exceptione 12. q.
2. & c. dudum de reb. eccleſ. non alien. in
6. *Rot. deciſ.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in nov.*
*Zab. in d. Clem.* 2. *in* 5. *oppoſ Garc. de benef. part.*
12. *c.* 2. §. 3. *n.* 297. *&* 307. *& ſeqq. Caccial. de*
*union. art.* 9. *Petr. de Peruſ. de revoc. unio. per* 7.
*cap.* quibus non adhibitis competit eccle-
ſiæ, cui unita fuerat, poſſeſſorium recupe-
randæ ad eccleſiam ſeparatam, *Rot. Farin.*
*deciſ.* 119. *num.* 11. *&* 12. *part.* 1. *Felin. in c. dile-*
*ctus el* 1. *ſub n.* 1. *verſ.* 2. *fallit de reſcript. Pan. in*
*c. conquerente numer.* 8. *de reſtit. ſpoliat. & ibi*
*Can. Caſ. deciſ.* 1. *num.* 4. *de conſtit.* diſſoluta u-
nione † perpetua datur beneficium novum, 67
& novus titulus, quia unio perpetua eſt ex-
tinctiva

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinctiva tituli tollens omnia vincula, ſicut mors omnia ſolvens: *late Caſſ. deciſ. 2. de union. Clem. fin. & ibi poſt gloſſ. in verbo creatum Pan. & Can. de reſcript.* unio vero ad vitam eſt palliato diſpenſatio, & ea diſſoluta beneficium vacat, ut prius: *Caſſad. d. deciſ. 2. Zab. in d. Clem. fin. num. 6. Caput. deciſ. 345. part. 2.* quod ſi aliqua unio declaratur nulla, non datur nova vacatio, ſed remanet prima, *Gonz. in reg. Canc. de menſ. & alter. gloſſ. 15. §. 2 numer. 79. Cardin. Seraph. deciſ. 1039. numer. 2.*

68 Diſmembratio eſt, † quando aliqua bona, fructus, ſeu redditus beneficii ab eo ſeparantur, & alteri applicantur, ideo quando fructus alicuius beneficii alteri uniuntur, remanente beneficio penes Rectorem, potius diſmembratio eſt, quam unio: *Rot. deciſ. unic. de his quæ fiunt à præl. &c. in nov. Rot. deciſ. unic. de reb. eccl. alien. vel non, in nov. Mandoſ. in reg. 22. reſervat. q. 13. num. 8. & 9. c. ad audientiam 1. de eccl. ædif. Lap. alleg. 66.* & licet unio totius eccleſiæ cum omnibus fructibus poſſit fieri Rectore non vocato, tamen diſmembratio partis ipſius non poteſt fieri, niſi ipſo vocato, aut ſi vacat, dato defenſore, *gloſſ. in clem. ſi una ſuper verb. defenſor de reb. eccl. non alien. & ibi Zabar. Anch. Pan. & Can. communiter.* Ratio eſt, quia eccleſiaſtica beneficia debent in ſua integritate remanere, & in ea requiruntur expreſſio cauſæ, eius veritas, tractatus, & omnes aliæ ſolemnitates juris requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ, quia diſmembratio alienatio eſt, *Rot. deciſ. unic de reb. eccl. non alien. in nov. Garc. de benef. part. 12. cap. 3. qui plures deciſiones Rotæ refert Guiliel. Redoan. de reb. eccl. alien. rubr. 1, c. 43. Greg. 15. deciſ. 504. num. 4. & ibi annot.*

69 Sectio, ſive diviſio † beneficii eſt, quando unum beneficium dividitur in duo, vel plura beneficia, ut ſint plures tituli, quæ jure canonico prohibita eſt, de qua dicetur infra tit. ut eccl. benef. ſin. dimin. confer. in princ.

Submiſſio, ſive ſubjectio † eccleſiæ, bo- 70
norum immobilium, vel jurium eius, alicui, alienatio eſt, quæ diſſimillima eſt ab unione, c. *Abbate de verb. ſignif. gloſſ. in Clem. 1. in verbo ad menſam de exceſſ. præl. & ibi Can. c. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. & ibi Anchar. in 2. not. c. præterea de pact. Redoan. de reb. eccl. non alien. rub. 1. c. 41.* quia ſubjiciens quaſi ad alium confitetur dominium pertinere directum, *l. 1 ff ſi ager. vectig. vel emphyt. petit. Redoan. de reb. eccleſ. non alien. rubr. 1. cap. 41.* vel profitetur eum ſuperiorem, *d. cap. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. d. c. præterea de pact. dictum eſt ſupra tit. de præb. §. quarta beneficiorum diviſſo.*

Quartus modus eſt commenda † ſive 71
gubernatio, quæ eſt commiſſio eccleſiæ alicui facta tribuens legitimam adminiſtrationem, c. *quia plures c. relatio 21. quæſt. 1. c. cum nobis olim verſ. fin. de elect.* & liberiorem, quam habet procurator, c. *obitum in fin. 61. diſt. Innocent. in c. ſi conſtiterit num. 4. de acc.* quia Commendatarius poteſt conferre, & præſentare clericum ordinandum ad titulum eccleſiæ ſubjectæ, *Gemin. in c. nemo deinceps num. 10. de elect. & ibi Can. in 6.* ſola
habet vim diſpenſationis, † ut alia opus nõ 72
ſit, c. *dudum el 2. § ſuggeſſit de elect. c. qui plures 21. quæſt. 1. Prob. ad Monach. in ca. ſuper eo num. 15. & 16 hoc tit. in 6. Garc. de benef. part. 4. c. 4. num. 20. & plurib. ſeqq.* ideo habens in commendam beneficium regulare, non poteſt cogi profiteri religionem: *Caſſad. deciſ. 32, num. 8. ſuper reg. Canc. Sarn. in reg. de infir. reſig. quæſt. 13. num. 7. verſ. præterea.* & obtinens in commendam beneficium ſeculare aut eccleſiam parochialem, non cogitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gitur in eo reſidere, ſed poteſt deſervire per
ſubſtitutum. Creſcent. deciſ. 13. hoc tit. Cathe-
73 drales eccleſiæ non dantur † in commen-
dam, ſed adminiſtrationem: Rot. diverſ. deciſ.
233. num. 20. & 217. num. 3. & 4. par. 1. dicens
pendere ex ſtylo, c. is cui de elect. in 6. & ibi Can.
cætera omnia beneficia dantur in com-
74 mendam. Conceditur † à ſummo Pontifice
in favorem perſonarum, & natura ejus pen-
det ex clauſulis, & tenore bullarum, æquipa-
ratur titulo, eſt perpetua, & irrevocabilis,
Prepoſ. in c. cum autem num. 6. diſt. 44. & in c.
ſi quis ſub num. 1. verſ. unde aliqui voluerunt di-
cere diſt. 58. Pan. in c. querelam num. 1. de elect.
Sarn. in reg. de trienn. quæſt. 5. num 20. & ſeqq.
Prob. ad Monach. in c. nemo. num. 13. & 20. &
ſeqq. de elect. in 6. qui explicat literas apoſtolicas
commendæ. Garc. de benef. par. 4. cap. 4. num.
48. & ſeqq. & part. 11. cap. 4. num. 12. & ſeqq.
75 Legato à latere, † qui poteſt beneficia ſuæ
provinciæ dare in commendam, quæ po-
teſt conferre, ut dictum eſt ſupra tit. de off. leg.
Franc. in d. c. nemo deinceps num 11. de elect.
in 6. & ibi Io. Andr. & Can. contrarium tenet
Garc. de benef. part. 4. c. 4. num. 13. Sarn. in reg.
de trien. quæſt. 5. num. xj. in fin. Idem in favo-
76 rem eccleſiarum ab epiſcopo † non inferio-
re Prælato, quia cum de jure quælibet ec-
cleſia debeat habere ſuum Prælatum, c. cum
non ignores hoc tit. late Franc. Marc. deciſ. 968.
part. 1. non poteſt fieri commenda eccleſiæ
ſine diſpenſatione, per quam ex cauſa jus
relaxatur, & cauſæ cognitione, c. diſpenſatio-
nes 1. quæſt. 7. vocatis patrono, & collatore,
aut aliis quorum intereſt, Innocent. in c. ſi con-
ſtiterit num. 2. de accuſat. Inferior Prælatus
ab epiſcopo diſpenſare non poteſt, niſi in
caſibus à jure expreſſis, ut dictum eſt ſupra
tit. de off. ordin. Franc. poſt Archid. in c. nemo
deinceps num. 8. de elect. in 6. & ibi Gemin. num.
77 14. Eſt duplex † temporalis & perpetua.
Summa in Decretal.

Temporalis fit de una parochial eccleſia,
quia duas commendatas habere non licet,
alicui conſtituto in ætate legitima, & ſacer-
dotio ex evidenti neceſſitate, vel utilitate i-
pſius eccleſiæ, quæ ultra ſemeſtris temporis,
à die conceſſionis in commendam, nume-
randi ſpatium, non durat aliter facta eſt i-
pſo jure nulla, c. nemo deinceps de elect. in 6. &
ibi glo. in verbo commendare & Canon. etſi com-
menda fuerit facta contra formam præſcri-
ptam, patronus, vel elector poſſunt interim
eligere, & præſentare, c. nemo in fin. & ibi
Gemin. ſub numer. 4. & 5. anchar. in ult. not. &
Can. alia beneficia, ac etiam parochialis col-
legiata, poſſunt perpetuo, ad tempus, vel
ad beneplacitum commendari, nec exigi-
tur ordo ſacerdotalis, c. qui plures 21. quæſt. 1.
Franc. in d. c. nemo deinceps num. 3. poſt Gemin.
& poſt clericus alterius diœceſis, commen-
dam ſine proprii prælati licentia recipere,
Hoſt. in c. dudum el. 2 ſub num. 55. verſ. ſed nun-
quid clericus de elect. Illud intereſt, quod
commenda conceſſa ad tempus, & ex cauſa,
non poteſt revocari, facta ſimpliciter revo-
catur, & deponitur ad libitum, Pan. in c. ſi
conſtiterit de accuſ. num. 12. poſt gloſſ. ibi Hoſtien.
in c. dudum el. 2. ſub num. 55. verſ. ſed nunquid
clericus de elect. Eccleſia commendata † non 78
vacat, quia commenda eſt titulus canoni-
cus, c. dudum el. 2. de elect. d. c. quo plures 21.
quæſt. 1. Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de union. de quo
in proviſione debet fieri mentio, quando eſt
perpetua, vel facta ſimpliciter, ſive ad tem-
pus incertũ, videlicet, donec aſſecutus fuerit
poſſeſſionem epiſcopatus, Rot. deciſ. 1. hoc
tit. in antiquioribus; quia titulus commen-
dæ eſt cauſatus ad acquiſitionem fructuum,
Anchar. in d. c. nemo deinceps numer. 3. verſ. i-
tem quæro, nec ſufficit clauſula, amoto quo-
libet detentore, Gemin. in d. c. nemo num. 10. in
fin. & ibi Canon. Put. deciſ. 14. hoc tit. diſtin-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guit in commenda temporali, an ſit cōceſſa alicui cum perceptione fructuum, quæ dat jus conſiderabile, habet vim tituli, & de ea debet fieri mentio, ideo conferri non poteſt, nec currit collatori tempus Lateranenſis Concilii, de quo *in c.2. de conceſſ. præben. Rot. deciſ.1. num.5. hoc tit. in antiquior. & melius deciſ.1. de conceſſ. præb. in antiq. gloſſ. fin. in d.c. nemo deinceps, & ibi Can.* niſi dicas vacare quoad quid, quia non habet ſponſum, ſive prælatum, *Gemin in d.c. nemo deinceps num.9.* ſecus quando eſſet conceſſa commenda contemplatione eccleſiæ, quia tunc eſt depoſitum, & de nullius præjudicio tractatur, *Put. deciſ.264 lib.2. Franc. in d.c. nemo num.7. in fin.* nec tollit vacationem, aut jus conferendi; *Ioan. Andr. in d.c. nemo num.2. in fi. & in gl. fin.* Commendatarius enim eſt cuſtos, nec in eccleſia jus habet, nec in fructibus, niſi ad colligendum, & gubernandum, & providendum ſibi, & miniſtris, & quod ſupereſt, deductis oneribus in utilitatem eccleſiæ convertendum, c. *obitum c. Caſtrenſi 61. diſt. Hoſt. in d.c. dudum el.2. de elect.* teneturque ad rationes, c. *placuit 10. qu. 3.* non poteſt reſignare in favorem, aut permutare, *Bellam. de permut. benef. part.3. quæſt.4. Panor. in c. cum olim numer.3. de rer. permut. Franc. Marc. deciſ.969. num.3. par.1.* Commenda non expirat morte commendantis, *glo. fin. in fin. in d.c nemo.* neque per mortem commendatarii eccleſia vacat, ſed vacat ut prius, *gloſſ. fin. & Franc. in d.c. nemo deinceps ſub num.4. & ibi Gemin. num.12. & 13. & Can. Mobed. deciſ.4. hoc tit. & deciſ.16, ante num. primum de cauſ. poſſ. & propr. Garc. de benef. par.4. cap.4. à num.60. uſque ad fin.* non cauſat execrabilitatem, *d.c. dudum el.2. d.c. qui plures 21. quæſt. 1,* etiam ea quæ conceditur à Papa, *Mobed. atteſtans de pract. Rot. dec 9. num.2. hoc tit.* quæ ex decretis Concilii Tridentini cauſat execrabilitatem, *cap. quicunque ſeſſ.7.* In ea locum non habet Extravag. *injunctæ de elect.* inter communes, quando poſſeſſio capta eſt abſque expeditione litterarum, qui in materia pœnali, & exorbitanti, diſpoſitio loquens de titulari, non habet locum in commenda, *Put. deciſ.325 libr.1. Extrav. injunctæ §. præſenti ponderando verba, alij cæteri de elect. in comm. Oldr. conſ.179. Sarn. in reg. de inf. reſig. q.13. n.6.*

V. Oeconomatus, † ſive conſtitutio 79
Oeconomi, quæ datur à ſummo Pontifice eccleſiæ Cathedrali vacanti, *c. obitum 61. diſt. c. qui vebria 12. q.1. c. vulterana 12. q.2.* Oeconomus litteris non expeditis poteſt exercere omnem juriſdictionem; ac conferre beneficia ſtante ſola ſignatura ſupplicationis, quia in œconomatu non eſt locus Extrav. injunctæ inter communes de elect. cum œconomus non dicatur titularis, & expreſſe in ſupplicatione deputatus poteſt exercere juriſdictionem litteris non præſentatis, prout cæteri executores in gratia nominati, licet ſecus ſit in executoribus, quorum nominatio dependet à Cancellaria, *Put. deciſ.274 lib.3. Fel. in rubr. de conſtit. num.5. & ibi Can.* expirat poteſtas ejus anno elapſo, *c. conſtitutum 7. q.1.* Regulariter datur ab epiſcopo † 80
appellatione remota in vacantibus eccleſiis, quando quæſtio eſt inter patronum laicum, & epiſcopum ſuper jure patronatus, aut ſuper præſentatione jam facta, vel ſuper idoneitate perſonæ præſentatæ, vel quando ex alia ſimili cauſa inſtitutio differtur, ac pendente controverſia œconomus beneficio deſeruit, fructus percipit, eoſque aut in eccleſiarum utilitatem expendit, aut futuris perſonis fideliter reſervat, c. *cum vos de off. ord. & ibi gl. & DD. c. hæc hujus placiti 12. qu.2.* quia patronus non ſe debet intromittere de rebus eccleſiæ, niſi quoad defenſionem: *c. decer-*

81 *decernimus*, c. *filiis* 16. *qu*. 7. durat † œconomatus uſque quo eccleſia fuerit ordinata, etiamſi ſex menſes excedat, *Franc. in d. c. nemo deinceps ſub num.* 2. non habet locum quando quæſtio eſt inter ipſos patronos laicos de jure patronatus, ita quod non apparet quis eorum ſit patronus: nam epiſcopus propter contentionem ipſorum non dimittet eccleſiam vacare, ſed expectabit per quatuor menſes, quibus elapſis ordinabit eccleſiam ſalvo jure vincentis: c. *quoniam in quibuſdam* c. *cum propter diſcordiam de jurepatr*. Secundo non habet locum in vacantibus eccleſiis, in quibus eccleſiaſtica perſona præſentationem habet, aut jus conferendi, quia ad eam ſpectat cuſtodia eccleſiæ vacantis, *d. c. cum vos de off. ordin. & ibi gloſſ. pen. in fin. & Pan. num.* 8. *& Can. c. fin. eod. in* 6. *Pan. in c. bonæ num.* 11. *&* 12. *de appell. Pan. in c. ad aures num.* 3. *de exceſſ. præl.* cum Rector inſtitutus teneatur ei reddere rationem adminiſtrationis temporalium, *cap. cum & plantare §. in eccleſiis de privil.*

82 VI. Ratio Coadjutoris, † de qua dicetur *in tit. de cler. ægrot. vel debilit.*

83 VII. Devolutio, † de qua dictum eſt *in titul. de ſuppl. negl. præl.*

84 VIII. Adminiſtratio, ſive procuratio † quæ eſt quædam palliata diſpenſatio, vel ut evitetur incompatibilitas ratione tituli, *l. querelam in pr. & ibi Pan. num.* 1. *de elect. Rot. diverſ. deciſ.* 217. *num.* 1. *part.* 1. vel cum exigit utilitas, vel neceſſitas eccleſiæ habere certam perſonam in prælatum, quæ tunc non eſt legitimæ ætatis, c. *cum nobis in fin. de elect. & ibi*
85 *Can.* Cathedralis eccleſia † committitur à ſolo ſummo Pontifice, c. *is cui de elect. in* 6. præterquam in caſu *cap. eccleſiæ Cathedrali de ſuppl. negl. præl. in* 6. *juncta ibi gloſſ. in verb. viſitator*, ejuſque poteſtas pendet ex clauſulis, & tenore bullarum, is cui plena, & libera adminiſtratio ejus eſt commiſſa in temporalibus, & ſpiritualibus alienatione bonorum immobilium dumtaxat excepta, poteſt libere omnia exercere, quæ juriſdictionis epiſcopalis exiſtunt, & quæ poteſt electus exequi confirmatus illa, quæ miniſterium conſecrationis expoſcunt, niſi fuerit epiſcopus, per alios facit epiſcopos expediri: *d. c. is cui & ibi gloſſ. & Can. c. fin. §. fin. de ſuppl. negl. præl. in* 6. *Franc. in c. cum ex eo ſub num.* 3. *de elect. in* 6. Abbas datus adminiſtrator eccleſiæ Cathedrali vacanti, poteſt conferre ſubditis illius eccleſiæ illos ordines; quos Abbates conferre poſſunt ſubditis ſuis, de quibus *in c. cum contingat, de ætat. & qualit. & c. & in c. quoniam* 69. *diſtinct.* quia cũ datio adminiſtrationis tribuit ſibi juriſdictionem concurrit utraque poteſtas requiſita ad collationem ordinum: *Felin. in cap. eum in te num.* 8. *de reſcript. Gemin. in c. is cui de elect. in* 6. *num.* 7. datus à Romano Pontifice beneficia ad epiſcopi collationem pertinentia conferre poteſt, quæ deputatus ab alio eo conferre non poteſt, *c fin. §. fin. de ſuppl. neglig. præl. in* 6. morte Papæ non expirat offic. ejus, quia habet ordinariã juriſdictionem: *c.* 2. *de off. leg. in* 6. *l. & quia ff. de juriſd. om. jud. gl. in d. c. is cui in verb. confirmatus.* Adminiſtratio data ad tempus certum, non dat ordinariã, ſed delegatã juriſdictionẽ, quando conceditur non habenti juriſdictionem, quia ſicut ordinarius non poteſt deputari ad certas cauſas, ita nec ad certum tempus, *Bald. in l.* 1. *qu.* 9. *ff. de off. conſul.* ſecus quando conceditur alteri epiſcopo, qui ut in ſua diœceſi ordinariam habet juriſdictionem, ita & in ea diœceſi, & eccleſia, in qua deputatus eſt adminiſtrator ordinariam exercet juriſdictionem, *Put. deciſ* 218. *lib.* 2. *gl. in c. is cui in verb. confirmatus & ibi Can. de elect. in* 6. *Zaſ. in repet. l. moræ num.* 7. *&* 20. *& ibi*

*Caccial. num.25.ff.de juriſd.omn.jud.* & pot-
eſt Vicarium generalem deputare ſine Pa-
pæ auctoritate, dummodo nó ex toto com-
mittat vices ſuas, *Pan.in c. clericos ſub num.2.*
*verſ.ſed obſtat præfatis &c. de off. Vic.Iaſ. in l. à*
*judice ſub num.7. verſ.2 fallit in deleg.C.de jud.*
*But.d.deciſ.218. verſ. 2. fuit dubitatum lib. 2.*
86 Cæterarum eccleſiarum † & beneficiorum
adminiſtratio committi poteſt per epiſco-
pum , ſive ſpectent ad collationem ſuam,
donec ipſe providerit, aut contulerit, c. *ne-*
*mo de elect, in 6, c.cum vos de off.ord.* ſive etiam
ſpectent ad collationem Papæ jure reſerva-
tionis, aut devolutionis, donec per Papam
fuerit proviſum, *arg. c. regenda 10.q.1. Pan.*
*in c. cum nobis ſub num.6. verſ.& idem puto de*
87 *elect.* præterea Capitulum † ſede vacante in
beneficiis ſpectantibus ad collationem epi-
ſcopi poteſt conſtituere adminiſtratorem,
donec fuerit illis proviſum per ſuperiorem,
*Io.And.in c. un.ne ſed.vac.& c.in 6.n.3.in verb.*
*intromittere, Pan. in d.c. cum nobis ſub n.6.*
88 Nonus modus providendi † eccleſiis præ-
cedenti non abſimilis eſt vicariatus, ſive vi-
89 ſitatio, quæ datur cathedrali † eccleſiæ de-
ſtitutæ, ſive vacanti, *cap. obitum c. catinen-*
*ſis, & cap.fin. 61. diſt. cap. conſtitutum 7.*
*quæſt. 1. cap. quoniam 12. quæſt.1.* uni
vel pluribus propinquis, *c.quoniam 12.qu.1.*
à ſolo Romano Pontifice, *c.fin. in princ. de*
*ſuppl.negl.præl. in 6.* quia adminiſtratio tem-
poralium & ſpiritualium ſede epiſcopali
vacante ſpectat ad capitulum, *c.ſi epiſcopus*
*de ſuppl.negl. præl. in 6. dicetur infra tit. ne ſed*
*vac.& c.aliq.in nov.* quam ſummus Pontifex
ex plenitudine poteſtatis capitulo auferre
poteſt, *c.propoſuit de conceſſ. præb.* non infe-
rior; afficit eccleſiam, ut illius electionem
non inferior, ſed Papa debeat confirmare,
ad quem electio celebrata cum decreto ele-
ctionis, & relatione viſitatoris mitti debet,
*Præpoſ. in c. catinenſis 6. diſt. Prob. ad Monach.*
*in c.fin.ſub num. 2. verſ.ſed de viſitatore.& nu.*
*3. & ſeq.de ſuppl. negl. præl. in 6.* Non tollit
† vacationem, neque impedit electionem, 90
*c.conſtitutum 7.quæſt.1.* ac vicarius, ſeu viſi-
tator datus poteſt eligi, *Franc.poſt Ioan.Andr.*
*in c. fin.ſub num. 3. de ſuppl. neglig.præl.in 6.*
*contra gloſſ.in præalleg. c.conſtitutum.* Archie-
piſcopus † ob negligentiam, vel malitiam 91
capituli circa adminiſtrationem in tempo-
ralibus, & ſpiritualibus, nulla præmiſſa mo-
nitione, eo vocato cauſæque ſuper hoc co-
gnitione præmiſſa, viſitatorem cathedrali
eccleſiæ vacanti deputat, *c.fin. in princ. in 2.*
*reſp.de ſuppl.neglig.præl.in 6. & ibi Franc. in 3.*
*not. & Can.* nam quando judici attribuitur
juriſdictio certo caſu limitato, debet primo
judex cognoſcere de qualitatibus transfe-
rentibus in eum juriſdictionem, *c.quamvis*
*c.provida de elect.in 6. Franc.in c. Romana ſub*
*num.1.de foro compet.in 6.* nec prodeſſet ca-
pitulo, ſi pœniteret, & vellet ſollicite & be-
ne adminiſtrare, cum jam jus ſit quæſitum
Archiepiſcopo, *Gemin in cap.fin. num. 8. de*
*ſuppl. negl.præl in 6. & ibi Can. communiter,*
ubi enim executio facta eſt ab homine, vel à
jure non admittitur purgatio moræ, *l.qui ob*
*rem ff. de cond.indeb. c. licet Canon. & ibi poſt*
*gloſſ.in verbo privatus Can.de elect.in 6.* Idem
obtinet in † legato à latere, qui in ſua pro- 92
vincia, poteſt idem quod Archiepiſcopus,
cum in provincia maius habeat imperium,
*c. ſi abbatem §.fin. de elect.in 6.* Vicarius, ſive
viſitator † etiam ab Archiepiſcopo datus 93
Cathedrali eccleſiæ vacanti cenſetur habere
ordinariam, *Mar.Socin.in c.qualiter & quan-*
*do el 2.numer. 179. de accuſat.* & legitimam
adminiſtrationem eo ipſo quod eſt datus, li-
cet hoc aliter non exprimatur, in conceſ-
ſionem Vicariatus ſive viſitationis, *c. fin. §.*
*fin. de ſuppl.negl.præl.in 6. & ibi Franc. in ult.*
*notab.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*notab.Gemin. num.* 10. *& Can.* &aliquando
exprimitur ad cautelam, *Ioan. Andr. in c. fin.*
*in verbo legitimam.* ac poteſt omnia, quæ
poteſt electus,& confirmatus, *gl. fin. in d. c.*
*fin.§ fin. arg. c. is cui de elect. in 6.* privat cleri-
cos ſuis beneficiis, ſi crimina hoc expoſcant,
*Panor. in c. dilectos el. 1. num. 5. de reſcript. Fe-*
*lin. num. 2. & Can.* monaſteria quoque ſunt
ſub eius cura,& diſpoſitione, *c. obitum in fin.*
*61. diſt. c. quoniam 12. quæſt. 1.* habet expen-
ſas de bonis eccleſiæ, *gloſſ. in d. cap. obitum in*
*verbo & tu periculum 61. diſt.* deputatus à Pa-
pa ampliorem habet adminiſtrationem,
quam deputatus ab alio inferiore, *late Pa-*
*nor. in c. ſua nobis num. 5. de offic. Vicar.* con-
fert enim beneficia ad epiſcopi ſolius colla-
tionem ſpectantia, *d. c. fin. §. fin. in fin.* quæ
datus ab inferiore à Papa non confert, ſed
poteſt cum capitulo conferre beneficia ſpe-
ctantia ad collationem epiſcopi, & capituli
ſimul, *Franc. in d. c. fin. num 2. in fin.* præterea
dat licentiam clerico tranſeundi ad aliam
eccleſiam alterius diœceſis, *Franc. in d. c. fin.*
*in fin. & ibi Gem. num. xj.* removetur, niſi in-
tra annum procuret, quod ibi ſit epiſcopus,
*c. conſtitutum 7. quæſt. 1. gloſſ. in c. obitum in*
*verbo & tu periculum 61. diſt. & Canon.* niſi
aliud ex conſtitutione Vicariatus appareat.
94 Inferioribus à cathedrali † eccleſiis vacan-
tibus non collegiatis poteſt dari viſitator ab
alio, quam à Papa, *arg. à contrario ſenſu d. c.*
*fin. in princ.* ac etiam à capitulo ſede epiſco-
pali vacante, cum habeat à jure communi
ordinariam juriſdictionem, *Gemin. in d. c.*
*fin. in fin.* ſecus in collegiatis, ex quo admini-
ſtratio competit capitulo in temporalibus,
& ſpiritualibus niſi capitulum negligenter,
aut perperam adminiſtret in temporalibus,
& ſpiritualibus, cum tunc epiſcopus voca-
to capitulo, & cognito de hoc, vicarium da-
re poterit, *arg. d. c. fin. in 2. reſp. & ibi Gemin.*
*n. 4. Franc. ſub n. 2. & Can. communiter de ſuppl.*
*neg. prœl. in 6.*

Decimus eſt optio, † quæ duplex eſt, una 95
per quam non quæritur quid ſpirituale, &
eſt jus conſuetudine inductum tribuens jus
ad beneficium, *c. fin. & ibi gloſſ. in verbo de ju-*
*re debita, & Can. de conſuet. in 6 Sarnen. in reg.*
*de jur. quæſ. non toll. quæſt. 1. numer. 39. verſ. 7.*
*modus, Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.*
34. *numer.* 126. quo antiquiores canonici,
non ætate, ſed tempore, quo in eccleſia mi-
litaverunt, gradatim meliores, ſi voluerint,
poſſunt, cum vacant, per ſe, vel alios optare
præbendas, *c. fin. & ibi gloſſ. 2. & 3. de conſuet.*
*in 6. Franc. Marc. deciſ.* 1256. *& ſeq. part.* 1.
*Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ.* 34.
*verſ. 8. quæro, qui in d. gloſſ. totam materiam o-*
*ptionis pertractat.* competit canonicis non
collegialiter, ſed ſingulariter, nec impeditur
propter defectum ordinis, *Vital. in Clem. ut*
*hi, qui num. 16. de æt. qual. & ord. præf. ubi nu.*
17. *alia enumerat canonico competentia non ra-*
*tione capituli, ſed præbendæ poſt gloſſ. in verbo in*
*capitulo Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. &*
*alter. gloſſ.* 34. *num.* 35. habet locum † non 96
ſolum in eccleſia in qua diſtinctæ ſunt præ-
bendæ, *Fran. Marc. quæſt.* 1268. *nu.* 1. *part.* 1.
ſed etiam in ea, in qua eſt certus numerus
Canonicorum, & præbendarum, & una eſt
melior altera, quia ſola diſtinctio non pro-
bat annexionem, *Put. deciſ. 196. lib. 2. Pan. in*
*c. in maioribus num. 4. hoc tit.* nec non in ec-
cleſiis, in quibus eſt certus numerus canoni-
catuum, & præbendarum, quando capitu-
lum, ad quod ſpectat dominium bonorum,
dividit bona capituli in tot præbendas,
quot ſunt canonici, ad tempus capitulo be-
ne viſum, & cuilibet aſſignat præbendam
ſuam ad dictum tempus, & tempore elapſo
omnes præbendæ reducuntur in commu-
ni, & fit nova præbendarum diviſio, quia

nnon eſt poſſibile, quod ita ſint diviſæ æqua-
liter, quin inter eas poſſit reperiri electio,
quæ datur antiquioribus, Ioan. Andr. in c. fin.
in gl. ſuper verbo vacantes de conſuet. in 6. & ibi
Can. Rot. deciſ. 6. ſub n. 1. col. 2. verſ. in aliqui-
bus vero eccleſiis de conſuet. in nov. Idem obti-
net ſi eſſet conſuetudo de antiquioribus æ-
tate, maioribus ordine, vel aliam æquitatem
continens, gl. in d. c. fin. in verbo antiquiores,
97 & Can. Inducitur ſpatio † decem annorum,
Rot. deciſ. 6. de conſuet. in nov. ſub numer. 1. col.
2. verſ. in aliquibus vero, c. cum in eccleſia hoc
tit. in 6. Franc. in d. c. fin numer. 5. & ſeq. & ibi
Can. communiter, etiam quando optio fit per
ſortes: Franc. Marc. deciſ. 1268. par. 1. habet
locum in præbenda collata per Papam, niſi
optioni fuerit derogatum. Franc. Marc. dec.
1259. num. 5. part. 1. Gemin. in c. fin. §. in præ-
bendis de conſuet. in 6. Franc. Marc. dec. 1267.
part. 1. Spiritualia aut beneficia eccleſiaſti-
ca optari non poſſunt, quia ſine canonica
collatione, vel inſtitutione acquiri non poſ-
ſunt, c. 1. de reg. jur. in 6. c. 3. de inſt. In optione
98 novus † titulus non quæritur, ſed antiquus,
quo quis antiquam præbendã nunc dimiſ-
ſam tenebat, ad optatam extenditur, c. fin. &
ibi Butr. num. 5. & 6. de conſuet. in 6. Caſſad.
deciſ. 7. hoc tit. Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ.
& alter gloſſ. 34. verſ. 9. quæro Rot. deciſ. 15.
de conſuet. in antiq. ſed & in portionibus va-
cantibus optans ſibi ipſi jus non tribuit, ſed
vigore primi tituli canonicalis eas retinet:
Anch. in d. c. fin. in opp. & ibi Can. communiter.
Rot. dec. 15. de conſuet. in antiq. & melius Capu-
taq. deciſ 281. par. 2. late Caſſad. deciſ. 17. hoc
tit. Sufficit optare volenti pacifica poſſeſ-
ſio minoris præbendæ, in qua reperitur
abſque alia verificatione, & juſtificatione
proviſionis, ſibi de ea factæ, Put. deciſ. 194.
lib. 2. arg. not. per gloſ. in l. ſicuti §. ſi quæratur in
verb. poſſeſſorii in fin. ff. ſi ſerv. vend. & Bart. in l.
quidam in ſuo poſt gloſſ. in verb. amoveriſſ de
cond. inſt. Non habet locum † in prælaturis 99
eiuſdem eccleſiæ, Cald. conſ 5. de conſuet.
Prob. admon. in c. fin. num. 31. de conſuet. in 6.
neque in præbendis apud ſedem apoſtoli-
cam vacantibus, d. c. fin. §. in præb. & ibi Franc.
num. 3. & 6. & Can. Caput. deciſ. 282. par. 2.
Rot. deciſ. 4. hoc tit. in nov. Franc. Marc. deciſ.
1266. par. 1. earumve fructibus groſſis;
Franc. in d. c. fin. num. 3. de conſuet. in 6. Rot. de-
ciſ. 4. de conſuet. in nov. domo, camera, aut
prædiis, Gonzal. ſuper reg. de menſ. & altern.
gloſſ. 34. verſ. 2. quæro 2. 29. & ſeqq. plures ci-
tans. aut generaliter, vel ſpecialiter reſerva-
tis, Rot. deciſ. 1. num. 6. de rer. perm. in nov. Put.
dec. 4. lib. 2. Caſſad. deciſ. 4. de conceſſ. præb. Sta-
phyl. de litt. grat. tit. de vi, & effectu clauſ. §. in-
ſuper à numer. 3. uſque ad fin. Franc. Marc. dec.
1269. par. 1. Franc. in cap. fin. §. in præbend.
num. 6. & ibi Gemin. numer. 3. de conſuet. in 6.
Greg. 15. deciſ. 478. & ibi late annot. per Pa-
pam. Franc. in d. c. fin. §. in præb. n. 6. de conſuet.
in 6. & Can. vel devolutis, Archid. in d. c. fin.
ſub n. 4. Rot. deciſ. 1. nu. 8. de rer. perm. in nov.
aut permutatis, Petr. de Peruſ. de rer. permut.
quæſt fin. Rot. deciſ. 1. numer. 7. de rer. permut.
in nov. licet aliter ſentiant Franc. Marc. quæſt.
1257. par. 1. Ioan. Andr. in addit. ad ſpec. in
rub. de rer. perm. verſ. fuerunt etiam hic. Garc.
de benef. part. 11. c. 4. num. 4. affectis pœ-
nitentiario, aut lectori ſacræ ſcripturæ,
Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 34. in
11. & 12. quæſt. aut præbendis, quæ ſunt de
jurepatronatus. Fred. de ſen. conſ. 62. verſ. add.
1. Præterea non habet locum in eccleſiis,
in quibus non eſt numerus canonicatuum,
nec diſtinctio præbendarum, quia non eſt
reperire, quod in talibus eccleſiis præbendæ
aliquæ vacent, cap. dilecto §. procurator verſ.
præterea hoc tit. Pari ratione non habet locũ,
in quibus eſt certus numerus canonicorum,
ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed nullus numerus, nec diſtinctio præben-
darum, quando per adminiſtrationem ca-
pituli fructus dividuntur inter canonicos,
& illi quanto ſunt pauciores, tanto recipi-
unt majores portiones, & quanto plures
ſunt, tanto recipiunt minores portiones, *c.
fin. §. præterea verſ. ſi autem de conceſſ. præb. in
6. &c.* Similiter non habet locum in eccle-
ſiis, in quibus eſt certus numerus canonico-
rum, ac certus numerus, ſed non diſtinctio
præbendarum, & capitulum per officiales
ſuos omnia bona adminiſtrat, & de fructi-
bus recollectis tot facit portiones æquales,
quot ſunt canonici, & cuilibet tradit partẽ
ſuam, quia in illa non eſt reperire unam eſſe
meliorem alia, *arg. c. quoniam de vit. & honeſt.
cler. & ibi gloſſ. 1. & 2. Innoc. in c. dilectus ſub
num. 2. in verb. præbendam, & num. 5. & 6. hoc
tit. Rot. deciſ. 6. de conſuet. in nov num. 1. col. 2.*
100 *verſ. in aliquibus vero.* Excommunicatus pot-
eſt optare; *Rot. deciſ. 5. de conceſſ. præb. in nov.
& dec. 8. n. 5. de ſent. excom. in antiq. c. ſolet §.
fin. & ibi gl. in verb. extra judicium & Can. & in
c. decernimus, & ibi poſt gl. fin Can. de ſent. ex-
com. in 6. Garc. de benef. par. 7. c. 13 numer. 48.
& ſeqq.* non poteſt optare ſecundam maio-
rem, qui non habet canonicum titulum in
prima minori, de quo conſtat, quia declara-
tum eſt, quod aſcenſus fit abſque novo ti-
tulo, nonave collatione in virtute tituli, ſive
proviſionis habitæ in prima: *Archid. & Io.
Monach. in d. c. fin. Rot. dec. 10. hoc tit. in antiq.*
habens quoque maiorem non poteſt ſecun-
dum eamdem conſuetudinem optare mi-
norem, quia aſcenſus permittitur, non de-
ſcenſus; *arg. c. licet c. quanto de translat. Rot.
deciſ. 3 de conſuet. in nov. Franc. Marc. dec. 1264.*
101 *par. 1.* debet fieri intra viginti † dies, *c. fin. de
conſuet. in 6. in fin.* etiam ubi non adeſt ex-
pectans apoſtolicus, vel executor, *Franc. d.
c. fin. §. in præbendis in fin. & Can.* computan-
dos à die ſcientiæ: *gloſſ. pen. in clem. unica de
conceſſ. præb. & ibi Can.* Tollitur, ſeu verius
differtur † per clauſulam in literis apoſtoli- 102
cis poſitam, *non obſtantibus ſtatutis, vel con-
ſuetudinibus eccleſiæ in contrarium facientibus
quibuſcumque*, & præſertim illis quibus ca-
vetur, quod nullus poſſit habere maiorem,
niſi primo habeat minorem, & per mino-
rem gradatim aſcendat ad maiorem, *late Rot.
deciſ. 8. de conſuet. in novis, Franc. in d. c. fin. n 9.
de conſuet. in 6. Staphyl. de litt. grat. tit. de vi, &
off. clauſ. § inſuper n. 1. & 2. Caſſad. remiſſive
deciſ. 4. num. 9. de conc. præb. Gonz. ſuper reg.
Canc. de menſib. & altern. gloſſ. 34. in princ.* Al-
tera eſt, quando tituli † una cum præbendis 103
mutantur, vel quia canonicatus, & præben-
da ſunt invicem annexa, *Rot. d. dec. 6. ſub n. 1.
col. 2. in fin. verſ. in aliquib. autem Roch. de Curt.
in c. cum tanto ſect. 3. de conſuet.* vel præbendæ
ſunt tituli ſpirituales, qui non poſſidentur
nomine eccleſiæ, ſed beneficiati, *c. dilectus 1.
§. cum ergo ibi præbendæ beneficio c. dilectio filio
§. procurator ibi de communi conſenſu augmen-
tare valeant numerum præbendarum quoddam
jus ſpirituale de novo creando c. dilectus el 2. in
fin. hoc tit. Pan. in c. maioribus num. 3. hoc tit.
Bell. deciſ. 63. nu. 4.* in qua præſcribenda † re- 104
quiritur tempus quadraginta annorum, *Bel-
lam. deciſ. 1. & d. deciſ. 63. Put. deciſ. 196. lib. 2.
Franc. Marc. deciſ. 1268. num. 4. par. 1. Prob. ad
Monach. in c. fin. ſub num. 28. de conſuet. in 6.* &
tunc excommunicatus optare non poteſt,
*Garc. de benef. part. 7. cap. 13. num. 51. & ſeqq.*
Optio oblagiorum obedientiam, † domo- 105
rum, poſſeſſionum, vel aliarum rerum ſin-
gularium, diverſo jure cenſentur ab optio-
ne præbendarum; tum quod præbenda ex
ordine ad canonicatum, *c. relatum in fin. &
c. dilectus 1. circa fin. ibi videtur indignũ, ut re-
ceptus in canonicũ beneficio præbendæ defraude-
tur h. t.* ſit quid juris, *c. cum M. in fin. de conſtit.*
*& ibi*

*& ibi Can. c. maioribus c. tuæ hoc tit.* & procedit ex inſtitutione, officio, & ſervitio, & debetur canonico, *Can. poſt gloſſ. in d. c. cum M. in verb. receperunt de conſtit. c. relatum el. 1. in fin. hoc tit. late Card. Zab. in clem. fin. num.* 10. *& ſeqq & num.* 14. *hoc tit.* & plures præbendæ per eumdem in eadem eccleſia non poſſunt obtineri: *c. litteras de conceſſ. præb. Franc. in c.* 1. *num.* 7. *de conſuet. in* 6. *Can. in c. dudum el* 2. *de elect.* Oblagia vero, obedientiæ, & poſſeſſiones conſiſtunt in mera temporalitate, nec in eis quis intitulatur, neque habent annexum ſpirituale ſervitium, *c. poſſeſſiones* 16. *q.* 1. *& q.* 6. *c. illud c. quamvis el.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. penſione hoc tit. in* 6. *& Can.* & plures in eadem eccleſia poſſunt obtineri, & cadunt in laicos, *Ioan. Andr. in c. unico de rer. perm. in* 6. & de eis non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali, *Ioan. And. in c. poſtulaſti num.* 4. *de reſcript. Gemin. conſ.* 89. *in fin.* tum quod in his, quæ ſunt ſtricti juris, uno expreſſo non includatur aliud, *c. ſuſceptum de reſcript. in* 6. *c. quamvis hoc tit. in* 6. ſed optio in ſupradictis rebus ſingularibus videtur regulanda juxta ſtatuta eccleſiæ, *c. conſtitutionem* §. *cæterum & ibi gloſſ. in verb. ſtatutum de verb. ſignif.* aut titulos, *ff. de opt. & elect. leg.* & in ea præſcribenda ſufficiunt decem anni, *Prob. ad Monach in c. fin. ſub num.* 28. *de conſuet. in* 6.

106 Vndecimus eſt creatio † in Canonicum ſupernumerarium: nam obtinentes dignitates in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia non ſunt de Capitulo: *c. fin. & ibi not. hoc tit. in* 6. *c. eam te in fin. de reſcr. Felin. in c. cum olim de re jud.* ideo ad ſupplicationem ſummus Pontifex creat eos Canonicos ultra numerum, ut eccleſia eiſdem ad redditus non teneatur, Capituli accedente conſenſu. Quæritur de duobus quomodo conſenſus
107 † à Capitulo ſit præſtandus, Secundo quid juris obtinens dignitatem ex hac creatione in Canonicum aſſequatur: primæ quæſtioni reſpondeo, quod conſenſus huiuſmodi ſpectat ad Canonicos tanquam ad corpus collegii, quodque auctoritate Canonici receptione antiquioris debeant Canonici reſidentes, & votantes vocari ad locum ſolitum Capitularem, & ibi in communi à ſingulis eſt requirendus conſenſus, & ſufficit obtinere conſenſum maioris partis, quæ ſanior præſumitur, *c.* 1. *de iis, quæ &c. à maior. part. c. & ibi Anch. num.* 1. *& num.* 6. *circa fin.* abſentes non ſunt vocandi, quia hæc receptio fit ad præceptum ſummi Pontificis, *Franc. in c. cum in eccleſiis ſub num.* 3. *hoc tit. in* 6. *& ibi late Anchar. poſt princ. & Can.* tum quia in hac receptione ſubeſt eccleſiæ utilitas, & nullum eccleſiæ gravamen, ex quo creato in Canonicum ad redditus non tenetur, & utilitas eccleſiæ ſit habere plures Conſiliarios, *Imol. poſt Inn. in c. fin. num.* 16. *de cler. non reſid.* Alteri quæſtioni reſpondeo, quod Canonicus † creatus per Papam 108
dicitur verus Canonicus, quia habet illud, quod eſt dignius videlicet canonicam, *c. cum M. & ibi gloſſ. in verb. receperunt de conſtit. Pan. & Can.* & eſt honorandus ut Canonicus ſupra alios ſimplices clericos, *Innoc. in c. fraternitatem de ſepult.* & creatus Canonicus in Cathedrali eccleſia poteſt dari delegatus à ſede Apoſtolica, *c. ſtatutum* §. 1. *de reſcript. in* 6. Competit ei ſtallum in choro, & vox in Capitulo, *c. dilectus c.* 1. *illorum in fin. c. dilecto in princ. hoc tit. Archid. in cap. ſi qui in princ. hoc tit. in* 6. participat de diſtributionibus, communibus redditibus, & de ſuperexcreſcentibus fructibus in eccleſiis, in quibus præbendæ ſunt diſtinctæ, *c. dilectus el* 2. *hoc tit. Archid. in d. c. hi qui in princ. & ibi Can. c. fin.* §. *in illis vero de conceſſ. præb. in* 6. & debet intereſſe electionibus, alienationibus, &

aliis

aliis tractatibus cum aliis Canonicis actu præbendatis, *Archid. in d. c. hi qui in princ. late Staphyl. in tr. de litt. grat. in 1. for. expect. late Rot. deciſ. 26. hoc. tit. in nov. ubi declarat tatem canonicam eſſe beneficium eccleſiaſticum nomine, titulo, prærogativa, & reali commodo num. 5. & ſeqq. Petr. de Bart. in direct. elect. cap. 27. num. 3. & ſeqq. par. 1.* poteſt habere dignitatem conſuetam conferri Canonico tantum, *c. ſi is qui §. fin. hoc titul. in 6. & ibi Domin. Franc. & Canon.* & licet iſta ſint veriſſima de jure, nihilominus de conſuetudine ferè ubique ſervatur contrarium, juxta quam creati in Canonicos ultra numerum non participant de quotidianis diſtributionibus, nec de aliis obventionibus canonicalibus: imo vocantur Canonici in herbis, ut atteſtatur Staphyl. in tract. de litt. grat. in 1. forma expectat. ſub num. 11. & 12. Rot. deciſ. 26. numer. 7. hoc tit. in nou. ſed ſuper numerum ſtatutum, poſito quod non ſuppetant facultates poteſt quis eligi in Canonicum præbendatum de Canonicorum ipſorum conſenſu, *gloſſ. fin. in c. auctoritate de inſt. Rot. deciſ. 2. de elect. in antiq. Franc. Marc. qu. 1371. par. 1. & dec. 16. ead. part. 1.*

## *Quinta pars huius tituli.*

### SVMMARIA.

1 *Proviſionum & gratiarum reſcripta, varia ſunt in curia Romana, quoddam rationi congruit ſic à præfatione appellatum.*

2 *Sub qua forma expediuntur non ſolum gratiæ factæ ſed omnia per prædeceſſorem conceſſa quomodocunque.*

3 *Non retrotrahitur in præjudicium tertÿ nec operatur effectum confirmationis ex certa ſcientia.*
*Summæ in Decretal.*

4 *Quædam ſunt conditionalia quæ lite pendēte quæ ſequitur de tempore datæ conceduntur.*

5 *Non præſupponunt titulum præcedentem.*

6 *Deſumptæ ex corpore prioris gratiæ principalis atque ex ejus clauſulis videntur conceſſæ ſub eadem narrativa.*

7 *Quorum unum,* ſi neutri, *appellatur.*

8 *Alterum ſi nulli.*

9 *Tertium ſi alteri.*

10 *Quando non dentur.*

11 *Mentio in eis fieri debet de qualitate beneficÿ, vacatione, modo vacandi reſervatione, obtentis & fructibus male perceptis.*

12 *Non arctatur impetrans ad exprimendum verum valorem.*

13 *Quam vacationem capiant ex perſona adverſarÿ & ex perſona impetrantis.*

14 *Productæ in judicio an debeant alteri parti intimari.*

15 *In eis attenditur tempus quo beneficium conferri poteſt & non tempus datæ.*

16 *Quomodo differant à nova proviſione & aliis ſimilibus gratiis.*

17 Etiam & perinde *valere quando ſummus Pontifex aliquem actum à ſe irritatum denuo ex cauſa reſuſcitat.*

18 *Non retrotrahitur.*

19 *Perinde valere, quando ſummus pontifex aliquem actum nulliter & inutiliter geſtum valere decernit.*

20 *An trahatur retro & quando.*

21 *Datur tantum ſuper gratiis à Papa factis de quibus bullæ fuerunt expeditæ.*

22 *In ea debet exprimi defectus ſubticitus vel vitium falſitatis contentum in prima gratia.*

23 Gratificatio, *quæ locum habet quando de anterioritate datæ literarum non conſtat.*

24 *In literis ad vacantia beneficia quando facta eſt proviſio pluribus eadem die ab eodem collatore, quis ſit præferendus.*

25 *Si à diverſis collatoribus, puta Sede apoſtolica*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*vel Legato ejus, uni, & ab ordinario alteri eadem die idem beneficium conferatur, quisnam potior ſit.*

26 *In litteris ad vacatura beneficia quando plures ſunt pares data quisnam ſit præferẽdus.*

27 Nova proviſio *eſt reſcriptum gratiæ revalidatorium, quod plerumque datur ſuper gratiis ab aliis nulliter factis.*

28 *à Quibus concedatur.*

29 *Indiſtincte datur de beneficiis reſervatis.*

30 *Operatur deinde in futurum & ſuper gratia prima fundatur.*

31 *Comprehendit quamcunque nullitatem.*

32 *In ea debet fieri mentio de beneficiis obtentis & de omnibus prout in prima gratia.*

33 *De infecta poſſeſſione oblationibus & fructibus indebite perceptis.*

34 *Debet exprimi menſis reſervatus.*

35 *Dat titulum coloratum.*

36 Reformatio *eſt nova gratia in qua debet inſeri tenor præinſertæ.*

37 *Paſſim petentibus datur plerumq; cum clauſula quod res eſt integra.*

38 *In ea ſufficit talis expreſſio quod Papa intelligat quomodo ſe habeat ſeries facti.*

39 *Clauſulæ in reformatione ſimpliciter poſitæ intelliguntur juxta tenorem præinſertæ.*

40 *Si petatur acceſſus vel regreſſus ob non ſolutam penſionem additur de conſenſu penſionem hujuſmodi ſolvere habentis.*

41 *Conceditur ut à data primæ gratiæ valeat vel ſub data currenti.*

42 *Quando reformatio tendit ad diminutionem primæ gratiæ conceſſæ, ſola voluntas beneficiati eſt ſufficiens ad movendam Papam.*

43 Surrogatio *eſt ſuffectio in locum defuncti cum aliquo ſuper titulo beneficij litigantis.*

44 *Conceſſa in favorem tertij eſt proviſio mere gratioſa cum facultate proſequendi litem quam ſolus ſummus Pontifex concedit quando poſſeſſor moritur.*

45 *In ea ſufficit quod ſummus Pontifex ſtatum cauſæ intellexerit ex narratis in proviſione.*

46 *Non debet fieri mentio de jurepatronatus laicorum.*

47 *Competit proviſo contra actorem collitigantem accipientem poſſeſſionem poſt mortem rei defuncti officium judicis ut à poſſeſſione amoveatur.*

48 *Cum procuratore ſuperſtitis litem continuat ſine nova ejus citatione vel intimatione hujuſmodi ſurrogationis.*

49 *Collitiganti ſuper beneficij titulo, datur ſurrogatio intra menſem computandum à die gratiæ alteri conceſſæ.*

50 *Duplex eſt rigoroſa & gratioſa, Rigoroſa dicitur mandatum de ſubrogando in forma dignum directum judici.*

51 *Surrogatio gratioſa eſt quando Papa ipſe ſurrogat & dirigitur ſurrogato.*

52 *In ea probari debet clericatus ſubrogati, poſſeſſio illius, uti fuit ſubrogatus, & lis.*

53 *Subrogatus in omni jure & ad omne jus quod alicui in & ad eccleſiam competebat non cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem.*

54 *Vel ad litem.*

55 *Vel ad ſpolium.*

56 *Multo minus cenſetur ſurrogatus quoad fructus neque ad exceptiones de regula triennali.*

57 *In judicio deductorum.*

58 *In gratioſa ſurrogatione quorum admittantur exceptiones & quæ non.*

59 *Surrogatio quibus non detur.*

60 *An excludantur à ſurrogatione impetrantes beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam plurium incompatibilium.*

61 *Impetratur ſurrogatio à ſolo Papa.*

62 *Quando conſtat de reſervatione beneficij ita quod manus ordinarij fuerint ligatæ, ſolet concedi ſurrogatio in jus ac poſſeſſionem defuncti.*

63 Prima.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

63 Primariæ preces *conceduntur à S. Pontifice imperatori poſt præſtitum juramentum quæ dant imperatori poteſtatem faciendi recipi unum in qualibet eccleſia Alemanniæ.*

64 *An habeant locum in menſib. per concordata Germaniæ ordinariis collatoribus conceſſis.*

65 *Summus Pontifex in dictis precibus derogat concordatis Germaniæ in ſui præjudicium.*

66 *Imperator habet jus precum ad beneficia etiam reſervata, non tamen ad majores dignitates poſt pontificales aut principales in collgiatis vel ad devoluta vel litigioſa.*

67 *Diſpenſatio ſive habilitas nominati vel Preciſtæ non requiritur tempore datæ gratiæ precũ ſed ſufficit adeſſe tempore vacationis.*

68 Indulgentia *ſive* tollerantia *ſedis Apoſtolicæ habent jus conferendi præbendas & alia beneficia eccleſiaſtica exceptis parochialibus eccleſiis in pluribus archiepiſcopalibus & epiſcopalibus eccleſiis quando vacant & temporalia ſunt ſub eorum manu Rex Franciæ, Reges Hungariæ & Angliæ ac Apuliæ & delphines.*

69 Alternativa *à ſummo Pontifice conceditur epiſcopis & his ſuperioribus quamdiu apud eccleſias & Diœceſes ſuas vere & perſonaliter reſederint* per reg. Cancell. 8. §. inſuper.

70 *An comprehendatur ſub generali revocatione gratiarum.*

71 *Epiſcopus habens alternativam ſi poſtea obtinet à ſummo Pontifice indultum conferendis in duobus menſibus non videtur alternative renunciare.*

72 *Privantur epiſcopi alternativa tribus caſibus.*

73 Ius nominandi *ſive* nominatio *competit collegio & fit ſine ſolennitate de uno, duobus aut pluribus.*

74 *Conceſſum fuit ad vacantes Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias vel Prioratas Conventuales Regibus Hiſpaniæ Franciæ, Poloniæ & aliis principibus*

75 *Ex privilegio Apoſtolico nominationes concedantur ab univerſitatibus graduatis & debito modo qualificatis.*

76 *Item fiunt in vim ſtatuti vel conſuetudinis.*

77 Indultum *de conferendo ſolet ſummus Pontifex concedere Cardinalibus & aliis benemeritis obtinentibus cathedrales eccleſias & abbatias ut de omnibus beneficiis ad eorum collationem inſtitutiones ſive quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus libere diſponant.*

78 *In dubio contra concedentem eſt latiſſime interpretandum ſed non extendendum ad ſpecialiter reſervata Papæ.*

79 *Tollit obſtacula & gratias præventivas & coadjutorias cum futura ſucceſſione ſed non regreſſam.*

80 *Præterea conceditur hujuſmodi indultum Nuncio vel aliis ex gratia.*

81 *Eſt ſtricte interpretandum.*

82 *Limita ut procedat quando indultum dirigitur Nuncio in favorem Nunciĳ, ſecus ſi dirigatur Nuncio in favorem Nunciĳ & eorum quibus collatio eſt facienda vel eccleſiæ vel alterius ipſorum & eccleſia, quod eſt favorabile.*

83 *Poteſtas data Nuncio ſuper proviſione certe perſonæ expirat morte concedentis re integra & eſt ſtricte interpretanda, quia non eſt gratia ſive indultum.*

84 *In omnibus indultis addetur clauſula, quod proviſi illorum vigore ſub pœna vacationis eo ipſo teneantur bullas novæ proviſionis expedire & annatam aliaque jura ſolvere.*

85 *Occurſa vacatione ob non expeditionem novæ proviſionis, Papa habet conferre.*

86 *Impetratio facta ob non expeditionem novæ proviſionis dicitur impetratio certo*

*modo in qua impetrans non adimplementum decreti debet concludenter probare.*

1 PRÆTEREA in Curia Romana varia
ſunt † reſcripta gratiarum, & proviſionum. Quoddam rationi congruit, ſic à præfatione appellatum. Rationi congruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ à Romani Pontificis gratia, ſeu benignitate in proſequendo juſta deſideria proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu ſuper illis litteræ confectæ non fuerint, ſuum plenum conſe-
2 quantur effectum, per quod Papa nihil † de novo concedit, neque confirmat gratiam prædeceſſoris, ſi eſt invalida, ſed ſolum atteſtatur, & fidem facit de gratia à prædeceſſore facta, & jubet eam executioni demandari, c, *litteris verſ. fin. & ibi gl. fin. de reſcript. & Pan. & Can. Bald. in l. humanum in fin. de legib. Boer. deciſ.* 348. *num.* 7. quia non datur fides ſupplicationi ſine confectione litterarum & gratia Apoſtolica non poteſt probari, niſi per litteras plumbatas, ut ſupra dictum eſt in hoc tit. ſub iſta forma expediuntur non ſolum gratiæ factæ à prædeceſſore, ſed omnia per prædeceſſorem conceſſa, quia Regula Cancellariæ rationi congruit, utitur verbo *conceſſa*, quomodocumque igitur conceſſa ſint ſub conditione, vel alias expediri poterunt; *l.* 3. *ff. de off. praſ. l. imperator ff. de poſtulat. cap. quia circa de privil. &c.* ſed expeditæ poſt obitum ſummi Pontificis concedentis, etiam cum totali inſtrumenti inſertione
3 non poſſunt † retrotrahi, ad inducendam ſcientiam contentorum in tertii præjudicium aut ut operentur effectum confirmationis ex certa ſcientia: *Card. dial. Seraph. dec.* 981. *num.* 1. *l. in ſumm §. fin. ff. de re jud. l. Neratius ff de reg. jur. §. deinceps. auth. de nupt. & ibi poſt gloſſ. DD. c. ſi gratioſe & ibi gloſſ. & Can. de reſcript. in 6. l. 4. ff. locat. cum ſimilib.*

Quædam ſunt conditionalia † quæ tan- 4
tum lite pendente conceduntur. *Caput. deciſ.* 34. *par.* 2 *Rot. dec.* 8. *de probat. in nov. Rot. deciſ.* 24. *de reſcript. in nov. Put. deciſ.* 23. *de jud. Sarn. ſuper reg. de annal. quæſt.* 28. *num.* 4. *& in reg. de impetr. benef. per obit. fam. Card, quæſt.* 8. *verſ. accedat, & verſ. ex quibus Gemin. conſ.* 79. *verſ. ad dubium gratiarum*, quæ requiritur de tempore datæ impetrationis, *Garc. de benef. par.* 6. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 212. *& ſeqq. Greg.* 18. *dec.* 94. *& ibi annot.* & mandatur Auditori ſub conditione, quod ſi per eventum litis ſibi conſtiterit neutrum &c. collitigantium jus habere in beneficio, ac illud vacare, *Gemin. conſ.* 79. *ſub num.* 7. *verſ. ad dubium gratiarum, & num. ſeqq. Seraph. dec.* 46. *num,* 2. *Garc. de benef. part.* 6, *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 110. *& ſeqq.* poſt ſententiam declaratoriam deſuper ferendam provideat, *Achil. deciſ.* 15. *&* 16. *hoc titul. Put. deciſ.* 46. *& deciſ.* 423. *in princ. lib.* 1 *l. cedere diem ff. de verb. ſignif. §. longe magis, & ibi gloſſ. fin. & DD. Inſtit. de leg. l. cum ad præſens cum l. ſeq. ff. ſi cert. pet.* nam licet conditiones de præterito, vel præſenti non ſint proprie conditiones, *l. inſtitutio talis in fi. ff. de cond inſt. l. eas in princ. ff. de cond. & demonſtr. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam ff. de verb. oblig. l. itaque ff. ſi cert. pet. &c. Put. deciſ.* 46. *numer.* 2. *libr.* 1. tamen quia dictio, *ſi*, adjecta verbo præteriti, vel præſentis temporis ponit aliquid dubitative, & ſub dubio, vel incertitudine, *l. cum ad præſens tempus ff. ſi cert. pet. Inſt. de leg. §. longe l. demonſtratio §.* 1. *ff. de cond. & demonſtr. & ibi DD.* ſicut jus collitigantium ponitur dubitative, ita gratia ſuper eo facta eſt dubia, & ſi jus non competit, tenit, alias non tenet: *§. conditiones inſtit. de verb. oblig. l. itaque l. cum ad præſens ff. ſi cert. pet. l. conditio ff.*
*de verb. oblig.* non præſupponunt † titulum 5
præcedentem *Put. deciſ.* 263. *lib.* 2. *arg. not. in c. hi qui, in verb. ſpecialiter hoc tit. in* 6. *Rot. diverſ. deciſ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deciſ.556.num.9.lib.3.part.3.Bald.in l.4.in
princ.ff.de dam.inf.Caput.deciſ.60.part.2.ca-
piuntque beneficium vacans non vacatu-
tum, Mohed.deciſ 33.num.1.hoc tit.Felin. in
c.in noſtra num.15.& 37.coroll.verſ.limitat 1.
de reſcript. conceduntur ex ſtylo Datariæ
proviſo apoſtolico etiam adverſus alium
proviſum apoſtolicum, Greg.15.deciſ.150.
6 deſumpta † ex corpore prioris gratiæ prin-
cipalis, atq; ex eius clauſulis cenſentur con-
ceſſa ſub eadem narrativa, quæ omnia venit
juſtificanda, quia in effectu ſunt unæ litte-
ræ, cum habeant eamdem datam, licet di-
verſis temporibus ſint expeditæ, Card. Se-
raph.deciſ.1470.num.3.Pan.in c.in noſtra ſub
num.5.verſ.ſin.autem ad unum beneficium de
reſcript.Pan.in c.ſuper literis in 1.not.eod.arg.
l.unum teſtamentum ff.de teſtam.§.ſed & u-
num & ibi not.Inſtit.de teſtam. quorum u-
7 num † ſi neutri appellatur, quando quidem
tertius, vel alter collitigantium beneficium
ſibi conferri petit, ſi per eventum litis con-
ſtiterit, quod neuter ex litigantibus jus in
beneficio habeat, Greg.15.deciſ.89.& deciſ.
8 94.num.7.& 8.alterum, † ſi nulli, quando
tribus, vel pluribus ſuper eodem beneficio
contendentibus, quidam tertius, vel unus
collitigantium dictum beneficium impe-
trat, & ſibi conferri petit, ſi ex eventu litis
conſtiterit nulli litigantium jus in benefi-
9 cio competere: Tertium ſi alteri, † quando
alter collitigantium beneficium, de quo li-
tigatur, impetrat, ſi ex eventu litis conſtite-
rit, quod alter litigantium jus non foveat,
10 Non dantur ſuper † lite movenda, Caput.
deciſ.34.num.4.part.2.atteſtans de ſtylo ſigna-
turæ arg.l.item ſi res §.fin.verſ.non tamen ff.de
alien.jud.mut.cauſ.fact.gloſſ.1.prope fin.in c.
cum inter de elect.nec quando cauſa fuit com-
miſſa literis non expeditis, niſi cum clauſu-
la, & quod litteras primæ proviſionis expe-
diat, Mandoſ.in reg.31.quod commiſſ.cauſ.
quæſt.15.Staphyl.de ſign.litt.juſt.§.quando ali-
quis petit gratiam in princ. neque quando de
crimine agitur ad privationem, Mandoſ. de
ſign.grat.tit.ſi neutri, verſ ſi neutri, ſi nulli. le-
gitur tamen data fuiſſe gratia, ſi neutri, mo-
niali, & in eventum privationis Abbatiſſæ;
quam accuſabat partus, & perditæ virgini-
tatis, proviſio; vel mandatum de providen-
do cum clauſula quod ſe inſcriberet ad pœ-
nam talionis, Creſc.deciſ 9.de probat.Mandoſ.
in reg.15.reſerv.quæſt.6.poſt num.4. Men-
tio † fieri debet in eis de qualitate beneficii, 11
vacatione, modo vacandi, reſervatione, Rot.
deciſ.24.de reſcript.in nov.late Roman.conſ.
362.à num.4.uſque ad fin.Felin.in c.in no-
ſtra 15.& 37.coroll.verſ.limita primo de reſc.
Put.deciſ.84.lib.3.obtentis, niſi impetrans
aliqua probabili ignorantia excuſetur, Ro-
man.conſ.481.c.gratia de reſcript.in 6.& ibi
poſt gloſſ.in verb.ignoranti Can.communiter.
Felin.in c.in noſtra ſub num.1.circa fin.verſ.
& tenendo hanc opinionem, & ſub 31.coroll.
verſ.limita 2.& verſ.ſeq.de reſcript.fructibus
male perceptis, Put.deciſ.126.lib.1.Card.Se-
raph.dec.457.num.3.Mandoſ.de ſign.grat.tit.
ſi neutri &c.an autem gratia &c.Felin.in cap.
poſtulaſti in fin.& c.in noſtra in 2.coroll.de re-
ſcript. quia ſunt novæ gratiæ, & ex eis acqui-
ritur novus titulus, ideo omnia quæ poſſunt
movere Papam ad concedendum, ſunt ex-
primenda, alias cenſetur circumventus, &
gratia eſt ſubreptitia, c.cum dilecta, c.cum ad-
eo de reſcript.Clem.1.hoc tit.c.cum in illis, c.
non poteſt eod.in 6. ſed non arctatur impe-
trans † ad exprimendum verum valorem, 12
imo datur clauſula augendi, & minuendi,
quantum opus ſit, Rot.diverſ.deciſ.804.&
melius deciſ.2064.part.3.libro 3.late Felin.in
c.in noſtra ſub 16.coroll.de reſcript. quia ſunt
ſecundæ gratiæ, in quibus largius procedi

conſuevit, quam in prima; capiunt omnem
13 † vacationem ex perſona adverſarii etiam
per privationem, *Mohed.dec.2.n 3. de ſequeſt.*
*poſſeſſ. & fruct. Lap. alleg.6. ſub n. 5. & 6 & al-*
*leg.78. num. 14. Rot. deciſ. 1. de reſcr. in nov.*
non per reſignationem in manibus Papæ,
nam ſi reſignatarius beneficium acquirere
non poteſt, jus remanet penes reſignantem
deficiente eius cõſenſu, *Mandoſ. de ſign. grat.*
*tit. ſi neutri, verſ. quod non capiat l. demonſtra-*
*tio §. fin. cum ibi not ff. de cond. & demonſtr. di-*
*ctum eſt ſupra tit. de renunc.* prætereagratiæ, ſi
neutri, & ſi nulli capiunt vocationẽ ex per-
ſona impetrantis, *Caput. deciſ. 43 n. 4 & 5. par.*
*2. l. qui hæredi §. fin ff. de cond. & demonſtr. Sa-*
*lic. in l. inquiſitio ff. de ſolut. & lib. c. petitio, &*
*ibi Can. de jurejur.* etiam inſurgentem ex eo,
quod impetrans in prima gratia narraverat
ſe familiarem, & expediverat gratis, *Achill.*
*deciſ. 14. hoc t. in Felin in c. poſtulaſti in fin. verſ.*
*multi tenerent, de reſcript. c. non poteſt §. fin. &*
*ibi not. hoc tit. in 6. c. ſi gratioſe in fin. de reſcript.*
*in 6. & ibi gloſſ fin. & DD. c. dudum el 2. in fin.*
*verſ. ſuppreſſit, de elect.* quia licet per gratiam,
*ſi neutri*, obtineat beneficium, tamen hæc
non cooperit iſtam falſam expreſſionem fa-
miliaritatis, ſed tenetur ſolvere officialibus:
*Felin in d. c. poſtulaſti col. fin. de reſcript. l legata*
*inutiliter 2. reſp ff. de legat. 1. arg. l. ſi cum dotem*
*ff. ſol. matr. l. commodiſſime ff. de lib & poſth. hæ-*
*red.* non capiunt vacationem inductam ex
perſona impetrantis propter delictum, per
quod redditur quis inhabilis, niſi de in ha-
bilitate facta fuerit mentio, *Caput. dec. 43.*
*in fin. part. 2. anch. in Clem. ſi Romanus in fin. h. t.*
*in fi. & ibi Card. & Can.* productæ in judicio
14 † debent alteri parti intimari, quia ut dictũ
eſt, continent jus novum; *Franc. in c. ſi hi*
*contra quos num. 4. ut lit. pend. in 6. Rot. deciſ.*
*fin. de reſcript. in nov.* vel ſufficit ipſum prin-
cipalem, ſeu eius procuratorem fuiſſe cita-
tum ad dicendum contra huiuſmodi gra-
tiam, *Mando. in practica tit. gratia ſi neutri,*
*verſ. pen. Greg. 15. deciſ. 137. num. 8. & 9.* aut
quod poſt earum productionem procura-
tor alterius partis pluries in actis comparuit
active, & paſſive, ita quod huiuſmodi gra-
tiæ notitiam habuit, abſque alia intima-
tione facienda principali, *Creſc. deciſ. 13. de*
*dilat. l. nonnunquam & ibi gloſſ. in verbo tem-*
*poris, & DD. ff. de judic. c. cum ſit Romana de ap-*
*pell. c. dilectus, & ibi gloſſ. fin. & Can. de pro-*
*cur.* quia propter eas nova dilatio non con-
ceditur, quod dentur ſub conditione non
juris collitigantium de præſenti, vel præte-
rito ex eiſdem actis, *Creſc. deciſ. 8. de dilat. l.*
*edita, & ibi gloſſ. in verbo emendari in fin. &*
*DD. C. de eden. c. 2. & ibi gloſſ. fin. & c. 3. & ibi*
*gloſſ. 1. & utrobique Can. de dilat.* quamvis a-
lias regulariter, quando eadem perſona jus
novum impetrat, vel quando mutatur per-
ſona, ſemper facienda ſit intimatio, & dan-
da dilatio, cum requiratur nova inſtructio,
& non venerit quis inſtructus niſi reſpectu
juris, quod adverſarius intentavit, & con-
templata perſona adverſarii, & non alia, *Caſ-*
*ſad. deciſ 1. n. 4. de dilat. c. inducia §. offeratur*
*3. quæſt. 3. l. edita & ibi gl. in verbo emendari in*
*fin. & DD. C. de eden. Franc. in cap. ſi hi contra*
*quos n. 4. ut lit. pend. & c in 6. Zab. in Clem. 1. in*
*4. quæſt. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* In eis † atten- 15
ditur tempus, quo beneficium conferri pot-
eſt, & non tempus datæ, ideoque non dant
titulum coloratũ in remedio recuperandæ
poſſeſſionis, quia gratiæ ſuſpenſæ conditio-
ne nihil ponunt in eſſe, *Caput. deciſ. 36. part.*
*2. & deciſ. 302. part. 3. Sarnen. in reg. de publ.*
*reſign. quæſt. 16. in fin. & in reg. de impetr. benef.*
*per obit. fam. Card. quæſt. 8. in fin. verſ ex qui-*
*bus Clem. ſi de beneficio & ibi gl. in verbo exiſtit*
*hoc tit. & c. ei cui, & ibi gl. in verbo nondum &*
*Can. h. t. in 6. Gemin. conſ. 79. in fin.* & ſi plures
gratiæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gratiæ, ſi neutri, vel ſi nulli, à diverſis impe-
tratæ concurrant, una non tollit aliam uſq;
ad ſententiam, & quæ primo loco coram
judice, cui dirigitur, erit verificata, obtine-
bit, Caput. dec. 56. part. 2. l. reſpiciendum ff. ſi
cert. pet. & ibi gl. & Doct. Put. deciſ. 423. in prin.
libr. 1.
16 Differunt † à nova proviſione, & aliis ſi-
milibus gratiis, quia in gratia, ſi neutri &c. nõ
debet doceri de aliquo titulo præcedenti;
Put. deciſ. 263. lib. 2. Rot. diverſ. deciſ. 855. n. 9.
li. 3. par. 3. arg. c. hi qui in verb. ſpecialiter, h. t. in
6. Bald. in l. 4. in princ. ff. de damn. infect. itẽ in
eis materia quamvis objectiva dicitur de
jure eas impetrantis, quia cum nullum jus
tribuat impetranti, niſi ſub illis conditioni-
bus, ſi neutri, ſi nulli jus competat, ſi alteri jus nõ
competat, quicquid objicit talis impetrans;
ex quo tendit ad purificandam eius gratiam
conditionalem, cenſetur de jure impetran-
tis, & non objectus, Felin. in c. olim nu. 10. de
reſcr. Rot. deciſ. 1. de ſeq. poſſ. & fruct. Caſſad. de-
ciſ. 2. de except. licet alias regulariter ad hoc,
ut quis conſequatur beneficium, non ſuffi-
cit probare de nõ jure adverſarii, niſi etiam
agens probet de jure ſuo, c. olim in fin. de re-
ſcript. & ibi Felin. n. 9. & ſeqq. dat quinque limi-
tationes gl. fi. in unico de eo, qui mitt. in poſſ. cauſ.
rei ſerv. in 6. gl. in c. 1. in verb. electi, ut lit. pend.
17 in 6. & ibi Can. Aliud nuncupatũ, † etiam &
perinde, valere, cum ſummus Pontifex actũ
collationis, ſive alium à ſe revocatum, irri-
tatumque denuo ex cauſa ſuſcitat, & valere
18 decernit, quæ non retrotrahitur † ad tem-
pus primæ conceſſionis, & ubi aliud nõ ex-
primitur, intelligitur ſine præiudicio juris a-
lieni, c. quamvis & ibi gl. & Can. de reſcript. in
19 6. Perinde † valere eſt quædam ratificatio,
& confirmatio primæ conceſſionis, quan-
do ſummus Pontifex aliquem actum inuti-
liter, & nulliter geſtum valere decernit, late
Prob. ad Monach. c. fin. num. 4. & 9. & ſeqq. de
conſuet. in 6. Gemin. conſ. 128. num. 3. & 4. ex
nunc, ſive ex data perinde valere, l. obſervare
in fin ff. de off. pro conſ. & leg. c. cum quis. & ibi
gl. in verb. incurris, de ſent. exc. in 6. Pan. in c. 3.
num. 5. in fin. per illum tex. de his, quæ fiunt à
præl. &c. quia trahitur † retro quoad actum, 20
non quoad tempus, ſive datam, ne tertio
fiat præjudicium, Prob. ad Monach. in d. c. fin.
ſub n. 13. de conſuet. in 6. quando autem ter-
tio non fit præjudicium, aut adeſt initium
obligationis, trahitur & conceditur retro
quoad actum, & quoad datam: l. donationes,
& ibi gl. in verb. referatur C. de donat. int. vir. &
ux. Franc. in d. c. cum quis num. 5. de ſent. ex-
com. in 6. & ibi Anchar. num. 3. & Can. ſimili-
ter conceditur retro ſub data prioris gratiæ,
quando perinde valere petitur non ſuper
principali, ſed ſuper acceſſorio ultra naturã
tituli, ſine quo poſſet ſubſiſtere prima gra-
tia, Prob. in d. c. fin. ſub nu. 13. verſ. & redeundo
&c. aut quando prima gratia non eſt ipſo
jure nulla, ſed elidibilis, quia ante eliſionem
non potuit alteri jus quæri, Bart. in l. obſerva-
re ff. de off. procon. & leg. n. 6. Dec. in l. quod ini-
tio in fin. ff. de reg. jur. datur tantum † ſuper 21
gratiis à Papa factis, Probus ad Monach. in d.
c. fin. num. 7. de quibus bullæ fuerunt expe-
ditæ: ſuper ſupplicatione ſignata non da-
tur, neque ſuper literis per pœnitentiariam
exſteditis, ac ſuper brevibus. Mand. de ſig.
grat tit. perinde valere verſ. ſuper literis, & verſ.
perinde valere. In ea debet exprimi defectus
† ſubticitus, vel vitium falſitatis conten- 22
tum in prima gratia, ad quam validandam
conceditur, & ultra illud, quod eſt expreſ-
ſum, nihil ſupplet, l. 1. in fin. princ. ff. ad Tur-
pill. c. ex tuarum de auct. & uſu pall. Pariſ. conſ.
44. n. 6. 7. & ſeqq. vol. 4. ac debet fieri mentio
litis, c. fin. ut lite pendente &c. Card. Seraph.
deciſ. 1110. præbet titulum coloratum. Put.
deciſ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*deciſ 8. hoc tit. quæ eſt deciſ. 63. lib. 3. Prob. ad Monach. in c. fin. de conſuet. in 6. num. 10. & 12.* Quod ſi in gratia perinde valere dicatur, quod fuerit proviſum de beneficio per reſignationem, & gratia reſignationis beneficii ſit longe poſterior poſt datam ipſius perinde valere, præſumitur pro bona expeditione litterarum perinde valere, quia poterat præcedere alia ſupplicatio iſtius reſignationis, quam ſufficit in originali oſtendere Dominis Auditoribus, *Rot. diverſ. deciſ. 436. in fin. part. 1. l. quoties ff. de reb. dub. c. cum ſuper & ibi Dec. à nu. 5. uſque ad fin. de off. deleg. Dec. in l. poſtquam liti n. 23. C. de pact. l. Titia §. idem reſpondit ff. de verb. oblig.*

23 Gratificatio, † quæ extenditur in ſuppli-
catione hoc modo: Et cum clauſula grati-
ficationis opportuna in litteris latiſſime ex-
tendens. Regulariter data literarum facit
præferri in literis ad vacantia beneficia, &
24 in literis † ad vacatura. *Felin. in c. capitulum
num. 5. de reſcript. dictum eſt ſupra tit. de re-
ſcript. verſ. 3. de reſcript.* Gratificatio locum
habet, quando de anterioritate non con-
25 ſtat, & in literis ad vacantia † beneficia,
quando facta eſt proviſio pluribus eadem
die, ſive ab eodem, ſive diverſis collatori-
bus: ſi ab eodem collatore, poſſeſſione be-
neficii vacua, is præfertur, qui habet clauſu-
lam gratificationis, *Caſſad. deciſ. 2. num. 1. de
renunc. Rot. diverſ. deciſ. 38. lib. 2. part. 3. Prob.
ad Monach. in c. duobus num. 5. & 6. de reſcript.
late Mandoſ. in reg. 33. de ſign. per fiat à nu. 21.
uſque ad finem plures cumulans.* ſi omnes ha-
beant clauſulam gratificationis, præfertur
is, cuius clauſula gratificationis eſt pingui-
or, *Put deciſ. 242. num. 6. & 7. & deciſ. 247.
lib. 1. Rot. diverſ. deciſ. 422. num. 4. & 5. lib. 3.
part. 3. arg. l. pupillus, verſ. quid ergo ff. quæ in
fraud. cred. fact. &c. l. ſi quis ſervum §. inter
duos, cum ibi not. per gloſ. in verb. debet ff. de
leg. 2. l. fin. & ibi gloſſ. in verb. gratificationi ff.
de relig. & ſumpt. fun.* data pari gratificatione ſe mutuo impediunt; quia collationes referuntur ad idem corpus beneficii, & recurrendum eſt ad conferentem, *Pan in d. c. capitulum de reſcript. num 4. & in c. 2. n. 1. de off. deleg. Ioan. Andr. in c. ſi à ſede, & ibi Franc. num. 5 hoc tit. in 6. Franc. Aretin. in l. ex duobus nu. 5. ff. de vulg. & pupil.* altero poſſidente ex clauſula gratificationis, non inducitur præſumptio præventionis, ſed poſſeſſori datur abſolutio, quia c. ſi à ſede hoc *tit. in 6.* nõ habet locum in proviſis ab eodem: *Put. deciſ. 291. lib. 2. Franc. in d. c. ſi à ſede poſt numer. 5. verſ. & prædicta, & iſte textus & Gemin. Prob. ad Monach. num. 8. & Canonic.* ſi à diverſis, puta à ſede apoſtolica, vel legato ipſius uni, & ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur, potior eſt conditio poſſidentis, id eſt, eius qui primo juſte adeptus eſt poſſeſſionem, ſi non appareat, quæ collatio fuerit prima, *d. c. ſi à ſede hoc tit. in 6. in princip. & ibi Franc. in 2. notab.* prout apparere poteſt, ſi probetur per teſtes de hora, vel in ipſis literis dicatur de hora & uterque probare poterit, & obtinebit, qui melius probaverit, *Ioan. Andr. in d. c. ſi à ſede in gloſſ pen. & ibi Can. Felin in c. paſtoralis num. 5. de reſcript. Iaſ. in l. 1. num. 6. & ibi Socin. ſen. num. 12. ff. ſol. matr. Tiraq. de jur. primog. quæſt. 17. opin xj. Marſ. ſing. 319 Hora Gamb. de auct. leg. à lat. lib. 3. num 678. Dec. conſ. 167. num. 6.* quia qui habet poſſeſſionem præſumitur anterior in proviſione, *Put. deciſ. 49. hoc tit. Franc. in d. cap. ſi à ſede in 2. not & ibi Can. communiter Prob. ad Monach. num. 6. & ſeqq.* & clauſula gratificationis tantum operatur in caſu paritatis, ſecus ſi de anterioritate contet vere vel præſumptive, *Creſc. deciſ. hoc tit. late Felin. in c. paſtoralis ſub num. 5. verſ. ad identitatem datæ de reſcr.* quod ſi ex

parte

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parte proviſi ab ordinario tantum probetur hora, & non poſſeſſio, & ex parte proviſi apoſtolici probetur identitas diei, proviſus apoſtolicus eſt præferendus ratione prærogativæ Papæ, *Gambar de auct leg. à latere lib. 3. ſub num, 668. verſ. ſed quid ſi tantum, & num. ſeqq. late Menoch. de arb. lib. 2, cent. 1, caſu 48. num. 18. & ſeqq.* Operatur profeſſio privilegium Prælationis, quando adjicitur titulo perfecto, c. *ſi à ſede hoc tit. in 6. in verbo conferatur*, ſecus eſt in præſentatione; nam proviſus à Papa præfertur eadem die præſentato à Patrono poſſeſſione ſubſecuta, *Gambar. de auct. leg. à latere lib. 3. num. 645. & plurib. ſeqq.* quia præſentatio tribuit jus ad beneficium, c. 3. *de jurepatr.* & evenire poteſt, quod præſentatus non inſtituatur, cum adhuc ſubiturus ſit examen inſtituentis, & patronus laicus variare poſſit accumulando, unde erit locus gratificationi, *cap. cum autem* c. *paſtoralis de jurepatr.* excipe quando ultra poſſeſſionem præſentati conſtaret de hora præſentationis, quibus concurrentibus præſentatus præfertur proviſo apoſtolico eadem die, *Gamb. de auct. leg. à latere lib. 3. num. 667. & ſeqq.* quia tunc præſentato acquiſitum eſt jus conſiderabile, quod Papa non intendit tollere, c. *cum Bertoldus §. fin. de re jud. & ibi Can. Lap. alleg. 78. in 6. Rot. deciſ. 17. hoc tit. in nov.* Si neuter poſſideat ex clauſula gratificationis, præſumitur anterioritas & datur canonizatoria tituli tanquam prioris: *Put. deciſ. 291. in fin. lib. 2. Mandoſ. de ſign. grat. tit. proviſiones verſ. gratificatio*, data paritate gratiæ, is cui ſedes Apoſtolica contulit, vel legatus, propter conferentis ampliorem prærogativam, erit alteri, cui ordinarius contulit, præferendus, d. c. *ſi à ſede verſ. final. Clem. 1. verſ. neutro, ut lite pendente & c. c. hi qui auctoritate, & ibi gloſſ. 1. & c. dudum. §. nos igitur hoc tit. in 6.* Idem obtinet ſi Papa contulit uni, & Legatus alter, aut ſi Papa uni, legatus alteri, Ordinarius tertio contulerit, In archiepiſcopo autem, & epiſcopo, & ſuis ſubditis dubitatio non procedit, quia ad alterum ſolum pertinet collatio, & illa ſola valet, *gloſſ. in d. c. ſi à ſede in verbo legato.* præterquam in epiſcopo, & ejus vicario, aut epiſcopo, & inferiore, qui præſcripſit collationem beneficii contra epiſcopũ, non tamen taliter, quod epiſcopus non poſſit conferre, ſed locus eſt præventioni inter eos, conferentibus eadem die idem beneficium duobus, quia cæteris paribus præfertur habens collationem ab epiſcopo tanquam majore, *Franc. in d. c. ſi à ſede num. 4. & 5. poſt Ioan. Andr. & alios Felin. in d. c. capitulum num. 16.* In litteris ſive gratiis ad vacatura quas ſolus ſummus Pontifex concedit, c. 2, *& ibi gl. in verbo vacaturis, & Can. h. t. in 6*, c. *dilectus filius hoc tit.* quando ſunt plures pares in data, is eorum, cui Papa canonicatum contulit, eſt in præbenda præferendus alteri, qui canonicatum non eſt aſſequutus, licet prius, quæ alius eis ad quos ſpectat canonicorum receptio, & collatio præbendarum, ſuas præſentaverit litteras, & ab eis in canonicum ſit receptus. Si Papa neutri eorum, vel utrique canonicatum contulit, tunc ex quo in gratia ſunt pares, is qui primo præſentaverit, erit potior in præbenda, ſi ambo ſimul in præſentando concurrant, ii ad quos ſpectat canonicorum receptio, & præbendarum collatio, vel eorum major pars, ex eis alterum, cui gratificari voluerint, eligere tenentur, quo electo alius omnino caret impetratis. c. *duobus de reſcrip. in 6. & ibi Can. latiſſime de præfatis omnibus Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 295. verſ. ſciendum eſt, & num. ſeqq. & num. 297. & ſeqq. plurib. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 1. caſ. 48.*

Nova proviſio eſt † reſcriptum gratiæ re- 27

validatorium, Sarnen. quæſt. 7. in reg. de non ju-
dic. jux. formam ſupplicat. quod plerumque
datur ſuper gratiis ab aliis nulliter factis,
Prob. ad Monach. in c. ſtatutum num. 4. hoc tit.
in 6. idem in c. fin. num. 7. de conſuet. in 6. & in
c. cum perſonæ num. 6. de privil. in 6. c. poſt ele-
ctionem c. ex parte Aſten. de conceſſ. præb. c. ſug-
geſtum, & ibi poſt gl. DD. de jurepatr. concedi-
28 tur à ſummo † Pontifice, Prob. ad Monach. in
d. c. cum perſonæ num. 16. de privil. in 6. Rot. di-
verſ. deciſ. 48. ſub num. 3. part. 1. l. cum hæres ff. de
acquir. vel omitt. hæred. ejuſq; legato, & nun-
cio, Mohed. deciſ 31. hoc tit. c. legatos de off. leg. in
6. epiſcopo, c. poſtulaſtis in princ. & ibi gl. ordi-
naria & marg. in verbo diſpenſatum de cler. ex-
comm. miniſt. &c. non ab inferiore ſuper gra-
tia à ſuperiore facta, quia ipſa obtentio ſe-
cundæ gratiæ, videtur quædam ingratitudo
& deluſio ergo Papam, propter quod indu-
citur legitima cauſa privandi eum, Pan. in c.
cum olim num. 18. de re jud. paſſim & indiſtin-
29 cte † datur de beneficiis reſervatis, & nulli
denegatur, Mohed. deciſ. 4. ſub num. 1. de con-
ceſſ. præb. l. reſcripta, ibi, niſi ſit aliquid quod non
lædat alium, & proſit petenti C. de precib. Imp. of-
fer. & ibi gl. alleg. concord. Operatur ex nunc
30 † in futurum, & nihil diſponit in præteritũ,
neque vitia præterita purgat, Caſſad. deciſ. 6.
n. 8. h. t. Caput. deciſ. 83. nu. 5. par. 3. Prob. ad Mo-
nach. in c. ſtatutum n. 4. & 5. h. t. in 6. & ſuper
prima gratia ſive valida, ſive invalida funda-
tur, Put. deciſ. 263. lib. 2. Caputaq. deciſ. 83. nu.
5. part. 3. Prob. ad Monach. in d. c. ſtatutum num.
4. & ſeqq. Felin. in c. in noſtra num. 6. de reſcrip.
de qua conſtare debet, Creſc. deciſ. 7. nu. 5. de
reſcript. Pan. in c. ex tenore num. 6. & ſeq. & in
c. in noſtra num. 9. de reſcript. & in c. cum no-
ſtris n. xj. & 12. de conceſſ. præb. & ſufficit eam
juſtificari de facto, Achill. deciſ. 7. hoc tit. Bel-
lam. deciſ. 116. in fin. Mandoſ. de ſign. grat. tit.
novæ proviſiones, verſ. nova item Sarnen. in reg.
de ſubrog. collitig. qu. 19. circa finem. Caputaq.
deciſ. 222. parte 2. præſertim attentis clauſu-
lis, quæ in nova proviſione ſolitæ ſunt poni,
quod cauſæ annullativæ, & infectivæ, expri-
mi poſſint, quæ comprehendunt † quam- 31
cunque nullitatem, etiam in qua require-
tur diſpenſatio, vel in qua eſſet defectus
ſubſtantiæ, Caſſad. deciſ. 6. num. 8. hoc tit. A-
chill. d. dec. 7. hoc tit. Felin. in c. poſtulaſti ſub nu.
15. verſ. limita prædicta, & num. 16. de reſcript.
ideo nova proviſio, in qua dictum fuit, ſibi
de facto proviſum à Vicario Epiſcopi, valet,
ſi producatur vicarii collatio, licet non pro-
betur de ejus Vicariatu, Creſc. deciſ. 9. hoc tit.
c. commiſſa, & ibi gl. in verbo promovendum, de
elect. in 6. & eſt ſubreptitia, ſi in ea narratum
fuit canonice prius proviſum fuiſſe, ſi prima
proviſio non ſit canonica, Rot. deciſ. 24. de
conceſſ præb. in antiq. Innocent. in c. dudum el. 2.
num. 15. & 16. & ibi Hoſtien. num. 42. & ſeq. de
elect. In ea debet fieri mentio † de prioribus 32
beneficiis obtentis, Anch. in c. ſi apoſtolica nu.
3. hoc tit. in 6. & de omnibus prout in prima
gratia, quia per eam novum jus acquiritur,
vel acquiſitum confirmatur, aut augmenta-
tur: Franc. in c. ſi apoſtolica num. 6. hoc tit. in 6.
Rot. deciſ. 24. & ibi add. num. 2. de reſcript. in
nov. Felin. in c. in noſtra 16. coroll. de reſcript.
ideo non ſuffragatur facta in beneficio ſim-
plici, ſi erat curatum, eſt enim nova provi-
ſio, quædam confirmatio quæ non extendit
confirmatum, Put. deciſ. 300. libr. 1. Panorm in
cap. dudum num. xj. & ſequent. de decim. cap. in-
ter dilectus verſ. cæterum de fid. inſtrum. Debet
fieri mentio in ea tam de infecta † poſſeſſio- 33
ne, l. auctoritatem C. unde ut Felin. in c. poſtula-
ſti num 14. & ſeqq. de reſcript. quam de obla-
tionibus alteri debitis in ſacrificio miſſæ,
Put. deciſ. 173. lib. 1. cap. 2. & ibi Pan. num. 1. &
Can. de paroch. & alien. paroch. ac etiam fru-
ctibus indebite perceptis, c. dudum el. 2. verſ.
& re-

*& retinendo & verſ. antepen. item ſuggerens, & ibi Hoſt. num. 16. & ſeqq. & Can. de elect. Put. deciſ. 23. libr. 1. Felin. in c. in noſtra in 2. Coroll. de reſcript.* quando debiti eſſent eccleſiæ univerſali, ſeu particulari, de quibus ſolvenda eſt compoſitio in Dataria Apoſtolica, ſecus ſi tertio, cui reſtitutio eſt facienda, ne cogatur bis ſolvere, *Caſſad. deciſ. 7. de præb. arg. l. quibus bis idem, & ibi not. ff. de verb. oblig.* quia cum ex perceprione fructuum indebite perceptorum inſurgat inhabilitas, *d. c. dudum el. 2. & ibi gl. in verb. furtum & Can. c. de multa hoc tit. & ibi gl. in verb. proventibus & DD. l. qui ea mente ff. de furt. l. non prodeſt ff. de vi bon. rapt.* taciturnitas modicorum fructuum temporalium, puta, unius ſcuti, vel dimidii reddit eam ſubreptitiam, *Put. deciſ. 126. libr. 1. c. ſi proponente de reſcript. cap. ſi motu proprio hoc tit. in 6. Bart. in l. ſi proprietarius ff de damn. infecto num. 2.* nam in beneficialibus ſubreptio quamvis minima vitiat gratiam, *d. c. ſi motu proprio hoc tit. in 6. c. ſi proponente de reſcript. & utrobique Can. Felin. in d. c. in noſtra in 2. Coroll. eod.* ſecus in diſtributionibus quotidianis indebite, & ſine titulo perceptis, quia non debentur Papæ, ſed applicantur Capitulo, ſeu dantur deſervientibus pro abſentibus juxta eccleſiarum conſuetudines, *Caſſad. deciſ. 6. num. 5. & per tot. hoc tit. Fel. in cap. ad aures num 14. de reſcript. c. fin. §. in illis de conceſſ præb. in 6. c. fin. in princ. de reſcript. in 6.* ac fructibus ſpiritualibus perceptis, quorum taciturnitas non obſtat, quia de illis nō ſolvitur compoſitio Cameræ Apoſtolicæ, *Rot. diverſ. deciſ. 83. num. 4. & 5. part. 3. lib. 3. Felin. in c. ad aures in fin. de reſcript.* aut quando ex fructuum perceptione non inſurgit aliqua inhabilitas, quia tunc ſufficit ſola poſſeſſionis expreſſio, ut ſi eos in eccleſiæ utilitatem convertiſſet, aut voluntate Prælati, ad quem pertinent, eos percepiſſet, *Mandoſ. de ſignat. grat. titul. abſ. à mala fruct. percept. verſ. poſſunt etiam Mohed. deciſ. unic. de confir. ut vel inut. Capell. Thol. q. 484. & ibi Aufr. n. 3. qui pulchre diſtinguit.* Præterea in nova
proviſione debet exprimi menſis † reſerva- 34
tus, *Mohed. deciſ. 4. de conceſſ. præb. Put. deciſ. 423. lib. 1. & deciſ. 165. lib. 2. c. ſi Apoſtolicæ, & ibi gl. in verb. præferri & Archid. in c. ſi motu h. tit. in 6. Rom. conſ. 362. num. 5. & conſ. 383. in princ.* niſi in prima proviſione facta fuerit menſis mentio, & in nova proviſione fiat plena mentio de prima, *Mohed. deciſ. 4. in fin. Rot. deciſ. 18. hoc tit. in nov. Bell. deciſ. 634. gloſſ. pen. in c. ſi Apoſtolicæ h. t. in 6 & ibi Can.* aut nova proviſio veniat acceſſorie ad aliam gratiam, puta reſignationem antea factam cum clauſula quovis alio modo vacet, *Rot. diverſ. deciſ. 475. num. 4. par. 3. libr. 3. quæ dicit nihil fuiſſe deciſum, faciunt not. per Sarn. in reg. de*
*jur. not. quæſt. 2.* Dat titulum † coloratum in 35
poſſeſſorio, etiamſi in ea non fuerit facta mentio de intruſione, & mala fructuum perceptione, licet quoad proprietatem multa ſint difficultates *Achill. deciſ. 2. hoc tit. Felin. in c. poſtulaſti num. 15. & 16. de reſcript. Caſſad. deciſ. 7. hoc tit.* aut ſi ſuperveniat poſt ſpolium tempore reſtitutionis poſſeſſionis, quia tunc non datur vitioſus ingreſſus *Achill. dec. 2. de reſt. ſpol. l. cum nemo C. de acqu. poſſ. & ibi gl. in verb. extrinſecus & DD. Caſſad. deciſ. 4. n. 11. de reſtit. ſpoliat.*

Reformatio eſt † nova gratia, *Creſc. deciſ.* 36
*7. ſub num. 1. de reſcript. l. jus civile ff. de juſt. & jur. & ibi gl. & DD. c. ſtatutum in princ. & ibi gl. in verb. reformandum de reſcript. in 6.* in qua debet inſeri tenor primæ gratiæ, quam vocant præinſertam, *Mohed. deciſ. 13. ante finem verſ & non poterat eſſe ſecunda &c. de renunc. Idem deciſ. 6. num. 2. de probat. atteſtans de uſu Curiæ l. in civile ff. de legib. l. ſi quis ex argentariis §. ſi initium & ibi Bald. & DD. ff. de*

*eden. Fel. in c. veniens num. 2. de præſcript.* quæ
tendit, ut omiſſum ſuppleat, & male expreſ-
37 ſum corrigat, paſſim petentibus † conceditur, *Creſc. d. deciſ. 7. ſub num. 3. atteſtans de uſu Curiæ l. reſcripta ibi, niſi ſit aliquid, quod non lædat alium & proſit petenti C. de prec. imp. off. & ibi gloſſ. alleg. concord.* ac ei inſertur plerumque clauſula, quod res eſt integra, *l. ſi quam rem ff. de reſc. vend. §. fin. inſt. quib. mod.*
38 *toll. oblig.* in ea ſufficit † talis expreſſio, quod Papa intelligat, quomodo ſe habeat facti ſeries, *c. ſuper eo, & ibi gloſſ. fin. & Can. de cohab. cler. & mul.* c. *dilectus el. 1. de reſcr.* non ſufficit expreſſio per involucrum, *Bald. in l. nec damnoſa in fin. num. 1. verſ. ſecundum C. de precib. Imp. off. & in l. præſcript. num. 12. & ſeqq. C. ſi contra jus, vel util. publ.* ideo reformatio facta ad gratiam revocatam, non facta mentione de revocatione eſt nulla, *Put. deciſ. 26. hoc tit. late Iaſ. in l. moræ numer. 36. & ſeqq. de juriſd. om. jud. ubi ampliat & limitat.* non eſt neceſſe exprimere obtenta beneficia, quæ in prima gratia ſunt expreſſa, *Felin. in c. in noſtra in 16. Coroll. de reſcript. Rot. deciſ. 18. hoc tit. in nov. Bellam. deciſ. 634. ſuppoſita.* Clauſulæ in reformatione ſimpliciter poſi-
39 tæ † intelliguntur juxta tenorem præinſertæ, *Mohed. deciſ. 5. de reſcript. Prob. ad Monach. in c. fin. nu. 14. & 16. de conſuet. in 6.* eſt enim præinſerta principium, & reſervatio finis, & producens reformationem tenetur producere præinſertam, *Mohed. deciſ. 6. num. 2. de probat. l. incivile ff. de legib. l. ſi quis ex argentariis §. ſi initium, & ibi Bald. & DD. ff. de*
40 *edend.* ſi petatur † acceſſus, vel regreſſus ob non ſolutam penſionem, vel poteſtas transferendi penſionem, additur clauſula de cõſenſu penſionem huiuſmodi ſolvere habentis; *Mandoſ. de ſign. grat. tit. reformationes verſ. ſi illud quod, atteſtans de uſu Cur.* nam licet conſenſus, qui ſemel adfuit à principio,

præſumatur ſemper durare, niſi detur pœnitentia, *c. maiores de baptiſ. Rot. deciſ. 656. nu. 7. part. 1. diverſ.* tamen quoties immutatur per gratiam prior rei ſtatus, & conditio, cõſenſus eorum, qui intereſſe habent, requiritur, *l. in concedendo ff. de acq. pluv. arc. Anch. in c. ſuggeſtum numer. 7. de jurepatr. pulchre Dec. conſ. 541. viſa donatione num. 17. & 18. Rot. diverſ. deciſ. 614. num. 24. par. 1.* Conceditur
† ut à data primæ gratiæ valeat, & vocant 41
practici, cui prius, quando nulli ſit præjudicium, vel ſub data currenti, id eſt, ſub data ipſius reformationis, quo caſu qui medio tempore impetraverunt, ſunt præferendi, *gloſſ. fin. in c. ſi Apoſtolicæ hoc tit. in 6.* quia talis reformatio intelligitur, ſine præjudicio tertii, *c. quamvis, c. ſi propter tua de reſcript. in 6.* Præfata procedunt in reformatione augmentante primam gratiam, ſed quando re-
formatio tendit ad † diminutionem parti- 42
cularem gratiæ primæ conceſſæ, non requiritur expreſſio ſupradicta, quoniam ſola voluntas beneficiati eſt ſufficiens ad movendum Papam ad diminutionem juris ſibi conceſſi, *Rom. conſ. 362. num. 5. verſ. reſpondeo Felin. in c. in noſtra in 16. Coroll. verſ. 3. caſus de reſcript.*

Surrogatio † eſt ſuffectio in locum de- 43
functi cum aliquo ſuper beneficio litigantis, id eſt ſuper titulo beneficii in petitorio; *c. fin. ut lit. pend. & c. in 6. Clem. 1. eod. tit. late Greg. 15. deciſ. 335.* conceſſa in † favorem 44
tertii, qui nunquam fuit in lite, non eſt proprie ſurrogatio, ſed quædam proviſio merè gratioſa cum facultate proſequendi litem, quam ſolus ſummus Pontifex concedit, quando poſſeſſor moritur; ſecus ſi petitor, *gloſſ. in c. 2. in caſu poſit. circa fin. verſ. ſed hodie impetratur à Papa, ut lit. pend. in 6. d. Clem. 1. eod. in fin.* & utitur verbis vacationis, & collationis, per quæ indicat defunctum jus habuiſſe,

buiſſe,

buiſſe, quod eſt in præiudicium litis pen-
dentiæ, *Vital. in d. Clem. 1. numer. 41. & ſeqq.*
nec in ea ponitur clauſula, quatenus vera ſit
lis, ſolita poni in ſubrogationibus ad exclu-
dendã litem calumnioſam, vel notorie inju-
ſtam, vel finitam per rem judicatã, aut alias:
*Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſurrogationes verſ. in
ſurrogationibus, & ver. ſeq. l. in ſumma ff. de cõd.
indeb. in princ. & ibi gl. & DD. l. poſt rem judica-
tã ff. de tranſact.* quia in ea nõ eſt verificanda
lis niſi in cõcluſione ſupplicationis extaret,
clauſula exprimens litem, quæ intelligitur
declarare omnia præcedentia, ut dicantur
conceſſa, ſi tunc adſit lis, *Rot. diverſ. deciſ. 387.
part. 3. lib 3. quæ eſt parum mendita c. propoſuit
de conceſſ. præb. Clem. 1 in fin. ut lit. pend. in nov.
c. 2. in princ. hoc tit. in 6. faciunt not. per Iaſ. &
DD. in l. ſi ſorori C. de jur. delib.* ſed proban-
45 dum, quod † ſummus Pontifex ſtatum cau-
ſæ intellexerit ex narratis in proviſione; *la-
te Mohed. deciſ. 3. circa fin. num. 1. verſ. quo vero
ad ſurrogationem, & num. 2. ut lite pend. & c.
Lancell. de attent. part. 2. c. de attent. lit. pend.
& c. num. 174. ubi diſtinguit inter ſubrogatio-
nem & gratioſam proviſionem tertii. Rot. Farin.
deciſ. 187. num. 4. part. 2. tom. 1.* ſi ſit paro-
chialis litigioſa, ad quam ſummus Pontifex
noluerit ſurrogare collitigantem, verum jus
demortui in alium transferre, habet locum
examen per concurſum: *Garc. de benef. par.
9. c. 2. §. 1. num. 169. & ſeqq.* in ea non eſt ne-
46 ceſſe facere mentionem † de jurepatrona-
tus laicorum, & clauſula derogatoria eius
attenta lite ponitur ad cautelam: *Caſſad. dec.
3. ut lite pend. & c. num. 8. l. teſtamentum C. de
47 teſtam.* competit proviſio † poſtquam ad-
miſſus eſt ad cauſæ proſecutionem, *Rot. deciſ.
24. de reſcript. in antiq.* contra actorem col-
litigantem accipientem poſſeſſionem poſt
mortem rei defuncti officium judicis, ut à
poſſeſſione amoveatur, ſed non contra ter-
tium intruſum lite pendente, quia inter hos
duos nunquam fuit lis, niſi modo, *Rot. deciſ.
10. ut lite pend. & c. num. 4. & in fin. verſ ſi ve-
ro non actor in nov. c. Romana §. in alium de ap-
pell. in 6. l. creditor mandatorem & ibi gloſſ. 2.
& DD. ff. mandati*, & judex tantum inhibet
illis, qui veniunt ad cauſam, *Rot. deciſ. 2. ut
lit. pend. & c. in antiq. Bald in l. ſi per imprudem-
tiam §. fin. ff de evict. d. l. creditor mandatorem,
& ibi gloſſ. 2 ff. mand.* poteſt quoque † cum 48
procuratore ſuperſtitis litem continuare, &
in ea cauſa ad ulteriora procedere ſine nova
citatione ſuperſtitis, vel intimatione huiuſ-
modi ſurrogationis ſibi facienda: *Rot. deciſ.
xj. ut lit. pend. & c. in nov arg. c. 2. ut lit. pend.
& c. in 6. & Clem. 1. eod. tit.* ſed procuratori
ſuperſtitis petenti datur dilatio ad conſu-
lendum principalem, *Rot. d. deciſ xj. in fin. c.
dilectus de procurat. & ibi poſt Gloſſ. DD.* Col-
litiganti † ſuper titulo beneficii ſive in pe- 49
titorio (quia requiritur lis, quæ faciat bene-
ficium litigioſum,) *Franc. in c. 2. num. 2. ut
lit. pend. & ibi Can. Vitall. in Clem. 2. ſub num.
70. & ſeq. ut lit. pend. Greg. 15. deciſ. 335. &
ibi annot.* Datur ſurrogatio ſecundum regu-
lam Cancellariæ de ſurrogandis intra men-
ſem computandum, non à die obitus colli-
tigantis, ſed à die gratiæ etiam motu pro-
prio alteri conceſſæ, quia mentio menſis fit
ad invalidandam gratiam intra menſem ob-
tentam in præjudicium ſubrogandi colliti-
gantis, ſed non arctat eum ad petendum
ſubrogationem intra menſem, quam poſt
menſem poteſt petere, dummodo non fue-
rit poſt menſem à cõceſſa alteri gratia, *gl. in
reg. Canc. de ſubrog. in princ. Greg. 15. deciſ. 125.
Card. Seraph. dec. 1165. n. 1. & 2. Rot. Farin. dec.
342 part. 1.* Duplex eſt † aut eſt rigoroſa, aut 50
gratioſa, ſurrogatio rigoroſa, dicitur man-
datum de ſubrogando in forma dignum,
directum judici, aut alicui conſtituto in di-

 gnitate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnitate eccleſiaſtica , qui cenſetur mixtus
executor, & non poteſt dare poſſeſſionem
ſubrogato, niſi prius diſcuſſo jure auctoris,
cui venit ſubrogandus, *Rot. dec. 10. ut lit. pend. &c. in nov. Mohed. deciſ. 11. in pr. eod, Put. deciſ. 208. lib. 1. Iaſ. poſt alios in l. in bonæ fidei ff. de eo quod certo loco &c.* & requiritur admiſſio judicis adhuc ut habens huiuſmodi mandatū
dicatur eſſe in cauſa, & ex eius perſona lis vivat, *Caſſad. d. deciſ. 1. n. 5. & Mohed, deciſ. 2. ſub n. 2. ut lit. pend. &c. c. ab excommunicato de reſcript. c. cum contineat de off. & poteſt. jud. deleg. arg. l. magis puto §. ſi pupillus verſ. nō paſſim. ff. de reb. eorum, quæ ſub tut. aut curat.* ſurrogatio
51 gratioſa eſt † quando Papa ipſe ſurrogat, nō
requirit miniſterium executoris , dirigitur
ſurrogato , qui eius vigore poteſt intrare
poſſeſſionē propria auctoritate, & lite pendente ſine vitio attentatorum, *Mohed. deciſ. 9. & deciſ. 11. n. 1. ut lit. pend. &c. Iaſ. in l. ſorori ſub n. 2. C. de jur. delib. & ibi DD. Bald. in rubrica de cauſſ. poſſ. & propr. n. 13. & ſeq.* & in ſurrogato gratioſe ſuſtinetur, & vivit lis, ſicut
duraret vivente eo, in cuius locum eſt ſurrogatus, *Caſſad. d. dec. 1. & Mohed d. deciſ. 2. ſub n. 2. ut lit. pend. &c. arg. l. raptores § ſin autem Diaconiſſæ, ibi omnem proprietatem & plenam poſſeſſionem C. de epiſc. & cler. l. cum miles ff. ex quib. cauſ. maior. not. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi ſorori*
52 *&c. de jur. delib.* In ea probari † debet clericatus ſubrogati, poſſeſſio illius, cui fuit ſubrogatus, de tempore obitus, & lis in cauſa principali, appellationis aut ea deſerta, nullitatis æque principaliter ut ſimul commiſſæ, *Bart. in l. ſi expreſſim n. 10. ff. de appell. Bald. in l. tale pactum §. qui provocavit n. 12. ff. de pact. Greg. 15. deciſ. 306. & ſeq.* vel eo modo quo fuit narrata, nam intrat ſurrogatio data lite in poſſeſſorio tantum, *Card. Seraph. deciſ. 990. & 1426. in princ. Sarn. in reg. de trien. q. xj. n. 14. verſ. circa vero ſecundum, & num. 15. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. §. 7. proœm. n. 211. & plurib. ſeqq. uſque ad fin. Garc. de beneſ. par. 6. c. 4. nu. 4. & ſeqq. ubi ponit aliquot limitationes & per tot. Greg 15. deciſ 426. & deciſ. 307. & deciſ. 394.* ſtantibus clauſulis, quæ ſolent poni in ſurrogatione gratioſa de & ſuper beneficio, *Caſſad. deciſ. 6 de reſcript. Rot. diverſ. deciſ. 8. num. 2. part. 2. c. conſtitutū, & ibi poſt gl. 1. Panor. col. fin. & Can. de elect. l. ex diverſo §. 1. & ibi Bart. num. 2. ff. de rei vend. c. cum eccleſia ſutrina de cauſ. poſſ & propr. & ibi poſt Innoc. Can.* rebuſque aliis, *l. 1. in fin. ff. ſi cert. pet. l. fin. §. ſin autem dubias ibi ſuper iis rebus §. in comparatione C. de jur. delib.* & alias quam ut præmittitur, lis, cuius litis ſtatum &c. *Put. deciſ 2. Achil. dec. 9 de reſcr. Rot. diverſ. dec. 254. num. 1. & 2. 1. part. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo &c. l. cauſas C. de tranſact. Felin. in c. ſuper litteris de reſcript. nu. 12. Greg. xv. deciſ. 125. num. 15. & ibi annot.* pendeat; eiuſque pendentia probatur excitatione ad dicendum contra commiſſionem executa contra partem citatam, *Clem. 2. ut lit. pend. &c. Felin. in c. ſuper litteris n. 13. de reſcript. Caſſad. deciſ. 1. ut lit pend. &c.* etiam quod non fuerit reproducta citatio , citato vivente, quando ipſe in termino citationis comparuit, dicendo generalia contra commiſſionem, *Bald. in l. 1. in 3. not. ff. de feriis Felin. in c. illud n. 8. de præſcr. Caputaq. deciſ. 112. par. 1. Bellam. deciſ. 364 Greg. 15. deciſ. 27. n. 3. & ibi annot.* vel conſtituat procuratorem ad cauſam, *l. fin. C. de procur. & ibi DD. not. Felin. in c. cum contingat n. 8. de reſcript. Clem. cauſam §. intimatio, & ibi gl. in verb. plena Zab. n. 5. & 6. de elect. &c. Rot. dec. 11. de dol. & cont. in nov. Greg. 15. dec. 27. num. 4. & ibi annot.* Jus anteceſſoris probatur ex ſola ſupplicatione, etiam ſi ſurrogatus in eius locum ſit actor: *Put. deciſ. 337. lib. 1. atteſtans de practica Cur. & contrarias deciſiones non ſervari l. ſancimus*

*in prin.*

inprinc.verſ.exceptis C. de donat. Clem. dudum
circa ſi.verſ.nos etenim,& ibi gl in verb. verbo,
& Can. de ſepult.Franc. in procem. lib. 6. §. fin.
Caſſad. dec. 8. num. 6. 7. & num. ſeqq. de reſt.
ſpol. idem juris eſt in ſurrogatione gratioſa
deſumpta ex clauſulis generalibus princi-
palis gratiæ proviſionis, quando ſuper ea
litteræ ſunt expeditæ ad partem, Card. Se-
raph.deciſ.1426.Rot. dec. 387.par.3. lib.3.l.
quamvis C de uſur. l.commiſſoria C. de pact. int.
empt.& vend.l.2.C.de jur dom.impet. & ibi gl.
alleg.concord. l.5.fundus § eleganter ff de leg.
commiſſ.late Pan.in c. in noſtra numer. 5. & ibi
Can.de reſcr.Greg. 15. dec. 103. & ibi late an-
not. litteris ad partem non expeditis debent
gratiæ principalis narrata verificari,& ea vi-
tiata corruunt clauſulæ generales acceſſo-
riæ, c.ſedes Apoſtolica, & ibi Pan. ſub numer. 3.
verſ.& ex hoc colligo &c. & ibi Felin.num.2.in
1.limit. de reſcript. Put.dec.390.lib.1.quia pro-
viſus vigore clauſularum generalium pot-
eſt eligere viam gratioſæ ſurrogationis, vel
viam mandati de ſurrogando, ſed non ſuc-
ceſſor, cui primus renunciavit litteris non
expeditis, quia ſucceſſor non poteſt decla-
rare voluntatem prædeceſſoris, Mohed. dec.
6.ut lit.pend. &c. l. ſi quis intentione ff. de jud.
l.inter ſtipulantem § 1.ff.de verb.oblig. & utro-
bique DD. l.idem Pomponius ſcribit §.fin. & ibi
Bart. num.1. de rei vend. l. ſi ſtipulatus fuerim
53 ff. de verb. oblig. ſubrogatus in omni † jure,
& ad omne jus,quod alicui in , & ad eccle-
ſiam competit,non cenſetur ſubrogatus ad
poſſeſſionem, l. Pomponius §. quæſitum & l.
cum hæredes 1.reſp.ff.de acq.poſſ. niſi quando
in aliqua parte gratiæ fit mentio poſſeſſio-
nis,licet ſpecifice id in genere non exprima-
tur,quia poſſeſſio quæſita eſt jus proximum
ipſi beneficio,c.cum in noſtris de conceſſ. præb.
Put.dec.220.lib.2.Rot.dec.5.ut lit pend.&c. in
nov.Rot.dec.81.de reſcript in antiq.Sarn.in reg.
de ſubrog. q.9. aut verba ſurrogationis ſint
valde generalia: Mohed.dec.5.num.5. de re-
ſtit ſpol.Rot. dec.5.in fin.ut lit.pend.in nov.&c.
& dec.81.de reſcript.in antiq.arg.Clem. unica,
& ibi not.per Zab.in 6.& 7.not.& 1.oppoſ.poſt
gl.de immun.eccl. & Can. nec ad litem † ex- 54
cepto quando in narrativa fit mentio litis,
& in diſpoſitiva legitur clauſula, ipſumque
in omni jure,& ad omne jus, quod illi quo-
modolibet competebat &c. Rot. diverſ. dec.
592.lib.3.par.3.atteſtans de uſu palatii,& ab-
breviatorum Sarn.in reg.de trienn. q. 14.num.
3.& plurib. ſeqq. arg. l. hæres meus §. 1.& 2.
ff. de leg. 3. neque etiam ad ſpolium † niſi 55
quando in narrativa fuit nominatum, licet
non in diſpoſitiva, Achill.dec.25.de reſt.ſpol.
Rot. diverſ d. deciſ.592.ſub num.3.Caput.deciſ.
227.part.3.Put.dec.375.lib.1.Sarn. in reg. de
trienn. qu.xj. num.14. verſ. circa vero 2.artic.
& num.ſeqq. quia ſurrogato gratioſe quoad
poſſeſſionem non competit actio ſpolii,
quia nunquam poſſedit, & ex ſurrogatione
non competit ei niſi interdictum adipiſcen-
dæ: Mohed.deciſ.21.de reſtit.ſpol.Iaſ. in l.ſi ſo-
rori ſub num.2.verſ.2.limita,& ibi Alex.& DD.
communiter C. de jur. delib. quod ſi omnes
iſtæ clauſulæ in eadem ſupplicatione fue-
runt obtentæ, poterit impetrans expedire
ſingulas litteras ſeparatas ex ſingulis huiuſ-
modi clauſulis, Mandoſ. de ſign.grat. litt. ſur-
rogationes verſ. clauſula Rot.deciſ.387.part.3.
lib 3.quia non ſunt ita coniunctæ, quomi-
nus ſimul per ſe poſſint cōſiſtere,immo ſur-
rogatus ex dictis huiuſmodi litteris ad par-
tes expeditis, admittitur ad actionem ſpo-
lii, ac poſſeſſionem abſque verificatione
litis, etiam quando mentio litis facta eſt
in corpore ſeparatim à diſpoſitiva clauſula-
rum;quia clauſulæ,quatenus litigioſum &c.
addunt & ampliant gratiam,& non reſtrin-
gunt, ſecus quando in diſpoſitiva extaret
clau-

clauſula exprimens litem, quæ intelligitur
declarare, & limitare omnia præcedentia,
ut dicantur tum conceſſa, ſi tunc adſit lis;
*Rot.d.deciſ.387 par.3.lib.3.atteſtans de uſu ab-
breviatorum Rot. diverſ.dec.456.ſub num. 3.
part 3.lib.3.Pan.in c.in noſtra numer. 5. & ibi
Can.de reſcript.Gonz.ſuper reg. Canc. de menſ.*
56 *& ali.gl.5.§.9.num.58.& ſeqq.* multo † mi-
nus cenſetur ſubrogatus ad fructus, etiamſi
in gratia fiat mentio litis, & ſequeſtri fru-
ctuum, *Put.deciſ.220. lib. 2. l. fructus & l. ex
diverſo in princ. & §. 1. ff. de rei vendic.* quia
fructus non ſunt jus in eccleſia, vel ad eccle-
ſiam, ſed penitus quid diverſum, veniunt-
que in condemnationem acceſſorie, & lite
pendente poſſunt alienari propter com-
modum poſſeſſionis, *§ retinendæ Inſtit.de in-
terd.* niſi mota ſit etiam lis ſuper fructibus, &
data ſit ſubrogatio in lite, *Bellam. deciſ. 366.
l.fin. & l.emptori C. de hæred. vel act. vend. l. qui
filii familias ff. eod tit. & melior eſt tex. in l. 2.
§. non ſolum, verſ. ſed etſi novaverit ff. eod. tit.*
aut lis expreſſe pendeat ſuper ſpolio, & ſub-
rogatio facta ſit quoad poſſeſſionem & ſpo-
lium: *Rot.diverſ.deciſ.807.numer. 2.part. 1.
Put.deciſ.159.lib.3.l.ædiles 1.§.item ſciendum
eſt, ff. de ædilit. edict. &c.* item non cenſetur
57 ſubrogatus ad exceptionem † de regula tri-
ennali in judicio deductam, quia in ſubro-
gato deficit qualitas, quæ erat in eo cui fuit
ſubrogatus: *l. parabolam & ibi Bald. C. de
epiſc. & cler. Bart. in l. 1. numer. 4. C. de præpoſ.
agen. in reb. lib. 12. Mohed. dec. 2. de cauſ. poſſ.
& propr.* eadem ratione ſubrogatus in jus pe-
titoris prædefuncti, pro quo lata fuit ſen-
tentia in Curia contra poſſeſſorem, ſed non
decretum fuit ſequeſtrum, non poteſt pe-
tere ſequeſtrum decerni, *Cæſ deciſ. 5. de ſe-
queſt. poſſ. & fruct. Zab. conſ. 145. num. 3. &
4.* ob defectum qualitatis, quia jura ſubro-
gati non ſunt diſcuſſa ſicut prædefuncti:
*Zab. in Clem. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. ſub nu.
13. verſ. & ex his colligitur,* In gratioſa ſubro-
gatione † non admittitur exceptio defectus 58
dominii, *Card. Zeraph. deciſ. 596. in fin. Bald.
in rub. de cauſ. poſſ. & propr ſub num. 13. in fin.
verſ. & nota quod edictum & num. 14. Tiraq.
in tract. le mort. ſaiſit le viſ. part. 6. declar. 5. n.
5. & ſeq.* niſi incontinenti de eo doceatur:
*Bart. in l. fin. § ſin autem aliquis num. 21. C. de
edict. D. Adr. toll. Put. deciſ. 7. de cauſ. poſſ. &
propr.* de non verificatis narratis, aut aliæ
ſimiles, quæ reſpiciunt petitorium, *Put.
deciſ. 484. lib. 2. l. 1. §. huius autem interdicti ff.
uti poſſid. l. is qui deſtinavit ff. de rei vendic.* ſed
admittitur exceptio ſimilis ſurrogationis in
jus eiuſdem prædefuncti, & tunc procedi-
tur ordinarie per tres conformes, *Bart. in d.
l. fin. §. ſin autem aliquis ſub num. 21. C. de edict.
D. Adr. toll. Mohed. deciſ. 5. ut litt. pend. &c.*
etiamſi alter præter bullas ſurrogationis ha-
beret breve de immittendo in poſſeſſio-
nem cum clauſula, amoto &c. *Put. dec. 1. de
cauſ. poſſ. propr. Put. deciſ. 294. lib. 1. Bart. in l.
fin. §. ſin autem num. 20. & 21. C. de edict. Diu.
Adrian. toll. & ibi DD. per illam tex.* Quando
quis ſurrogatus eſt ad proſecutionem exe-
cutorialium jam intimatarum, proceditur
ad declaratoriam abſque nova perſonali ea-
rumdem intimatione, quia facta prima in-
timatione ad inſtantiam defuncti, lapſo
termino dato ad parendum, adverſarius in-
cidit in cenſuras; unde non tractatur de
incurſu cenſurarum, ſed tantum de declara-
toria earum, quæ ferri poteſt abſque cita-
tione, ſed requiritur intimatio ſurrogatio-
nis, quam ſufficit procuratori, ſi adverſarius
eum habet in Curia, intimare: *Put. dec. 324.
lib. 1.* Surrogatio non datur † intruſo, *Regal.* 59
*Canc. 28. de ſurrog. collit.* niſi poſſeſſionem
dimittat, antequam petat ſe in jus alterius
ſurrogari, *Reb. in prax. in 2. part. in reg. Canc.*
*de ſub-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de ſubrog. collit. in verb. dummodo præfatus colli-
tigans num. 25. Intruſus eſt, qui abſque titu-
lo ejus, qui dare poteſt, tenet beneficium, &
eſt in mala fide; Rot. deciſ. 13. de cauſ poſſ. &
propr. in antiq. Felin. in c. veniens in 2 not. ubi
ponit 8. modos intruſionis de accuſ. & ibi DD.
tamen ſufficit petenti ſurrogationem in jus
prædefuncti probare ſe collationem obti-
nuiſſe à ſuperiore, licet de facto, & non de
jure: Bellam. deciſ. 116. arg. l. ubi autem non ap-
paret §. fin. & ibi gloſſ fin. ff. de verb. oblig. §. ſic
itaque diſcretis, & ibi gloſſ. ord. & ſylveſt. in verb.
mag. de action. Neque ei qui ſuper beneficio
contra adverſarium ſuum, poſtquam illud
per triennium pacifice poſſedit, litem mo-
vit, d. regul. Cancell. 28. improbo vel litigatori;
l. 1. §. 1. ff. de litig. Caſſad. dec. 7. de dol. & con-
tum. & deciſ. 5. num. 3. ut litt. pend. &c. Franc.
in c. 1. in princ. eod. in 6. ſed improbus dici ne-
quit, quamdiu jus ſuum juſtificare poteſt, l.
qui non probaſſe C. de calumniat. Greg. 15. deciſ.
125. num. 3. & ſeqq. l. athletas § calumniator &
ibi gloſſ. in verb. ex utraque parte, & Bart. num.
3. & 4. ff. de his, qui not. infam. Felin. in c. 2. num.
4. & ſeqq. & num. 10. in fin. de calumn. Greg. 15.
dec 426. num. 8. & ibi annot. ideoque in ſur-
rogatione additur clauſula, Quatenus vera
ſit lis, l. in ſumma verſ. ſin autem evidens calu-
mnia ff. de condit. indeb. ſufficitque cauſam li-
tigandi eſſe probabilem, aut coloratum:
Greg. 15. deciſ. 27. num. 7. & ſeqq. l. qui in jus §.
nemo l. non poteſt videri improbus ff. de reg. jur. l.
eum quem & ibi gloſſ. 1. & DD. ff. de jud. nec a-
genti ad privationem de crimine, Sarn. in
reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 7. ſive privandus
ſit per ſententiam, ſive ipſo jure ſit privatus,
Sarn. in reg. de ſubrog. collit. quæſt. 7. poſt princ.
contra gloſſatorem in d. reg. pag. 3. verſ. aliqui
curioſi, quia non eſt cauſa beneficialis, c. fin.
& ibi gloſſ. in verb. finita & Can. ut lit. pend. &c.
in 6. niſi poſt primam privationis ſenten-
tiam, Sarn. in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 7.
num. 6. verſ. hinc eſt quod &c. Staphyl. de ſign.
litt. juſt. §. ultimo quoad num. 16. Greg. 18. de-
ciſ. 426. num. 9. & 10. quia ſurrogatio non
datur ad beneficium vacaturum, ſed poſt-
quam vacat: cap. 2. de conceſſ. præb. Ea-
dem ratione in jure ad rem non datur ſurro-
gatio, quia beneficium non vacat per obi-
tum habentis jus ad beneficiũ, Vital. in clem.
1. n. 47. & ſeqq ut lit. pend. &c. poſt gl. in verb.
collato Rot. deciſ. fin. de elect. in nov. Card. Se-
raph. deciſ. 596. num. 4. dicens illud eſſe contro-
verſum.

Dubitari contingit, an excludantur † à 60
ſurrogatione impetrantes beneficia vacan-
tia per aſſecutionem pacificam, ſive ob non
dimiſſionem plurium incompatibilium be-
neficiorum, Mand. in reg. de ſubrog. collitig.
quæſt. 6. proponit hanc quæſtionem in ter-
minis generalibus, An regula excludat à
ſubrogatione impetrantes beneficia quo-
rumcumque viventium, quam diſputat in
utramque partem, & non decidit, Equidem
in caſu propoſito, puto impetrantibus be-
neficia vacantia per aſſecutionem alterius
incompatibilis, dandam eſſe ſubrogatio-
nem: primo quia cauſa eſt beneficialis, nam
impetrans habet jus non ſolum ad benefi-
cium, ſed in beneficio, & adverſarium petit
à beneficii incompatibilis detentione re-
movere, & illud ſibi aſſignari, quod dicit ad
ſe ſpectare, c. fin. & ibi gl. fin. in verbo finita in
fin. & Can. ut lit. pend. &c. in 6. c. olim de præſcr.
& ibi Can. Pariſ. de reſign. lib. 3. quæſt. 1. num. 5.
& ſeqq. Alf. Hoieda de benef. incompat. part. 1. c.
13. num. 59. & ſeqq. dicens non requiri declara-
toriam. Secundo, quia Concilium Triden-
tinum tollit præſumptam diſpenſationem
inſurgentem ex poſſeſſione triennali, tum
ex inducta geminata privatione ipſo jure:
c. 4. ibi, juxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem

ipſo jure etiam præſentis canonis vigore privatus exiſtat, ſeſſ. 7. tum ex decreto, quod fructus tuta conſcientia non retineat, c. cum eccleſiaſticus §. illi vero in fin. ſeſſ. 24. c. dudum el. in princ. de elect. ibi Pan. in 5. not. & Can. Rot. diverſ. deciſ. 24. parte 2. Tertio, quia fructus non poſſunt, aut debent obtinenti plura incompatibilia ſolvi, gl. fin. in c. ex inſinuatione de procur. & ibi Can. Rot. deciſ. 1. num. 5. de reſtit. ſpoliat. in nov. Hoied. de benef. incomp. part. 1. c. 13. num. 6. Tiraq. in l. ſi unquam, in verb. revertatur num. 365. & ſeqq. etiam ante ſententiam declaratoriam, Anch. in c. ad apoſtolica in 20. not. de ſent. & re jud. Quarto, quia per aſſecutionem pacificam ſecundi incompatibilis quis ipſo jure amittit titulum, & poſſeſſionem primi ſimilis, Extravag. Io. 22. Execrabilis §. qui vero deinceps & ibi gl. in verbo ipſo jure, & verbo dimittere hoc tit. c. ordinarij, & ibi gl. in verbo libere, Archid. num. 3. & Can. de off. ord. in 6. c. de multa hoc tit. c. eum qui eod. tit. in 6. c. dudum el. 2. in princ. verſ. in ſua quoque ibi nullat. pertineret de elect. & ibi Pan. in 6. not. & ideo non poteſt illud reſignare, Pariſ. de reſign. libr. 3. q. 1. n. 50. & ſeqq. Quinto quia de ſtylo impetrantibus certo modo per privationem, denegantur gratiæ, ſi neutri, & ſurrogationis, quia perſona ſolum propter crimen eſt litigioſa, gl. in verbo finita, verſ. pone enim quod clericus, & Can. ut lit. pend. &c. in 6. Quint. Mandoſ. in tract. de ſign. grat. tit. privationes col. 8. verſ. in privationibus. ac beneficium, antequam adverſarius eo privetur, non vacat, ac impetranti nullum ad beneficium jus quæſitum eſt, niſi conditionaliter, ſive in certum eventum, ſi de crimine conſtiterit. Quint. Mandoſ. in tract. de ſign. grat. tit. privationes in princ. Gemin. conſ. 105. dicens quod lite pendente non poßit per epiſcopum rem accuſato diſpenſari. & accuſatus pendente accuſatione poteſt illud renunciare, c. dudum el. 2. de electe.
lect. in fin. c. per tuas el. 1. in fin. de ſimon. Pariſ. de reſcript. libr. 3. qu. 16. per totam. in impetratione propter aſſecutionem alterius ſecundi incompatibilis, perſona non fit litigioſa, ſed ipſum beneficium ex deductis ſupra: verum Dataria apoſtolica impetrantibus per aſſecutionem, & incompatibilitatem denegat ſubrogationem, quia reputat hos & ſimiles titulos piſcatorios. Imperatur ſurro-
gatio † à ſolo Papa ordinarius non poteſt 61
aliquem ſurrogare in locum cedentis, vel
decedentis lite pendente, c. 2. & ibi Franc. in 2. not. & DD. communiter ut lit. pend. &c. in 6. & proviſus ab ordinario contra formam, & decretum irritans d. c. 2. ut lit. pend. in 6. eſt removendus de facto à poſſeſſione, Rot. deciſ. 3. de reſtit ſpoliat. in nov. Caſſad. deciſ. 9. nu. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ. 5. ut lit. pend. &c. in antiq. c. ut noſtrum de appell. c. ſi eo tempore de elect. in 6. Inn. in c. ex parte de reſtit. ſpoliat. Gemin. in c. ſtatutum in fin. hoc tit. in 6. An in ſurrogatione debeat exprimi menſis juxta regul. Cancell. de menſib. & altern. vide Gonzal. in dicta Regul. gloſſ. 32. num. 40. in fin.
Præterea quando conſtat † de reſervatione 62
beneficii, ita quod manus ordinarii fuerint ligatæ, ut providere non potuerit, obſtante reſervatione ſolet concedi gratioſa ſurrogatio in jus, ac poſſeſſionem defuncti, ac verificata reſervatione, poſſeſſione defuncti, & clericatu ſubrogati abſque alia verificatione, ſtatim conceditur mandatum de immittendo in poſſeſſionem dicti beneficii proviſo, ſive ſubrogato, quia nulli fit injuria ex quo nullus præter Papam poterit tale beneficium conferre, Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern. §. 7. prooem. num. 211. & ſeqq. Puteus deciſ. 484. lib. 2. Mohed. dec. xj. ut lit. pend. &c.

Primariæ preces † conceduntur à ſum- 63
Pontifice Imperatori poſt præſtitum juramen-

mentum, c. tibi 63. diſtinct. quæ non dant Im-
peratori collationem, ſed poteſtatem faci-
endi recipi unum in qualibet eccleſia Alle-
manniæ, & deputandi executores ad provi-
dendum & compellendum, Put. deciſ. 413.
lib. 2 unde ſolent dici tales recepti ad pri-
marias preces Imperatoris, ſpec. hoc tit. §. re-
ſtat. n 7. Ioan Andr. in c. u cui hoc tit. in 6. num.
1. Franc. Marc. quæſt. 1022. parte 1. non ſolum
in menſibus ſedis Apoſtolicæ, ſed in quibus-
vis etiam ordinariis collatoribus per conſti-
tutiones alternativas, privilegia, indulta,
quacunque conceſſis & aliis quibusvis men-
ſibus quæ generalitas determinat ſpecies
emanatas videlicet conſtitutiones alterna-
tivas privilegia, illaque ampliat, l. quoties C.
famil. herciſc. l. legatores §. fin. ff. de leg. 2. Sed
64 non extendit ſe † ad concordata Germaniæ,
id eſt, ad menſes per eadem concordata or-
dinariis collatoribus conceſſos, quæ ſunt
diverſi generis, Clem. 1. h. t. & ibi Panor. num.
8. Zab. in §. ad hæc num. 1. & Can. ac inita fue-
runt inter Romanam Eccleſiam, & natio-
nem Germanicam pro pace, & tranquillita-
te confirmandis, Bald. in l. fin. in fin. De tranſ-
act. Bald. in l. digna vox in fin. C. de legib. & ibi
Add. Ioan. de Anan. in c. fin. num. 14. ne præl. vic.
ſuas, &c. Auth. de defenſ. Civit. §. jusjurandum
& ibi gloſſ. in verbo juriſdictione in fin. & DD.
etiamſi dicta generalitas ſit geminata, l. Ca-
jus ff. de leg. 2. l. ſi mihi Mævia ff. de leg. 3. & ibi
gloſſ. alleg. concord. l. cui dulcia §. fin ff. de vin.
trit. & ol leg. Put. in ſimili deciſ. 20 lib. 3. quia
conceſſio primariarum precum eſt gratia
ad vacatura, & reſtringibilis, d. Clem. 1. & ibi
gloſſ in verbo quamvis, Anch. num. 12. Socin. ſen.
in l. quidam relegatus num. 10. ff. de reb. dub.
juncto c. quamvis el. 1. in princ. hoc tit. in 6. & c.
ſuſceptum, & ibi not. de reſcrip. in 6. & conce-
ditur ad ſupplicationem Imperatoris, l. 1. C.
de petit. bon. ſub lib. 10. Gemin. deciſ. 65. num. 31.
c. ſi motu, & ibi Can. hoc tit. in 6. tum quia
clauſula generalis nunquam includit majo-
ra expreſſis, Clem. non poteſt de procur. c. ſedes
de reſcript. Gemin. in c. cum in illis §. cum au-
tem, & ibi Franc. n. 2. & Can. hoc tit. in 6. &
talem eſſe ſummorum Pontificum volunta-
tem declarat clauſula immediate ſubſe-
quens, & quæ perſonæ, pro quibus preces, &
nominationes hujuſmodi factæ fuerint,
quatenus hujuſmodi preces ad illa ſe ex-
tendant, duxerint acceptanda, dictio enim,
quatenus, eſt limitativa, c. placet. de converſ.
conjug. l. ſtichum qui meus erit ff. de leg. 1. l. ſi
quis crediderit ff. de pact. Dec. conſ. 382. num. 2.
& ſtat conditionaliter, Bart. in l. 1. num. 20.
ff. de condit. & demonſtr. Hæc facit quod
in non obſtantiis indulti precum legatur ex-
preſſa derogatio concordatorum, quia hæ
clauſulæ, non tollunt jus alteri quæſitum
Clem. 1. in fin. hoc tit. Rot. dec. 33. num. xj. in
antiq. plures cumulans. neque ampliant in-
dultum, Bald. in l. eam quam num. 36. in fin. C.
de fideic. d. Clem. 1. in fin. & ibi Can. Pan. in c.
cum noſtris numer. 2. de conceſſ. præb. Caput.
deciſ. 83. num. 3. part. 1. & ex verbis ſubſe-
quentibus, ad quorum ſolemnitatem, for-
mam, &c. ſeu obſervantiam habentes pre-
ces minime teneantur, intelligitur quod
ſummus Pontifex derogaverit concordatis
in ſui præjudicium, quia præciſtæ non ex-
pediunt Bullas, nec ſolvunt annatas juxta
tenorum concordatorum, l. fin & ibi not. ff. de
conſt. Princip. c. olim de verbo ſignif. & ibi poſt
gl. Can. c. cum dilectus in fin. de donat. & ibi Can.
& clauſula revocatoria revocat catenus,
quatenus repugnantia repetitur, l. fin. & ibi
Bald. num. 3. C. de lat. liber. toll. &c. & quod
ſummi Pontifices † non cogitaverint con- 65
cordatis derogare in præjudicium ordina-
riorum collatorum, probatur ex eo, quia
dictæ derogationi nunquam ſuppoſuerunt

clauſulam inhibitoriam, ne ipſi ad proviſio-
nes faciendas accedant, *cap. ſi eo tempore de
elect. in 6. & ibi poſt gloſſ. in verbo proviſionem
Can. facit c. dudum in fin. de decim.* aut decre-
tum irritans ordinariorum collationes, *c. ſi
ſoli de conceſſ. præb. in 6. cap. tibi §. quinimo
de reſcr. in 6.* quodque verba privilegii non
ſunt interpretanda in alterius præjudicium,
*c. cum olim in fin. de conſuet. & ibi gl. & Can.
l. 2. §. ſi quis à principe ff. ne quid in loc. publ. l. ſi
cui ff. de ſervit.* & ex clauſula concordato-
rum & durabit deinceps, niſi in futuro
Concilio de conſenſu dictæ nationis aliter
fuerit ordinatum, *Rom. conſ. 436. num. 16. &
ſeqq.* Ex eiſdem rationibus cenſeo non eſſe
derogatum concordatis Leodienſibus, quæ
ſunt concordatis Germaniæ favorabiliora,
*Caſſad. deciſ. 7. ſub num. 4. ſuper regul. Cancell.*
nam conceſſa fuerunt per viam contractus,
*cap. ex multiplici de decim. c. veniens & ibi de
tranſact.* & ex cauſa bene meritorum, *l. ariſt.
l. hoc jure §. 1. & fin. ff. de donat.* & ideo viden-
tur irrevocabilia, *l. ſi Pater §. fin. ff. de donat.
Rom. conſ. 298. num. 4. Rom. ſing. 520. donatio,
& fuſius in l. ſi vero §. de viro num. 46. de ſolut.*
66 *matr.* Imperator habet † jus primariarum
precum auctoritate apoſtolica, *Rot. deciſ. 15.
hoc tit. in antiquiore ſpet. tit. de præb. §. reſtat. n.
7. Gail. obſerv. 155. num. 6. & ſeq. lib. 2. late Re-
ſtaur. Caſtald. de imp. quæſt. 100. numer. 14.* ad
beneficia etiam reſervata, non tamen ad
maiores dignitates poſt pontificalem, aut
principales in Collegiatis, vel ad devoluta,
ſeu litigioſa, *conſtat ex tenore indulti præcum
per Paulum 5. conſſi Ferdinan. 2. Imperatori,*
quæ præciſtæ, ſive nominati intra menſem,
*Clem. 1. §. ſecus, & ibi gl. in verbo intra menſem,
& Can. hoc tit. Felin. in c. cum ex officii num. 36.
verſ. & tu pondera de præſcr. Caſſad. deciſ. 1. nu.
2. de decret. in reſerv.* duxerint acceptanda,
*Anch. in Clem. unica numer. 6. de conceſſ. præb.
Caſſad. deciſ. 2. de decret. in reſer. Put. deciſ. 230.
lib. 1. & 408. l. 2. Mohed. deciſ. 10. de conceſſ.
præb. Caputaq. deciſ. 35. part. 2.* cum decreto
irritanti, ita quod inſinuatio precum, facta
collatoribus, *c. ſi capitulo & ibi gloſſ. in verbo
capitulo Franc. num. 6. de conceſſ. præb. in 6.* &
beneficii vacantis acceptatio, in præſentia
idoneorum teſtium etiam ſine præſentia, &
collatione executorum impediant collatio-
nem alteri faciendam, *c. 1. circa finem, & ibi
gloſſ. in verbo acceptaret, de conceſſ. præb. in 6.
& Franc. & Anchar. Clem. 1. §. ſecus, & ibi gloſ.
in verbo executorem, de conceſſ. præb. c. fin. & ibi
gloſſ. in verbo provideret de præbend.* & ſi pri-
mus, & ſecundus præciſta in data accepta-
verint infra menſem, collatio facta ſecundo
eſt irrita propter acceptationem primi, *Rot.
deciſ. 21. & 24. de conceſſ. præb in antiq. & de-
ciſ. 14. hoc tit. in antiquior. c. quodam hoc tit. in
6.* Diſpenſatio, & habilitas † nominari, ſeu 67
præciſtæ non requiritur tempore datæ gra-
tiæ precum, ſed ſufficit habilitatem, & di-
ſpenſationem præciſtæ adeſſe tempore va-
cationis, quia non agitur de ſurreptione
gratiæ, *Creſc. deciſ. xj. de conceſſ. præb. per text.
in c. ei cui hoc tit. in 6. cum gloſſ. in verbo non-
dum Gemin. & Can. Pan. in c. dilectus el 1. num.
9. & 11. hoc tit.* Non habent locum in Ita-
lia, aut in Ducatu Mediolanenſi, *Creſc. deciſ.
3. hoc tit. atteſtans de uſu & ſtylo.* & ſummus
Pontifex non ſolet illis derogare, *Mohed de-
ciſ. 23. num. 4. hoc tit. c. 2. & ibi Gemin. ſub num.
12. & Can. communiter hoc tit. in 6.* ſæcularis
receptus ad primarias preces in beneficio
regulari habet titulum coloratum, *Achill de-
ciſ. 9. de reſtit. ſpoliat. Felin. in c. in noſtra ſub 40.
corollario verſ. ſexto nota, quod ſi regularis de
reſcript. arg. c. cum noſtris de conceſſ præb.* In re-
liquis inſpiciendus eſt tenor indulti pre-
cum, quia ſummi Pontifices ſub diverſis
formis huiuſmodi primarias preces Impe-
ratoribus

ratoribus conceſſerunt , earumque tenor pendet ex mera, & gratioſa voluntate ſummorum Pontificum , ut earum impetratio , & conceſſio quaſi impoſſibilis reputetur, *l.idem Iulianus* §. *fin.ff.de leg.* 1. *& ibi DD. l.continuus* §. *cum quis, & ibi gl.in verbo relicta ſunt, & DD.ff.de verb.oblig.faciunt not. per Innoc.in c. filius in verbo teneantur de teſtam.facit l. Lucius Titius ff.de eviction.Panorm.in cap. quod Dei timorem num.* 8. *de ſtat.Monach.* Valida quoque eſt conſuetudo, quod epiſcopus in eius jucundo adventu poſſit creare canonicem in qualibet eccleſia ſuæ Civitatis, & Diœceſis, *Rot.dec.* 11. *de conſuetud. in antiq.Franc.Marc.*1023.*n.*9.*part.* 1.

68 Indulgentia, † ſive tollerantia ſedis apoſtolicæ habent jus conferendi præbendas, & alia beneficia eccleſiaſtica, exceptis parochialibus eccleſiis, in pluribus Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus Eccleſiis, quando vacant , & temporalia ſub eorum manu, Rex Franciæ, *Franc.Marc.deciſ.*90.*numer.*6. *&* 7.*part.*1.*& deciſ.*44.*num.* 12.*part.* 2. *& deciſ.*1022.*n.*10.*& ſeq.part.* 1. Reges Vngariæ, & Angliæ, *Bald. in l. reſcripta ſub num.* 8. *verſ.item committit ſpiritualia mero laico C. de prec. Imp.off.Oldrad. conſ.* 1. *ſub num.* 5. *late Reſt.Caſt.de Imper.quæſt.*100. *Achill.c.*2. *Paulo ante finem hoc tit.in* 6. ac Apuliæ, *gloſſ.* 1. *in fin. in ſumma* 16. *quæſt.* 7. præterea Delphinus, *Franc.Marc.d.deciſ.*90.*in princ.part.*1.*& deciſ.* 44.*in princ.part.* 2. etiamſi contingat dicta beneficia vacare in Curia Romana, *Anchar. in c.*2.*in* 5.*quæſt.hoc tit. in* 6. *& ibi Gemin. & Can.* non tamen conferendo tribuunt aliquod jus ſpirituale, ſed inveſtitus conſequitur jus ſpirituale à confirmatore , vel alio miniſtro Eccleſiaſtico, *Clem.* 1. §. *ſecus, & ibi Vital.n.*67.*& ſeqq.de conceſſ.præbend.*

69 Alternativa † à ſummo Pontifice conceditur Epiſcopis , & ſuperioribus Prælatis , quamdiu apud eccleſias , & diœceſes ſuas verè & perſonaliter reſederint dumtaxat , quæ reſidentia probanda eſt *Gonzal. ſuper regul.de menſ.& altern.gloſſ.*43.*num.*161.*& plurib.ſeqq.Garc.de benef.par.*5.*c.*1.*num.*502. *& ſeqq. Greg.XV. deciſ.* 70. *& deciſ.* 94. *& ibi annot.num.xj.& deciſ.* 163. de tempore vacationis beneficii, *Greg* 15 *deciſ* 239.*in prin. & in fin.* de omnibus, & quibuſcumque beneficiis ad liberam ipſorum dumtaxat diſpoſitionem pertinentibus, *Greg.* 15. *deciſ.* 103.*num.*4.*& ſeqq.& dec.*314.*num.*3. *& ibi annot. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.* 45.*num.*1.*& ſeqq.Garc.de benef. part.* 5. *c.* 1. *num.* 574. *& ſeqq.* quæ menſibus Februarii &c. extra Curiam ipſam vacare contigerit, dummodo alias reſervata , vel affecta non fuerint , poſtquam acceptaverint gratiam alternativæ per literas parentes manu propria ſubſcriptas ſuoque ſigillo munitas , & in ſua civitate, vel diœceſi datas, quas ad Datarium ſuæ ſanctitatis tranſmittere tenentur , quibus ab eo receptis , & recognitis tunc demum , & non antea utuntur gratia ſupradicta, ut latius ſtatuitur *in reg.* 8. *Cancell.* §. *inſuper cum decreto irritanti:* quæ non requirit litterarum expeditionem , prout Stylus antiquus requirebat , quando alternativa impetrabatur per ſupplicationem, *Put.deciſ* 387.*lib.*3. *Mohed.deciſ.*3.*de reſcr. & deciſ.*18.*num.*1.*hoc tit.Caſſad. deciſ.*2.*num* 3. *& ſeqq.de reſt.ſpol.arg.c.ſuper eo* 2.*in fin.de appell. gloſſ. in Clem.* 1. *in verb. receptis de procur. juncto c.licet, & ibi not.per Pan. num.*3. *& Felin. & Can. de off. ordin.* nec eſt ſublatio ſimplex obſtaculorum ; *Fel. in c.cum ex officii nu.* 6. *& ibi Pan. de præſcr.* ſed dantur epiſcopis duo menſes ex menſibus Papæ , ac etiam conceditur aliquid , quod jure communi eis non competit , quia Papa eſt ordinarius totius mundi , habens poteſtatem conferendi

 rendi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rendi omnia beneficia, *dictum eſt ſupra in 4. modo proviſivo*, & per alternativam coarctatur, ita quod gratiæ cōceſſæ à Papa ſint nullæ, ſtante decreto irritante ſuper conceſſa, & acceptata alternativa, c. *quodã, & ibi Franc. in 2. not. & Gem. & Can. hoc tit. in 6. Rot. diverſ. dec. 106. num. 2. & 3. par. 1. Mohed. dec. 21. hoc tit. in princ. & num. 1. & in terminis alternat. deciſ. 1. in fin. de conceſſ. præb. Put. deciſ. 387. ſub num. 1. lib. 3.* quod operatur reſpectu proprietatis, non inficit poſſeſſionem, quia alternativa non eſt proviſio de aliquo beneficio, ſed facultas providendi cum remotione obſtaculorum, *Caſſad. deciſ. 2. num. 3. & 4. de reſtit. ſpol. Felin. in c. cum ex officii, ante num. 37. verſ. quid autem ſi epiſcopus de*
70 *præſcript.* Non comprehenditur ſub † generali revocatione, quando agitur de totali eius revocatione, quia alternativa eſt favorabilis, niſi fiat de alternativa mentio ſpecialis, *Mohed. deciſ 1. de conceſſ. præb. l. item apud §. hoc edictum ff. de injur. c. quamvis §. quamquam hoc tit. in 6.* An autem comprehendatur ſub generali revocatione, quando effectus alternativæ ſuſpenditur pro ea vice, variè obſervatum fuit in Rota. Mohed. *d. deciſ. 1. de conceſſ. præb.* decidit comprehendi, & derogatum cenſeri alternativæ, quia eſt gratia, quæ tollitur, & ſuſpenditur per clauſulas generales derogantes indultis, nō obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indultis, prærogativis, & literis Apoſtolicis &c. Contrarium deciſum fuiſſe atteſtatur Put. *deciſ. 212. & 215. lib. 1.* quia licet alternativa poſſit dici privilegium, ſeu indultum, tamen nunquam ſub verbis generalibus de privilegiis, & indultis cenſetur derogatum privilegiis de conferendo, aut alternativis, tum etiã quia alternativa hodie datur per regulam Cancellariæ, & derogatio regularum Cancellariæ non venit ſub verbis generalibus, non obſtantibus, *Caſſad. deciſ. 38. num. xj. ſuper reg. Cancell. Mandoſ. in reg. 19. reſerv. quæſt. 19. ſub num. 1.* attentis decreto irritanti appoſito in dicta regula 8. Cancellariæ, *Rom. conſ. 488. in fin. Rot. diverſ. deciſ. 2057. n. 1. part. 3. lib. 3.* Styloque palatii, & Cancellariæ, quo receptum eſt, nunquam cenſeatur derogatum regulis Cancellariæ, niſi tenor regulæ de verbo ad verbum in principio litterarum prænarretur; & poſtea in nō obſtantiis ponatur, non obſtante voluntate noſtra priori, & ordinationibus præmiſſis, *arg. Clem. 1. h. t. Mandoſ. de ſignat. grat. titul. de rogatione regularem, verſ. penult. & fin. Sarn. in proœm. regul. Cancell. q. 6. n. 13. & ibi fuſius ſub num. 16.* Epiſcopus habens alternativam
† ſi poſtea obtinet à ſummo Pontifice in- 71
dultum conferendi in omnibus menſibus, & conferat aliquod beneficium vigore indulti, non videtur renunciare alternativæ, quia privilegium ſecundum nunquam tollit primum, niſi privilegia ſint inter ſe contraria, *Butr. in c. accedentibus ſub num. 8. verſ. per prædicta conclude de privil. & ibi Can. Caput. deciſ. 309. part. 1.* Privantur Epiſcopi † 72
alternativa ipſo facto in tribus caſibus expreſſis in regula Cancell. 8. reſervatio menſium Apoſtolicorum, §. ac etiam voluit. De reliquis dubiis circa alternativã vide Garc. de benef. part. 5. cap. 1. §. 12. Gonzal. ſuper regulas Cancellariæ de menſib. & altern. à gloſſ. 41. & omnibus aliis gloſſ. ſeqq. uſque ad finem.

Ius nominandi † ſive nominatio com- 73
petit Collegio, & fit ſine ſolemnitate, aliquando de uno, plerumque de duobus, aut pluribus etiam alternative, *Ioan. Andr. in c. 2. in princ. de elect. in 6. Innoc. in c. 60. mem. el. 1. num. 1. de poſtul. Prælat.* & Papa, vel ſuperior poſtea eligit, c *Archidiaconum 85. diſt. gl. fin. in c. bonæ mem. el. 1. & ibi Butr. in fin. de poſtul.*

*poſtul. præl.* pulchre *Panorm. in c. quod ſunt* §.
*ſuper eo num.* 1. *de elect.* à qua non licet reſili-
re, poſtquam ſuperiori eſt præſentata, &
per eam nominato acquiritur, *l. contra San-
ctorum* 16. *quæſt. fin.* c. *placuit* 72. *diſt.* c. *dile-
ctiſſimo* 8. *quæſt.* 2. c. *ei cui* §. *item ſi propr. infir-
mitatem* 2. *quæſt.* 6. nominationes vero li-
bellis vel edoctis factæ contra Conſilium
publicum non valent, à quibus nec appella-
re neceſſe eſt, c. *ei qui appellat* §. *nominationes*
2. *q.* 6. *& ibi gloſſ. & Can.* Præterea conceſſa
74 fuit † nominatio ad vacantes Archiepiſco-
patus, Epiſcopatus, Abbatias, vel Prioratus
Conventuales (in quibus antea ſervanda e-
rat forma c. quia propter de elect.) Regibus
Hiſpaniæ, Franciæ, Poloniæ, & aliis Princi-
pibus, in qua ſervandus eſt tenor privilegii,
& conceſſionis, c. *porro de privil.* c. *ad audien-
tiam de decim.* In Germania libera eſt Præ-
latorum electio. Sunt & aliæ nominatio-
75 nes † quæ ex privilegio Apoſtolico conce-
duntur ab univerſitatibus graduatis, & de-
bito modo qualificatis, ut eiſdem provi-
deatur, de quibus late Rebuff. *in tract. no-
minationum*, in quibus eſt ſervanda forma in
privilegio præſcripta: *d. c. porro d. c. ad audi-
entiam* idem obſervandum eſt in nomina-
76 tionibus, quæ fiunt † in vim ſtatuti, vel con-
ſuetudinis. In dubio quando nominatio
fieri poteſt ex pluribus facultatibus, nomi-
nans non cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad unam,
ſed cenſetur nominatio facta, prout melius
expedit nominanti: *Cæſar. deciſ.* 1. *de elect.
Pan. in c. cum ſuper num.* 12. *& ibi Felin. ſub nu.*
15. *verſ. modo, & num.* 6. *& plurib. & ſeqq. &
Can communiter de off. deleg.* nominatus ab
eligente videtur nominatus à committente,
ſeu conferente electionem *l. item eorum* §. *ſi
decuriones ff. quod cuiusque univerſ. & c. l.* 1. §.
*magiſtrum el.* 2. *ff. de exer. l. unum ex familia* §.
*ſi de falcid. ff. de leg.* 2.

Indultum de conferendo, † ſolet ſum- 77
mus Pontifex concedere Cardinalibus, ac
aliis benemeritis obtinentibus Cathedrales
eccleſias, & Abbatias, ut de omnibus bene-
ficiis ad eorum collationem, inſtitutio-
nem, ſive quamvis aliam diſpoſitionem
pertinentibus libere diſponant, perinde ac
ſi reſervationes, expectativæ &c. non ema-
naſſent, cuius tenor eſt inſpiciendus; c. *por-
ro de privil.* c. *ad audientiam de decim.* in eo
tantum ſolent excipi beneficia vacantia per
reſignationem. *Mohed. deciſ.* 10. *circa fin. de
privil. arg. c. ſuſceptum in* 2. *reſp. de reſcr. in* 6.
*& ibi gl. in verb. cum morte Io. Andr. n.* 2. 3. *&*
4. *& Can. gl. in c. quamvis* 2. *in verb. cedentium
& c. hoc tit. in* 6. *faciunt not. in c. ſunt de verb.
ſignif. in* 6. In dubio contra concedentem
eſt latiſſime † interpretandum, c. *cum dile-* 78
*ctus de conſuet. clem. ſi de beneficio h. t. & ibi gl.
& Can. Felin. in c. cauſam quæ n.* 12. *& ſeq. plures
cumulans de reſcript.* ſed nõ extendendum ad
ſpecialiter reſervata Papæ, ut poſſint admit-
tere reſignationem in favorem, *Put. deciſ.* 12.
*de privil. c. cum pridem de pact. c. ex parte, & ibi
Pan. num.* 4. *& Can. de off. deleg.* c. *apoſtolici &
ibi gloſſ.* 1. *in fin.* 8. *quæſt.* 1. *dictum eſt ſupra tit.
de renunc.* aut taliter reſignata conferre, et-
iamſi habeant clauſulam per quamcumque
dimiſſionem in manibus Papæ, quia intelli-
gitur de ſimplici ceſſione; *Put. deciſ.* 511. *lib.*
2. *c. inter cætera, & ibi poſt gl. in verb. aſſignari.
Can. hoc tit.* c. *ordinationes, & ibi poſt gloſſ. in
verb. pretio Can.* 1. *quæſt.* 1. *Pariſ. de reſign. benef.
lib.* 1. *quæſt.* 4. *nu.* 22. *& pluribus ſequen.* com-
præhendit beneficia vacantia per obitum
aliorum Cardinalium, *Creſc. deciſ.* 2. *de privil.
arg. not. per Felin. in c. cauſam quæ ſub n.* 11. *verſ.
prima declaratio, & num.* 12. *de reſcript gl. in c.
ſtatutum in verbo numerandum & ibi Can. hoc
tit. in* 6. tollit obſtacula, † & gratias præven- 79
tivas, & coadjutorias cũ futura ſucceſſione,
quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia hæ etiam præveniunt vacationem,
quod conſentiens futuræ ſucceſſioni poſt
mortem ipſius conſentiat, non autem ipſo
vivente, *late Mohed. deciſ. 10. de privil. Put deciſ. 468. lib. 2. c. nulla c. relatum de conceſſ. præb. c. deteſtanda § fin. de conc. præb. in 6.* ſed non
regreſſum, quia habet cauſam, & pendet à
jure de præterito, *Caſſad. deciſ. 4. de privil. Caſſad. deciſ. unic. num. 3. de pact. Mohed. deciſ. 11. num. 4. de renunc. l. quæritur §. ſi venditor ff. de Edilit. edict. & c. c. paſtoralis 7. quæſt. 1. c. 2. in fin. de pact.* præſervatque jus quod Cardinales ordinarii habent ſemotis reſervationibus, ut illud quod eſt ordinariæ poteſtatis, libere agant abſque impedimento,
*Caſſad. deciſ. 3. num. 4. & in fin. atteſtans ita Rotam interpretatam fuiſſe indulta Cardinaliũ: Mohed. deciſ. 1. num. 2. de privil. Put. deciſ. 158. l. 2. c. ſi pro debilitate de off. deleg. & ibi poſt gloſ. in verbo liberum Pan. & Can. c. 1. de off. ordin. & ibi Pan. num. 4. & Can. Greg. 15. deciſ. 99. & ibi annot. & deciſ. 491. num. 2. & ibi late annot.* etiam quoad beneficia patrimonialia, licet Cardinales teneantur conferre illis,
quibus debentur, *Put. deciſ. 4. de privil. Caput. deciſ 66. p. 1. Put. deciſ. 163. lib. 3. c. cum de beneficio hoc tit. in 6. c. poſſeßiones de reb. Eccleſ. non alien. Put. deciſ. 158. lib. 2.* nihil autem de
novo dat, neque ampliat eorum juriſdictionem in alterius cuiuſcumq; injuriam, *l. nec avus C. de emancip. cum ſimil. Caſſad. deciſ. 3. n. 2. de privil. l. ſi quando, & ibi Iaſ. num. 3. & DD. communiter. C. de inoff. teſt. Gonz. ſuper reg. Cancell. de menſ & alt. gloſſ. 24. num. 66. & ſeqq. dicens, quod collatio vigore indulti dicitur fieri ex poteſtate ordinaria conferentis. Greg. 15. deciſ 99. & ibi Add.* tantumque comprehendit beneficia, in quorum quaſi poſſeſſione
providendi ſunt illi, quibus illud conceditur: *Rot. deciſ. 49. de reſcript. in antiq. Put. deciſ. 1. & Mohed. deciſ. 8. de privil. Cald. conſ. 23. hoc tit. c. querelam de elect. c. tum olim de cauſ. poſſ. & propr. & aliis vulg.* Hinc indultum providendi beneficia ſpectantia ad ſuam, ſuique
capituli collationem communiter, vel diviſim, non procedit in beneficio, cuius collatio ſpectat ad Epiſcopum tanquã ad Canonicum, & Capitulum: quia indultum datur
Cardinali, ut Epiſcopo, & non uti Canonico, niſi Epiſcopus haberet dimidiam vocem
cum Capitulo, quia tunc indultum præſervaret dimidiam competentem Epiſcopo,
*Mohed. deciſ. 1. de privil. c. poſtulaſtis §. niſi forte de conceſſ. præb.* Præterea conceditur huiuſ-
modi indultum Nuncio, vel † aliis ex gratia, 80
quod morte Papæ re integra non expirat;
*c. ſi cui nulla in princ. hoc tit. in 6.* ſtricte eſt † 81
interpretandum, quia derogat ordinariæ
poteſtati, *Pan. in c. ſi quis contra num. 4. in 2. not. de for. comp. Ioan. Andr. in c. fin. num. 5. de verb. ſig. in 6.* etenim comprehendit vacantia in menſibus ordinarii, in quibus Nuncius
concurrit cum ordinariis, ſicut Papa: *Creſ. deciſ. 8. de privil. c. hi qui, & c. ſi Apoſtolicæ hoc tit. in 6. l. ſolet prætor. ff. de juriſd. om. jud c. 1. §. proinde in fin. ibi, niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendam, de off. leg. in 6.* ideo ſi
detur facultas conferendi beneficia cedentium, & decedentium, non poteſt conferre,
ſi contigerit vacare per uxorationem, aſſecutionem, aut alias &c. *gloſſ. in c. quamvis tibi in verb. cedentium hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. c. fin. & ibi gl. & Can. de verb. ſign. in 6.*
Secundo facultas conferendi cum clauſula,
non tamen de generaliter reſervatis, non ſe
extendit ad beneficia vacantia in octo menſibus reſervatis per regulam Cancellariæ,
etiamſi in derogationibus poſita ſit clauſula, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, &c. ac ſpecialibus, & generalibus reſervationibus hactenus factis, & faciendis: *Franc. in d. c. ſi cui nulla ſub num. 4.*

*Mohed.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mohed. inter omiſſas dec.* 1. *& 2. de privil.* Ter-
tio proviſio à Nuncio facta de vacante in
menſe Pontificio , non capit beneficium
vacans in menſe ordinarii, etiamſi in provi-
ſione adſit clauſula , quovis modo vacet,
quia menſis cenſetur adjectus cauſa taxa-
tionis, *Achill. deciſ.* 1. *hoc tit. Domin. in c. ſuſce-
ptum ſub num.* 6. *verſ. quid ſi de reſcript. in* 6. *&
Franc. num.* 7. *& Can. communiter.* Quarto
Nuncio de Stylo non datur facultas confe-
rendi Canonicatus in Cathedralibus, & Col-
legiatis eccleſiis , *Rot. diverſ. deciſ.* 343. *in
princ. par.* 1. *quæ eſt Cæſ. deciſ.* 2. *hoc tit. atte-
ſtans eſſe de Stylo, arg. c. quamvis §. quamquam
& ibi poſt gloſſ. in verb. non extendit , Can. in* 6.
*hoc tit.* qui ſe moto Stylo ex diſpoſitione ju-
ris veniunt ſub indulto: c. *dudum & ibi gloſſ.*
2. *& Can. hoc tit. in* 6. ac etiam curata, *Franc.
in d. c. ſi cui nulla in* 2. *notab.* & per litteras ſcri-
ptas Nuncio à Cardinale nepote ſummi
Pontificis, quod beneficia omnia , quorum
collatio ſpectaret ad ſedem Apoſtolicam.
quocumque modo conferre poſſit, amplia-
tur facultas Nuncii in qualitate beneficio-
rum : *Cæſ. deciſ.* 1. *&* 2. *hoc tit. arg. c. ſedes de
reſcript. Clem.* 1. *§ ad hoc hoc tit. & ibi Zab. num.*
1. *&* 2. *Pan. num.* 8 *l. fin. §. cui dulcia* 2. *reſp. ff. de
vin. trit & ol. leg. & ibi poſt gloſſ. fin. alleg. con-
cord. Doct.* Quinto indultum Nuncii ſo-
let reſtringi ad beneficia certi valoris , ſive
taxæ, ac etiam certi numeri, ſcilicet ut poſſit
providere de beneficiis , quorum collato-
res , & collatrices ſaltem ſex beneficia ec-
cleſiaſtica conferre habeant, teneturque ab
eo proviſus probare beneficium , de quo
proviſus fuit, eſſe infra taxam, & infra nume-
rum in litteris comprehenſum, quia eſt pars
ſuæ gratiæ, *Achill. deciſ.* 2. *& Creſc. deciſ.* 4.
*de probat. Rot. deciſ.* 10. *eod. in nov. c. cui de non
hoc tit. in* 6. *Clem.* 1. *de conceſſ. præb. & utrobi-
que not. Can.* Limita ut ſtylus Curiæ proce-
dat , quando indultum dirigitur Nuncio † 82
in favorem Nuncii, ſecus ſi dirigitur in favo-
rem Nuncii, & eorum, quibus facienda eſt
collatio , vel eccleſiæ , vel alterutrius ipſo-
rum, & eccleſiæ, quod etiam morte Papæ re
integra non expirat, *d. c. ſi cui nulla hoc tit. in*
6. *& Franc. ibidem num.* 3. ac eſt favorabile, &
habet locum diſpoſitio juris communis, &
non ſtylus Curiæ, comprehenditque majo-
ra beneficia, & curata, *Franc. in d. c. ſi cui nulla
num.* 1. *in* 2. *not. & num.* 3. *Io. Andr. in c. fin. in
verb. beneficia de verb. ſignif. in* 6. *Creſc. deciſ.* 1.
*de privil. in fin.* Data vero Nuncio, vel alii
ſuper † proviſione certæ perſonæ facienda 83
poteſtas, non ob ſuam, ſed ejus, cui provide-
ri mandatur, gratiam, ſive favorem , expirat
omnino , ſi concedens re integra moria-
tur, *Franc. in d. c. ſi cui nulla verſ. fin. & ibi gloſſ.
fin. & Can.* & eſt ſtricte interpretanda , c.
*cum in illis per tot. hoc tit. in* 6. *Franc. in d. c. ſi
cui nulla nu.* 1. *in* 2. *notab.* quia non eſt gratia,
ſive indultum , ſed reſcriptum ad benefi-
cium ambitioſum, c. *quamvis hoc tit. in* 6. *c. is
cui eod. tit. & lib.* Generaliter in omnibus † 84
indultis additur clauſula, quod proviſi illo-
rum vigore ſub pœna vacationis eo ipſo te-
neantur bullas novæ proviſionis expedire,
& annatam , aliaque juxta Officialibus
Romanæ Curiæ debita ſolvere infra qua-
tuor, aut ſex menſes à die poſſeſſionis paci-
ficæ , alioquin gratia ſit ipſo jure nulla, *Put.
deciſ.* 2. *& Creſc. deciſ.* 18. *hoc tit. Mohed. deciſ.*
8. *de conceſſ. præb. Felin. in c. cæterum num.* 10. *&
ibi Can. de reſcript. Bart. in l.* 1. *num. xj. de cond.
& demonſtr. & ibi DD.* qui non currunt igno-
ranti, *Put. deciſ.* 20. *de privil. l. genero ff. de iis,
qui not. inf. l. annus ff. de calumn. l. ſi bonorum l.
quamdiu C. qui admitt. &c.* aut data intruſio-
ne adverſarii, *Achill. deciſ.* 12. *de privil. l. qui-
cumque C. qui admitti &c. c. commiſſa & ibi
gloſſ. in verbo pacificam, & Can. de elect. in* 6.

85 Occurſa vacatione † ob non expeditionem
novæ proviſionis, collatio non revertitur ad
habentem indultum, vel ordinarium, ſed
Papa habet conferre, ne exactu, ex quo pœ-
na imponitur, aliquod commodum repor-
tent, *Put. deciſ. 1. hoc tit. Put. deciſ. 346. & dec.*
*351. lib. 2. c. ſi clericus §. cum facta hoc tit. in 6.*
*& ibi Can. c. tibi qui de reſcr. in 6. in fin. l. 3. §. ſi*
*ad diem, & §. ſeq. ff. de re milit. Gonzal. ſuper*
*reg. de menſ. & altern. gloſſ. 15. à num. 109. uſque*
*ad num.* 127. tum quia prima vacatio per
collationem factam ſit extincta, & non ſer-
vata forma decreti de novo vacat benefi-
86 cium ipſo jure, & impetratio † facta de illo,
dicitur impetratio certo modo :: in qua im-
petrans, non ad implementum decreti, de-
bet plene, & concludenter probare, *Gonzal.*
*ſuper red. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 15. n.*
120. *& ſeqq.*

## *De clericò ægrotante, vel debilitato.*

## Titulus VI.

### SVMMARIA.

1. *Morbus aut ægritudo non deijcit promotum.*
2. *Si temporalis fuerit poteſt ægrotus ſibi aſſumere mercenarios.*
3. *Si perpetua fuerit, ſi quidem ægrotus eſt prælatus, datur ei invito Coadjutor, Succeſſor aut Subſtitutus volenti tantum.*
4. *Si eſt ſimplex clericus & unus in eccleſia, datur ei vicarius.*
5. *Si eſt Canonicus aut aſſiſius vel portionarius cathedralis vel collegiatæ eccleſiæ.*
6. *Et antea fuerit ſolitus deſervire debentur ei integri fructus ſui beneficij & non tenetur deſervire per Vicarium niſi eccleſia patiatur defectum miniſtrorum.*
7. *Coadjutor ex quibus cauſis datur.*
8. *Coadjutorum datio epiſcopis & ſuperioribus prælatis eſt de cauſis majoribus, & referenda ad ſedem apoſtolicam.*
9. *Excipiuntur ab hac regula duo caſus.*
10. *Coadjutorem Prælatis, Epiſcopo inferioribus, datis, ad quem ſpectat deſtitutio & ceſſionis admiſſio.*
11. *Coadjutores dari poſſunt omnes qui poſſunt coadjuti defectum ſupplere.*
12. *Ejus debent eſſe ætatis quæ requiritur in officio cui datur.*
13. *Poteſtas ejus & officium ex forma dationis colligitur, ſi ſimpliciter datus ſit qualeſit ejus officium explicatur.*
14. *Tenetur durante adminiſtratione reddere rationem ipſis prælatis ſi ſane mentis fuerint, ac capitulis eorundem, & ipſorum prælatorum ſucceſſoribus.*
15. *Coadjutoris officium expirat morte Civili & naturali coadjuti.*
16. *Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione nemini conceduntur niſi eccleſiæ cathedralis aut monaſterij urgens neceſſitas aut evidens utilitas poſtulet prælato dari coadjutorem & cauſa à Romano Pontifice diligenter cognita.*
17. *Cæteræ coadjutoriæ quæ in aliis beneficiis conceduntur ſunt reſignationes conditionales ſive in favorem.*

DICTUM eſt ſupra, quod clerici non debeant fructus ſuorum beneficiorum percipere, niſi perſonaliter deſerviant, quæ regula fallit in clerico ægrotante, vel debilitato, qui deſervire non poteſt propter adverſam valetudinem, vel debilitatem temporalem, aut perpetuam, quia morbus † aut ægritudo non dejicit promotum, *gloſſ. magna in ſumma, & ibi Gemin. num. 2. & Can. & c. 1. cum tribus cc. ſeqq. 7. quæſt. 1.* excepta le-
gra.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pra, quæ ex opinione Hoſtien. non dejicit
Epiſcopum qui eſt vere ſponſus eccleſiæ, ſed
inferiores Prælatos , propter ſcandalum,
*Hoſt. in c. tua hoc tit. Archid. in ſumma 7. quæſt. 1.*
*Præp. num. 3. & 4. Bull. num. 2.* Si temporalis
2 fuerit † poteſt ægrotus, vel debilitatus mer-
cenarios ſibi aſſumere auctoritate epiſcopi,
*c. pervenit el. 2. de appell. Clem. 1. & ibi gl. in ver-*
*bo perpetuus de off. vic.* vel pro ejus libitu, *c. con-*
*ſtitutus de fil. presb. Arch. in dicta Clem. 1. ſub nu.*
*3. verſ. ſed hæc quæritur, dixi ſupra de off Vic. in*
*princ. facit l. podagræ C. qui morb. lib* 10. Si
perpetua fuerit, c. *unico hoc tit. in 6. in verb.*
3 *perpetuo.* Si † quidem ægrotus, aut debilita-
tus eſt Prælatus, Archidiaconus, aut Rector
Eccleſiæ parochialis, aut Abbas, *Præpoſ. in*
*ſumma 7. quæſt. 1. num. 5.* ab eo , ad quem
pertinet, datur Coadjutor, c. *de Rectoribus,*
*& cc. ſeqq. hoc tit. c. quamvis, c. petiſti. c. quia*
*frater 7. quæſt. 1. Gemin. in c. fin. num. 5. de*
*ſuppl. negl. præl. in 6. & ibi Franc. ſub num. 2. &*
*Can. Communiter.* de conſenſu capituli ec-
cleſiæ, vel eorum quorum intereſt, *Bell. in c.*
*ſcripſit ſub num. 37. quæſt. 1. & ibi Archid. ſub*
*num. 1. in verbo acquiritur.* ac patroni, *Lamb. de*
*jurepatr. art. 20. 6. quæſt. princip. 1. part. 2. lib.*
ei invito, *gl. fin. in fin. in c. pen. hoc tit. gloſſ. in d.*
*c. unic. in verbo noluerit eod. in 6. & ibi Can. c.*
*venerabili de off. deleg. c. grandi circa medium, de*
*ſuppl. negl. præl in 6.* unus , vel duo non plu-
res, *d. c. unico §. ſi vero, & ibi gl. in verb aut duos,*
*& ibi Can.* ad evitandum gravamen expen-
ſarum, ad quas tenetur eccleſia ſucceſſor,
aut ſubſtitutus volenti, & conſentienti tan-
tum, *c. venerabili de off. deleg. pulchre Pan. in c.*
*tua nos in fin. hoc tit.* non ex pactione inter
ſubſtitutum, aut ægrotantem, vel ſenem ini-
ta, ſed ex diſpoſitione ſuperioris, *Pan. in d. c.*
*tua nos in fin. & ibid. Zab. in fin. dicit ita practi-*
*catum fuiſſe Bononiæ in Capellano S. Iuſtæ, &*
*fuiſſe per Papam approbatum Boich. in c. conſul-*
*tationibus num. 4. 5. & 6. hoc tit. Zab. in c. cum*
*pridem in 2. quæſt. de pact. & ibi Can. Ioan. de A-*
*nan. in c. accepimus n. 2. de pact. & ibi Can. Zab.*
*in c. niſi in 1. quæſt. in fin de præb.* abſque ulla
prævia generali vel ſpeciali promiſſione.
*Franc. in c. deteſtanda in fin. de conceſſ. præb. in*
*6. poſt. gl. fin. in fin. Archid. num. 5. & Can. com-*
*muniter Archid. in c. quamvis num. 6. 7. quæſt. 1.*
*Gemin. num. 4. in fin. Bellam. ſub n. 3. verſ. in gloſſ.*
*iſta æquitate & Can. Burghas de irregul. & diſ-*
*penſ. aliter ſentit. part. 5. tit. de cler. ægrot. vel de-*
*bil. num. 4. & Lambert. de jurep. art. 20. 6. quæſt.*
*princip. 1. part. 2 lib.* nam propter eccleſiæ u-
tilitatem ex cauſa ægritudinis, & ſenii duo
poſſunt eſſe in eadem eccleſia intitulati, ſed
non duo conſecrati, c. *non autem & ibi gloſſ.*
*1. & Can. c. quamvis, & ibi Archid. num. 3. & 4.*
*Bell. num. 3. & Can. 7. quæſt. 1.* Si eſt ſimplex † 4
clericus & unus in eccleſia datur ei vicarius,
non enim debet beneficium interim care-
re miniſtri ſuffragio, *Pan. in c. clericos num. 2.*
*& 3. de cler. non reſid. Caputaq. concl. 92. num.*
20. ſi eſt canonicus, † aſſiſius, vel portiona- 5
rius cathedralis, aut collegiatæ eccleſiæ, &
antea fuerit ſolitus † deſervire , & inter- 6
eſſe, debentur ei integre fructus ſui benefi-
cii, *Dictum eſt ſupra, tit. de cler. non reſid. c. con-*
*ceſſo 12. quæſt. 2.* Secundum ejus ordi-
nem , & omnia quæcumque ei , ſi ſanus
eſſet , poterant miniſtrari , c. 1. *hoc tit.*
etiam victualia, & diſtributiones quotidia-
næ, *c. unic. §. pen. de cler. non reſid. in 6. Zab. in c.*
*1. in 6. nont. hoc tit. c. ad audientiam, & ibi Pan.*
*num. 5. & DD. de cleric. non reſid.* ſed ado-
ptiones , & lucra competentia conſtitutis
in majoribus ordinibus non admittitur,
quia infirmus propter infirmitatem non
debet pati damnum , ſed propter infirmi-
tatem contingentem in perſona ſua a-
mittit lucrum, *Bart. in l. opere teſtamento in fin.*
*ff. de uſufr. leg. per l. ſi uno §. item cum quidam*

*& ibi DD. ff. locat. tex. in d. c. 1. hoc tit. in verb.*
*ſecundum ejus ordinem* nec tenetur deſervire
per Vicarium, niſi eccleſia patiatur defe-
ctum miniſtrorum, *arg.* c. *ſuper ſpecula de*
*magiſt. arg. c. cum adhoc. de cler. non reſid. Pan.*
*in c. relatum num. 2. in 5. not. eod.* quia cleri-
cus ægrotans etiam ex infirmitate incura-
bili non removetur, c. *quamvis 7. quæſt. 1. c. u-*
*nico, & ibi gloſſ. in verb. perpetuo, & c. tua nos,*
*& ibi gloſſ. in verb. adminiſtrationis, & utrobi-*
*que Can. hoc tit. in 6. l. 4. §. 1. verſ. ſtychus el. 2.*
*ff. de ſtat. lib.* & debilitas ſuperveniens non
facit, ac ſi ab initio actus non valuerit, ſed
ſolum impedit exercitium, quatenus viget
impedimentum, c. *presbyterum hoc tit. l. patre*
*furioſo ff. de his, qui ſui, vel alien. jur. ſunt c.*
*quemmadmodum in fin. de jurejur.* Præterea
7 datur † Coadjutor propter negligentiam,
& remiſſionem, §. *interdictum autem, & §.*
*ſeq. Inſt. de curat. & ibi gl. & DD c. quia frater*
*in princ. 7. quaſt. 1. c. grandi de ſuppl. negl. prel.*
*& ibi gl. & DD. Io. Andr. in c. ex parte num. 2.*
*in verb. ſalubriter hoc tit.* propter ingrave-
ſcentem ætatem, quæ verificatur in ætate
ſexaginta annorum, *gl. in verb. perfectus in*
*princ. in præem lib. 6. Archid. in c. unico h. tit. in*
*6. n. 2. & ſeqq. Caput. deciſ. 129. part. 1.* propter
ſenium, quod eſt in ſeptuageſimo anno,
*Ioan. Andr. in c. quoniam num. 6. ut lit. non con-*
*teſt. & c. §. item maior, & ibi gl. alleg. concord.*
*Inſt. de excuſ. tut. deciſ. 131. part. 1.* ac propter
morbum, & ingraveſcentem ætatem, quæ
in quinquageſimo quinto anno cum infir-
mitatibus verificatur, *Caput. deciſ. 130. part.*
*1. Ioan. Andr. in c. 1. num. 2. hoc tit. in 6.* pro-
pter ſuſpicionem dilapidationis, c. *venera-*
*bili de off. deleg. gl. in c. unico in verb. noluerit,*
*& ibi Can. hoc tit. c. ſcripſit, c. qualiter, c. quam-*
*vis §. ecce 7. quaſt. 1.* propter imperitiam, &
illiteraturam Epiſcopi etiam auctoritate
apoſtolica, rectoribus parochialium eccle-
ſiarum, ſi honeſtæ vitæ ſint, coadjutores,
aut vicarios deputant, quacumque appel-
latione, & exceptione remota, c. *quia illite-*
*rati, ſeſſ. 21.* Prælato exuli, vel captivo non
datur coadjutor, ſed ipſe per Vicarium offi-
cium ſuum exercet, qui ſi non admittatur,
Clem. quamvis de for. comp. ſervatur; ſi
vero Epiſcopus eſt captivus hoſtium fidei,
ſervatur, *cap. ſi epiſcopus de ſuppl. negl. prel.*
*in 6.*

Datio Coadjutorum Epiſcoporum, &
ſuperiorum Prælatorum eſt † de cauſis ma- 8
ioribus, & referenda ad ſedem apoſtolicã,
& ab ea tantummodo poſtulanda quacum-
que conſuetudine non obſtante, c. *unic. hoc*
*tit. in 6. c. 1. de translat. c. quod translationem*
*de offic. deleg. c. ſicut unire de exceſſ. prel. & u-*
*trobique gl. & Can.* Excipe † quia Epiſco- 9
pus ſenio, aut valetudine corporali grava-
tus, vel alias adeo impeditus perpetuo, ut
officium ſuum nequeat exercere, præcipue
quando Eccleſiæ exiſtunt in remotis, pot-
eſt de conſilio, & conſenſu ſui Capituli, vel
maioris partis ipſius, unum vel duos aucto-
ritate Apoſtolica, & ſic delegata, Coadjuto-
res aſſumere, ſi velit, quia invito à capitulo
dari non poteſt, quia in hoc caſu non ha-
bet mandatum à Papa, ad quem pertinet
datio, niſi epiſcopus demens fuerit, quia
tunc Capitulum, vel duæ ipſius partes ea-
dem auctoritate unum, aut duos Coadju-
tores aſſumunt idoneos, qui eius officium
exequantur, & hoc caſu, ac etiam proximo,
quando epiſcopus perpetua infirmitate, vel
impedimento detentus à capitulo requiſi-
tus recuſat Coadjutorem aſſumere, idem
capitulum epiſcopi, & eccleſiæ ſuæ condi-
tionem, & ſtatum, ac facti circumſtantias
univerſas, quam cito poterit, fideliter & ex-
plicite tenetur referre ad notitiam ſedis a-
poſtolicæ, ut ipſa ordinet, *d. c. unico & ibi gl.*

10 *Franc.& Can.* In inferioribus † prælatis dat
coadjutorem, is, ad quem ſpectat deſtitu-
tio, vel ceſſionis admiſſio, c. 3. *& c. fin. hoc
tit. & ibi Ioan. Andr. num. 2. & Pan. num. 5.
Gemin. in c. ſcripſit ſub num. 4. 7. quæſt. 1. Præp.
num. 2. Archid ſub num. 1. in verb. acquiratur,
c. epiſcoporum, & ibi gloſſ. fin. 74. diſt.* Dari
11 poſſunt † coadiutores omnes, qui poſſunt
coadjuti defectum ſupplere, *Gemin. in cap.
ſcripſit num. 3. 7. quæſt. 1. c. fin. §. quod ſi Abbas
non exemptus de ſtat. Monach. c. epiſcoporum §.
fin. 74. diſt.* exceptis expreſſe prohibitis per
canones, quos recenſet Io. Andr. *in c. fin. in
2. 3. 4. & 5. quæſt. hoc tit. in 6.*

12 Coadiutor eius debet † eſſe ætatis, quæ
requiritur in officio, cui datur; ideo Coad-
jutor Epiſcopi debet expleviſſe trigeſimum
annum; in inferioribus dignitatibus ſuffi-
cit, quod attigerit vigeſimum quintum an-
num, *Ioan. Andr. in cap. conſultationibus ſub
num 5. verſ. ſed circa hoc, & ibi Can. Pan. in c.
fin. eod ſub num. 1. verſ. 3. quæro, qui paulo ali-
ter diſtinguit: Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter.
gl. 5. § 9. num. 94. & ſeqq. ad finem.*

13 Coadiutoris officium † & poteſtas ex
forma dationis colligitur, c. *porro de privil. c.
ad audientiam de decim. Gonz. ſuper reg. de
menſ. & alter. gloſſ. 5. §. 9. num. 90.* ſi ſimpli
citer datur, eius officium eſt, quale erat eius,
cui datur; *de rectoribus* c. *fin. hoc tit.* habet li-
beram, & legitimam adminiſtrationem, c. *is
cui de elect. in 6. c. ſcripſit, & ibi gloſſ. fin. 7. q. 1.
Gem. num. 3. & 5. Præpoſ. num. 5. Ioan. And. in c.
fin. ſub num. 9. hoc tit.* poteſt exercere omnia,
quæ poterat is, cui datur; ſive talia ſint legis
diœceſanæ, ſive juriſdictionis, *de quibus in c.
dilectus, & in c. conquerente de off. ordin.* ſive
etiam ſint ordinis, & pontificalis dignitatis,
de quibus in c. accedentibus de privil. ſi ſit
epiſcopus Coadjutor; alias per Epiſcopos
facit expediri, quæ miniſterium conſecra-
tionis expoſcunt, *juxta d. c. is cui, de elect. in 6.*
interdicta qualibet alienatione immobiliũ:
*d. c. unic. in fin. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in §. ſi
vero poſt numer. 3. verſ. & quod dicit gloſſ. &
Can.* ideo Coadjutor non poteſt diſmem-
brare eccleſiam unitam, quia diſmembra-
tio alienatio eſt; *Achill. deciſ. unic. de reb. eccl.
non alien. glo. in Clem. 2. in verb. defenſor. de reb.
eccl. alien. vel non, & ibi Can.* præterea pot-
eſt conferre beneficia, *Ioan And. in c. fin. nu.
9. hoc tit. Franc. in c. unic. § fin. eod. in 6. Garc.
de benef. par. 5. cap 4. §. 3. num. 265. & ſeqq.
tenet epiſcopum, cui datus eſt coadjutor, confer-
re, niſi demens ſit. Gemin. in c. ſcripſit num 6. 7.
q. 1. & Can.* ac etiam exercere competentia
prælato ex jure delegato, expreſſo nomine
dignitatis, ſecus ſi expreſſo proprio nomine:
*Franc. in d. c. unico §. ſi vero in fin. per cap. quo-
niam Abb. de off. deleg.* Tenetur. durante † ad- 14
miniſtratione, quia officium eius non eſt
limitatum ad certum tempus, ſicuti tuto-
ris, aut curatoris, prælatis ipſis, ſi ſanæ men-
tis extiterint, ac capitulis eorumdem, ſeu
etiam ipſorum prælatorum ſucceſſoribus,
ſi hoc antea non fecerit, plenariam redde-
re rationem: *d. c. unico in fin. & ibi Anchar.
in xj. notab. Menoch. de arbitr. caſu* 209. de
proventibus prælatorum ſumptus recipit
moderatos, *d. c. unico § præſenti cap. grandi
circa fin. de ſuppl. negl. præl. in 6. cap. directori-
bus, & ibi gloſſ. fin. hoc tit. & Can.* ſi redditus
coadiuto, & coadjutori non ſufficiunt, de-
biliori in dubio conſulendum eſt, *Pan. in d.
c. de rectoribus n. 6. & Can. communiter.*

Expirat coadjuturis † officium, non 15
morte dantis coadjutorem, *Bell. in c. ſcripſit
n. 5. 7. q. 1. Gemin. ſub numer. 7. Archid. num. 2.*
ſed morte civili, & naturali coadiuti; *Ioan.
Andr. in cap. conſultationibus numer. 10. hoc
tit. & ibi Can. d. cap. grandi in fin. Anch. in d. c.
unico poſt. 12. notab.* exercebit ergo Capitulũ

juriſdictionem, vel is, ad quem ſpectat ſede
epiſcopali vel dignitate vacante, *cap. 3. & 4.
de ſuppl. negl. præl. in 6. c. unic. de maior. &
obed. c. 1. de inſtit. in 6 Bart. in l. ſolet num. 4.
ff. de tutel. Bald. in l. ex facto num. 6. ff. de vulg.
& pupill.* quia ubi ſupervenit adminiſtra-
tor legitimus, ceſſat dativus; *l. ſi tutor* §. 1.
*ff. de tut. & rat. diſtrah.* ſed Capitulum eſt
adminiſtrator legitimus defuncto epiſco-
po, ergo ceſſat adminiſtratio dativa conceſ-
ſa coadjutori; quod procedit in ſimplici
16 coadiutoria, ſecus in coadjutoriis † cum
futura ſucceſſione, quæ ex pacto, vel alio
quæſito colore, *cap. plerique c. Apoſtolica 8.
quæſt. 1. c. conſulvit de jurepatr. c. deteſtanda, &
ibi Franc. in 4. not. Gemin. num. 5. & Can. de
conceſſ. præb. in 6.* nemini in quibuſcumque
beneficiis eccleſiaſticis permittuntur, etiam
Cardinalatus honore fulgenti, quia hære-
ditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, *c.
cum in beneficiis ſeſſ.* 25. niſi eccleſiæ cathe-
dralis, aut monaſterii urgens neceſſitas, aut
evidens utilitas poſtulet Prælato dari coad-
jutorem, qui non alias cum futura ſucceſ-
ſione datur, quam hæc cauſa prius diligen-
ter à Romano Pontifice ſolo, & non à lega-
to, ſeu nuncio, *Gonzal. ſuper reg. de menſ. &
altern gloſſ. 5. §. 9. num. 91. plures citans. Garc.
de benef. part. 4. cap. 5. num.* 16. *& ſeqq. Pariſ.
de reſign. lib. 6. quæſt. 5. numer.* 15. ſit cognita,
& qualitates omnes in illo concurrere cer-
tum ſit, quæ à jure, & decretis Concilii Tri-
dentini in epiſcopis, & prælatis requirun-
tur, alias conceſſiones ſuper his ſubreptitiæ
cenſentur; *d. cap. cum in beneficiis* §. *quod ſi
quando, c. ſcripſit, c. quamvis, c. petiſti, c. quia
frater 7. qu. 1. c. non autem, & ibi gloſſ. mag. &
Can. 7. qu.* 1. & tunc ſi coadjutoria non ſit
ſortita effectum, ex eo quod coadjutus
obiit, antequam coadjutor de coadjutoria
fuerit certificatus, non corruit ſucceſſio, &
pars proviſiva, quia ſunt duæ gratiæ æque
principales, una in favorem coadjuti, quæ
per obitum eius expirat, altera in favorem
coadiutoris, *Put. deciſ. 98. lib. 2. c. ſi eo tempo-
re de reſcript. in 6. l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verb.
oblig. Put. deciſ. 230. lib. 2.* Cæteræ coadju-
toriæ † quæ de Stylo Curiæ in aliis benefi- 17
ciis aliquando conceduntur, juxta pactio-
nes inter coadjutum, & coadjutorem ini-
tas, à ſolo ſummo Pontifice concedi poſ-
ſunt, & non ab aliis inferioribus, quia ſunt
reſignationes conditionales, & in favorem,
*c. cum pridem de pact. Boich. in c. veniens num.
7. & 8. de fil. presbyt. Zabar. in c. cum pridem
in 2. quæſt. de pact. dictum eſt ſupra tit. de renun-
ciat.* ac juris conformitatem habent, *Man-
doſ. in reg. 32. de impet. benef. vac. per obit. fam.
Card. qu. 30. in fin. c. petiſti, & c. ſeq. 7. qu. 1.
Mandoſ. in reg. 11. reſervat. q. 5. per tot.* nam
eo ipſo, quod coadjutus conſentit bene-
ficium ſuum coadjutori conferri, videtur
cedere, & reſignare, *c. beneficium, & ibi gloſſ.
in verb. aſſenſus de regul. & tranſ. ad relig. in
6.* & Papa ſecundum plenitudinem pote-
ſtatis poteſt de jure ſuper jus diſpenſare; *c.
propoſuit circa finem de conceſſ. præb.* tamen in
utraque parte ſunt odioſæ, tanquam exor-
bitantes, cum ſecundum jus ei debeat dari,
qui verè indiget coadjutore, & aſſignata ſi-
bi congrua ſuſtentatione, ut ſupra dictum
eſt, quorum nihil fit in hodiernis eccleſia-
ſticis coadjutoriis; & in ſecunda parte pro-
viſiva exorbitant, quia dant jus ad certum
vacaturum beneficium, *c. 1. de conceſſ. præb.
c. deteſtanda, & c. ne captandæ eod. in 6. Mohed.
deciſ. 10. in fin. de privil.* De reliquis dubiis
circa coadjutorias cum futura ſucceſſione,
*vide Garc. de benef. part. 4. c. 5. num. 53. uſque
ad finem per 24. quæſtiones, & in appendice ad
d. c. quintum à num. 59. uſque ad finem. Man-
doſ. in reg. xj. reſervat. quæſt. 5. & 6. Gonzal.*

*ſuper*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſuperregul. Cancell. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §.9. per tot.*

## *De inſtitutionibus.*

## Titulus VII.

### SVMMARIA.

1 *Inſtitutio varie ſumitur.*
2 *Clericus quilibet cui facta eſt collatio debet habere approbationem ſui epiſcopi præmiſſo examine ſuper eius idoneitate.*
3 *Et hæc appellatur inſtitutio.*
4 *Fit ab epiſcopo, eius vicario, & ſede vacante à capitulo.*
5 *Clerici Iuramentum obedientiæ & fidelitatis epiſcopo & capitulo præſtare nõ compelluntur exceptis quatuor caſibus.*
6 *Fideiprofeſſionem faciunt proviſi de beneficiis quibuſcunque curam animarum habentibus &*
7 *Proviſi de canonicatibus & dignitatibus in eccleſiis cathedralibus.*
8 *Inſtitutio quædam ſumitur pro inveſtitura quæ ordinatur ad tranſlationem poſſeſſionis quæ de jure competit archidiacono quando beneficia dantur in titulum.*
9 *Dare poſſeſſionem eccleſiæ conceſſæ in proprietatem ſpectat ad epiſcopum.*
10 *Executor datus à Papa poteſt tradere poſſeſſionem.*
11 *Beneficiis poſſeſſionem ingredienti, præter authoritatem ſuperioris & adminiſtrantis, pœna.*
12 *Inſtitutionem prælaturæ recipientis à Laico pœna.*
13 *Idem juris eſt in recipiente inveſtituram eccleſiarum & aliorum beneficiorum.*
14 *Sæcularium qui inveſtiturã alicuius eccleſiæ vel dignitatis dare præſumpſerint pœna.*
15 *Regulares prohibentur eccleſias ſeu decimas ſive epiſcoporum conſenſu de manu laici ſuſcipere.*
16 *Inſtituere ſeipſum nõ poteſt per ſe vel alium is ad quem ſpectat collatio.*
18 *Violenti qui temeritate propria occupant quæcunque beneficia ab alio poſſeſſa eo ipſo jus quod in beneficiis vel ad ea ipſis competebat amittunt.*
18 *Beneficiorum & jurium incorporalium poſſeſſio acquiritur corpore & animo.*
19 *Canonicatus poſſeſſio debet tradi capitulariter.*
20 *Poſſeſſio dignitatis & beneficii acquiritur per aſſignationem deputati ſtalli in choro & loci capitulo.*
21 *Per tactum annuli eccleſiæ clauſæ.*
22 *Per eccleſiæ ſive beneficii poſſeſſionis adoptionum, ipſo jure acquiritur etiam poſſeſſio rerum & bonorum eiusdem eccleſiæ.*
23 *Præbendæ quandi ſunt diſtinctæ in eccleſiis non ſufficit probare ſtallum in Choro & locum in Capitulo ſibi fuiſſe aſſignatam niſi probet reddituarios ſibi ſoluiſſe, vel in poſſeſſionem fundi ſpectantis ad præbendas inductum fuiſſe.*
24 *Beneficiatus quando eſt in poſſeſſione beneficii & dicitur non legitime Inſtitutus actori incumbit onus probandi.*

COLLATIONEM beneficiorum ſequitur inſtitutio, ideo ſubnectit hunc titulum. In beneficialibus ex ſolo titulo, & ſine traditione acquiritur jus, c. *propoſuit de conceſſ. præb. & ibi gloſſ. fin. & Can. c. pen. & ibi gloſſ fin de præb. in 6. Franc. in c. eum qui §. inſuper eod. tit. diſtinguit.* & ex ſola confirmatione electionis literis expeditis, & receptis quæritur exercitium juriſdictionis, quæ ſtatim interdicta eſt Capitulo: c *tranſmiſſam de elect. Fel. in c. eum te num. 5. plures cumulans de re-*

*de reſcript. Rot. diverſ. deciſ.* 184. *part.* 2. item
ad perdendum beneficium non requiritur
dejectio, ſed ſufficit, quod beneficiatus ſit
privatus titulo, ut dicatur beneficium vaca-
re, c. *cum noſtris de conceſſ. præb. & ibi Inn. Iaſ. in*
*l. traditionibus num.* 20. *in* 12. *limit. C. de pact.*
1 Inſtitutio † varie ſumitur, *Hoſt. in cap.* 1. *num.*
17. *& num.* 22. *de privil. in* 6. Quædam ſur-
rogatur loco confirmationis, ut in benefi-
ciis, quibus per viam electionis providetur
& electus à ſuperiore inſtitui petitur: *ex ore*
*ſedentis, de his quæ fi. à major. part cap.* In be-
neficiis quibus per viam collationis provi-
detur, inſtitutio ſi fiat ab epiſcopo, habetur
pro collatione, quæ jus tribuit, c. *auctoritate*
*hoc tit. & ibi gloſſ. pœn. & Can.* ſi fiat ab infe-
riore collatio, inſtitutio habetur pro qua-
2 dam approbatione, nam quilibet, cui facta †
eſt collatio, debet habere approbationem
ſui epiſcopi, *Anch. in cap. ad abolendam num.*
*xj. de hæred.* præmiſſo examine ſuper ejus i-
doneitate: c. 1. *hoc tit. & ibi Franc. num.* 2. *per*
*illum tex. poſt gloſſ. in verb. idonei & Can. in* 6.
alias receptio, & inductio in poſſeſſionem
eſt nulla ob non ſervatam formam Concilii
Tridentini, *Garc. de benef. par.* 9. *cap.* 3. *num.* 5.
*&* 10. quod nemo præſentatus à patrono
laico; c. *monaſterium c. laicis* 16. *quæſt.* 7. *cap.*
1. *& ibi poſt gloſſ. in verb. idonei. Franc. hoc tit.*
*in* 6. *& Can.* aut præſentatus, ſeu electus, vel
nominatus à quibuſvis eccleſiaſticis perſo-
nis, etiam ſedis Apoſtolicæ nuntiis, ad quæ-
vis eccleſiaſtica beneficia, poteſt ſubterfu-
gere, prætextu cuiuſvis privilegii, ſeu con-
ſuetudinis etiam ab immemorabili tempo-
re præſcriptæ, aut etiam appellationis reme-
dio, præſentatis electis, ſeu nominatis ab u-
niverſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtu-
diorum exceptis, c. *præſentati ſeſſ.* 7. *Garc. de*
*benef. part.* 9. *c.* 3. *num.* 5. *& per tot* nec non eo
qui ab eodem epiſcopo, dum promovere-
tur ad ſacros ordines, fuerat examinatus, &
repertus idoneus, c. *accepimus de æt. qual. &*
*ord. præf. Caputaq. dec.* 367. *part.* 2. ſed nulli
prædictorum excuſantur à prævio examine
requiſito in collatione parochialium eccle-
ſiarum, c. *expedit paulo ante fin. ſeſſ* 24. *Pariſ.*
*de reſign. lib.* 10. *q.* 7. *numer.* 27. *Garc. de benef.*
*part.* 9. *c.* 2. *num.* 99. *&* 103. *& ſeqq Gonz ſu-*
*per reg. Cancell. de menſ. & alter. gl.* 4. *nu.* 90.
*uſque ad* 104. & hæc appellatur † inſtitutio, 3
c. 1. c. *cum veniſſent hoc titul.* quæ fit quando-
que per annuli traditionem, & quandoque
per traditionem bireti, c. *ex ore, de tui, quaſi.*
*à maior. par. capit.* ab epiſcopo † vel eius Vi- 4
cario, c. *ex frequentibus hoc tit.* & ſede vacan-
te à Capitulo: c. 1. *hoc tit. in* 6. *& ibi Franc.*
*num.* 1. poteſt hæc inſtitutio auctorizabilis
per inferiorem Prælatum præſcribi, cum
non ſit ordinis epiſcopalis; *Pan. in c. auditis*
*ſub num.* 6 *de præſcript.* etſi fiat in contradi-
ctorio judicio, ac à relatione examinato-
rum de idoneitate, aut reprobatione ad be-
neficium non parochiale, prout licitum eſt,
*Rot. dec.* 10 *part.* 2. *diverſ. Greg.* 15. *deciſ.* 15. *&*
*deciſ.* 527. *& deciſ.* 538. *& ubique annot. Gonz.*
*ſuper reg. Cancell. de menſ. & altern gloſſ.* 9. § 1.
*tit. annot. contr. nullit. & attent. num.* 184. *&*
*ſeqq.* contingat appellari, poſſeſſio capta ap-
pellatione pendente, eſt attentatas, & ipſo
jure nulla, cum omnibus inde ſecutis, *Ge-*
*min. in c. avaritiæ ſub num.* 7. *verſ in fin. gloſſ. &*
*fuit diſputatum de elect in* 6. *& Can. late Rot.*
*diverſ. deciſ* 6. *per totam part.* 2. *Greg* 15. *deciſ.*
251. *per totam Lancell. de attent. part.* 2. *c.* 4. *in*
*præfat num.* 613. *Garc. de benef. part.* 9. *c.* 4. *n.*
16 *& ſeqq. uſque ad fin. Greg.* 15. *deciſ.* 515. *n.*
3. *& ibi annot.* etiamſi poſſeſſio tempore ap-
prehenſionis fuiſſet vacans, quia licet hoc
caſu paſſus attentata non poſſit petere eum
à poſſeſſione removeri, judex tamen ex pu-
ro ſuo officio poteſt talem apprehenſioné

revoca-

revocare; *Lancell. de attent. part. 2. c. 4. de at-*
*tent. lit. pend. num. 329. & ſeqq. & 334. & ſeqq.*
*Greg. xv. deciſ. 305. num. 3. & 4.* etſi Rota ad-
miſerit adverſarium ad novum examen, uti-
que non poteſt alteri denegari hæc admiſ-
ſio propter æqualitatem ſervandam, c. *novit*
*de jud. c. in judiciis de reg. jur. in 6. Greg. xv. de-*
5 *ciſ. 581. & ibi lat. annot.* Nullus vero † cleri-
cus juramentũ obedientiæ, & fidelitatis epi-
ſcopo, & Capitulo præſtare compellitur, c.
*nullus de jurejur. & ibi gloſſ. fin. c. fin. 22. quæſt.*
*5. c. legebatur de major. & obed.* niſi hoc ha-
beat conſuetudo, c *cum clerici de verb. ſignif.*
exceptis clericis, quibus committitur cura
animarum, c. *quamquam 23. diſt. Pan. in d. c.*
*cum clerici num. 1. de verb. ſignif.* aut rerum
eccleſiaſticarum diſpenſatio, *d. c. nullus de ju-*
*rejur.* & ſuſpectis de inobedientia, qui data
ſuſpicione jurare compelluntur. c. *cum in ec-*
*cleſiis de major. & obed. Pan. in d. c. nullus in fin.*
Proviſi etiam de beneficiis quibuſcumque
6 † curam animarum habentibus, tenentur,
à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra
duos menſes in manibus epiſcopi, vel eo
impedito, coram generali ejus Vicario,
ſeu officiali, orhodoxæ ſuæ fidei publicam
facere profeſſionem, & in Romanæ eccle-
ſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondere ac
7 jurare. Proviſi de † canonicatibus, &
dignitatibus in eccleſiis cathedralibus, non
ſolum coram epiſcopo, ſeu ejus officiali,
ſed etiam in Capitulo idem facere tenen-
tur, alioquin præfati omnes proviſi non
faciunt fructus ſuos, nec illis poſſeſſio
ſuffragatur, c *cum dignitates §. proviſi 1. &*
*2. ſeſſ. 24. Garc. de benef. part. 3. c. 3. per. 12.*
8 *quæſt.* Quædam inſtitutio ſumitur † pro
inveſtitura, quæ ordinatur ad translatio-
nem poſſeſſionem, *gloſſ. pen. in fin. in c. aucto-*
*ritate hoc tit. gloſſ. in verb. inveſtivit, in c. cum o-*
*lim de re jud. & utrobique Can.* quæ de jure
competit Archidiacono, c. *ad hæc. c. ut no-*
*ſtrum de off. archid. c. cum veniſſent hoc tit. & i-*
*bi gloſſ. in verb. communi,* & non epiſcopo, &
poteſt eam facere ſine conſenſu capituli,
*Franc. in c. licet epiſcopus num. 5. de præb. in 6. &*
*ibi Archid. n. 2.* quando beneficia dantu in ti-
tulum; ſed dare poſſeſſionem † eccleſiæ 9
conceſſæ in proprietatem ſpectat ad epiſco-
pum, c. *paſtoralis, & ibi Pan. num. 5. & Can. per*
*illum tex. de privil.* Epiſcopus pronunciat ali-
quem inducendum in poſſeſſionem, licet
ipſe inducere non poſſit: *Franc. in c. licet epi-*
*ſcopus ſub num. 5 per tex. iſtum de præb. in 6.* exe-
cutor † datus à Papa poteſt tradere poſſeſ- 10
ſionem corporalem, *Gemin. in d. c. licet epiſco-*
*pus num. 10. de præb. in 6. & ibi Can.* Is cui fa-
cta eſt collatio beneficii non poteſt ingredi
poſſeſſionem præter † auctoritatem ſupe- 11
rioris, *Sarnen. in reg. de trienn. quæſt. 28. Dyn. in*
*c. beneficium num. 25. & 26. de reg. jur. in 6. Ar-*
*chid. in c. eum qui num. 2. de præb. in 6. Garc. de*
*benef. part. 4. c. 2. num. 6. & ſeqq.* neque ante-
quam adipiſcatur poſſeſſionem auctoritate
ſuperioris, adminiſtrare in temporalibus,
& ſpiritualibus in illo beneficio, *Innoc. in c.*
*propoſuit num. 1. de conceſſ. præb. Vital. in clem.*
*ſi plures in fin. de præb. Franc. in c. 1. num. de*
*reg. jur. in 6. & ibi Can.* & adminiſtrans inci-
dit in pœnam c. *avaritiæ de elect. in 6.* & ipſo
facto eſt privatus jure, ſi quod ei per colla-
tionem aut alias quæſitum eſt, & redditur
inhabilis ad conſequendum amplius ex poſt
jus ad beneficium vel in beneficio, *Franc. in*
*c. avaritiæ num. 2. de elect. in 6. Lap. alleg. 8. ſub*
*num. 4. Roch. de Curt. de jurepat. in verb. hono-*
*rificum quæſt. 39. late Creſc. deciſ. 6. de jure-*
*patr. late Pan. in c. tranſmiſſam ſub num. 3. de*
*elect. & ibi Can. communiter. Licet Zab. in d.*
*Clem. ſi plures in fin. de præb. teneat contrarium.*
*Garc. de benef. part. 11. c. 10. §. 3. à num. 215.*
*uſque ad num. 224.* Verum ſi capta fuerit

vacua benficii poſſeſſio abſque auctoritate
ſuperioris, eadem veræ, & juſtæ poſſeſſio-
nis effectus habet, quoad interdicta reti-
nendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, quia
licet poſſeſſor male fecerit non requirens
ſuperioris licentiam, Canonico tamen ti-
tulo, & juſto poſſidet: *Put. deciſ.* 392.
*lib.* 1. *Covar. var. reſol. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 7. *&*
8. *plures citans c. Tholoſ. deciſ.* 444. *& ibi add.*
Recipiens inſtitutionem prælaturæ, vel
32 inveſtituram † à laico, nullatenus inter
Prælatos habetur, nec ulla ei uti tali au-
dientia conceditur, gratia Sancti Petri,
ac introitus eccleſiæ ei eſt interdictus, &
eſt ipſo jure ſuſpenſus, quouſque locum
reſipiſcendo non deſeruerit, & per inveſti-
turam receptam à laico, nulla in eam trans-
lata eſt poſſeſſio, c. *ſane in fin. c. ſi quis dein-*
*ceps.* 16. *quæſt.* 7. *& ibi gloſſ. pen. & fin. &*
*Can.* quia inveſtitura illa, auctoritate Apo-
ſtolica, irrita eſt, & recipiens uſque ad con-
dignam ſatisfactionem excommunicationi
ſubjacet, c. *quoniam.* 16. *quæſt.* 7. deponitur,
& ſegregatur, omneſque qui illi communi-
cant: c. *ſi quis epiſcopus* 16. *quæſt.* 7. Is qui ma-
num ei impoſuerit, gradus ſui periculo ſub-
jacet, & communione privatur: c. *conſtitut.*
33 16. *quæſt.* 7. idem juris eſt † in recipiente
inveſtituram eccleſiarum & aliorum bene-
ficiorum à laicis; c. *ſi quis clericus c. conſtitu-*
*tiones, c. per laicos c. non placuit. c. laicus. & c. ſi*
*quis principium* 16. *quæſt.* 7. de conſentiente
electioni de ſe factæ per abuſum ſæcularis
poteſtatis, ejuſque inhabilitate ad dignita-
tes, dictum eſt ſupra tit. de elect. Quilibet
34 ſæcularium † poteſtatum aut perſonarum,
qui inveſtituram alicujus eccleſiæ, vel di-
gnitatis dare præſumpſerit, ejuſdem ſenten-
tiæ vinculis ſe obſtrictum eſſe ſciat, *d. c. ſi quis*
*deinceps verſ fin. c. nullus* 16. *quæſt.* 1. & ut ſacri-
legus judicatur, *d. c. ſi quis principium,* 16. *qu.*
7. quia laicis, quamvis religioſis, obſequen-
di manet neceſſitas, non imperandi aucto-
ritas, aut ulla facultas de dignitatibus eccle-
ſiaſticis aliquid diſponendi, *d. c. non placuit*
*d. c. laicus.* 16. *quæſt.* 7. In Lateranenſi Con-
cilio prohibitum eſt, ne quilibet † Regula- 15
ris, eccleſias, ſeu decimas ſine epiſcoporum
conſenſu de manu laici præſumat accipere,
c. *in lateranenſi de præbend. c. cum apoſtolicæ*
*de his quæ fiunt à Prælat.* in dominium, & u-
ſum, c. *quoniam quicquid* 16. *quæſt.* 1. Is ad
quem ſpectat † collatio, ſe ipſum inſtituere 16
non poteſt per ſe vel alium, quia inter dan-
tem, & recipientem debet eſſe perſonalis
diſtinctio, c. *fin. hoc tit. & ibi gloſſ. alleg. concord.*
*& Can.* Violenti † qui temeritate propria 17
occupant dignitates, perſonatus, aut alia
quæcumque eccleſiaſtica beneficia ab alio
poſſeſſa, eo ipſo jus, quod in dignitatibus,
perſonatibus, & beneficiis occupatis taliter,
vel ad ea, ipſis competebat, amittunt, c. *eum*
*qui verſ. fin de præb. in* 6. *c. placuit.* 16. *quæſt.* 6.
*facit lex ſi quis in tantum C. unde vi. Garc. de be-*
*nef part.* 11. *c.* 10 §. 3. *num.* 208 *uſque ad* 214.
quæ pœna ceſſat, quando poſſeſſio traditur
per executorem, aut judicem etiam injuſte
per violentiam, *Franc. in d. c. eum qui §. in*
*ſuper Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 7. *& ſeqq. de cauſ. &*
*propr.*

Poſſeſſio beneficiorum, † & jurium in- 18
corporalium ferre eodem modo acquiritur,
ſicuti corporalium, animo & corpore, §.
*adipiſci Inſt. de interd. l. poßideri ff. de acquir.*
*poſſeſſ.* Hinc per amicum, ſive negotiorum
geſtorum capientem poſſeſſionem benefi-
cii, & fructus percipientem, non acquiritur
beneficiato poſſeſſio, & ſi expellatur de poſ-
ſeſſione, beneficiato non competit interdi-
ctum recuperandæ contra ſpoliantem, niſi
doceat, quod de mandato ſuo recepit poſ-
ſeſſionem, aut quod hujuſmodi captionem

poſſeſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſeſſionis nomine ſuo factam, gratam, &
ratam habuerit: c. cum veniſſent, & Achill. de-
ciſ. 16. de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ. 9. eodem in
novis: c. ſi diligenti de præſcript. poſſeſſio ca-
19 nonicatus † cathedralis, aut collegiatæ ec-
cleſiæ proviſo de eo debet tradi à canonicis
capitulariter, c. dilectus 1. §. 1. c. dilecto de
præb. c. 2. de renunc. dictum eſt ſupra tit. de
cauſ. poſſ. & propr. §. prætermiſſis Greg. xv. deciſ.
364. num. 2. & ibi annot. ampliat, & limitat.
20 Poſſeſſio cujuſque † dignitatis & Canoni-
catus, & beneficii acquiritur per aſſignatio-
nem factam deputati ſtalli in choro, & loci
in capitulo, c. relatum, c. dilectus el. 1. de præben.
Franc. in c. licet epiſcopus ſub num. 1. eod. in 6. per
21 tactum annuli † eccleſiæ clauſæ, quando an-
nulus traditur per illum, qui habet jus con-
ferendi, Rot. dec. 5. de cauſ. poſſ. & propr. in an-
tiq. §. item ſi quis merces Inſtit. de rer. diviſ. Inn.
in c. in literis num. 6. circa fin. de reſtit. ſpoliat. l.
poſſideri in princ. ff. de acq. poſſeſſ. etiam cuſto-
dia eccleſiæ ſit penes alium, quia non pro-
pter hoc erat poſſeſſio penes eum, Rot. deciſ.
8. de reſtit. ſpoliat. in antiquiorib. Innoc. in c. ex
parte ſub num. 3. verſ. ſed opponetur de arbitr. ſe-
cus, qui dicebat ad ſe collationem benefi-
cii pertinere, claves portæ habebat, Rot. de-
ciſ. 1. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. arg. c. tibi
qui de reſcript. in 6 & per alios modos tra-
ditos, in c. dilecto §. quorum receptionem. de
præb. & per Innoc. in c. in litteris num. 6. & 7. de
reſt. ſpol. quem fuſe explicat Anch. in c. ſine poſſeſ-
ſione num. 10. verſ. in iſta acquiſitione de reg. jur.
in 6. Pan. in c. 2. num. 9. & ſeqq. de conſuet.
Præterea in ſpiritualibus, & beneficialibus
ex unico actu acquiritur poſſeſsio, ut la-
tius dictum eſt, in tit. de cauſ. poſſeſſ. & propr.
ubi vide.
22 Per adeptionem † poſſeſsionis eccleſiæ,
ſive beneficii ipſo jure, & ſine ulla alia ap-
prehenſione acquiritur etiam poſſeſsio re-

rum, & bonorum ejuſdem eccleſiæ, & beneficii, Anch. in c. ſine poſſeſſione nu. xj de reg. jur. in 6. Franc. Aret. in l. poſſideri num. 8. de acq. poſſ. Rot. diverſ. deciſ. 19. num. 7. & ſeqq & num. 10. part. 2. Greg. xv. deciſ. 54. & ibi annot, limit. 2. modis & deciſ. 364. num. 1. & ibi annot. ac aliorum beneficiorum unitorum, & annexorum eccleſiæ, ac beneficio, abſque eo, quod apprehendatur poſſeſsio de ſingulis annexis, Anch. in c. beneficium ante num. 12. & c. ſine poſſeſſione nu. 10. in fin. de reg. jur. in 6. Covar. Var. libr. 3 c. 16. num. 13. plures cumulans. Rot. Farin. deciſ. 199. num. 6. & ſeqq. par. 2. Greg. xv. deciſ. 557. num. 2. & ſeqq & ibi late annotat. quia eccleſia retinet poſſeſsionem mortuo Prælato, l. ſi adoptavero, & ibi gl. & DD. de precario Inn. in c. cum ſuper n. 3. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ. 1. n. 5. de reſt. ſpol. in nov. ac etiam mortuis omnibus de collegio eccleſiaſtico, l. jubemus in fin. C. de ſacroſ. eccleſ. l. raptores §. ſin autem diaconiſſam, ibi plenam poſſeſſionem C. de epiſc. & cleric. (ſed mortuis omnibus de collegio ſæculari poſſeſsio vacat l. ſicut §. fin. ff. quod cujuſque univerſ. & c. Bart. in l. 1. §. fin. n. 4. ff. de acq. poſſeſſ.) quæ eſt civilis, non civiliſsima, & conſiderabilis ad effectum interdicti recuperandæ poſſeſsionis, Rot. d. deciſ. de reſt. ſpol. in nov. & diverſ. deciſ. 390. num. 3. part. 1. Innoc. in c. in litteris circa fin. de reſt. ſpol. adverſus quoſcumque ſpoliatores, ſed non contra ſpoliatorem collitigantem ſecum ſuper beneficio, Rot. deciſ. 18. de reſt. ſpol. in antiq. l. fundi ff. de except. l. per minorē ff. de jud. l. invitus §. cui damus ff. de reg. jur. l. ſi ſervum §. ſequitur ff. de verb. oblig. l. fin. § ſin autem aliquis C. de edict. D. Adr. toll. ex quo infertur beneficiatum poſt adeptam poſſeſsionem beneficii, ſi reperiat aliquem occupantem bona ſpectantia ad beneficium, poſſe eum expellere, Anch. in c. ſine poſſeſſione ſub num. 12. verſ. ex his infero, de reg. jur. in 6. per. l. Clem.

*poßidere* §. *qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſſ.* ſed non collitigantem ſecum ſuper præbenda, *Rot. d. deciſ.* 18. *de reſt. ſpol. in antiq. & iuribus ſupra allegatis*. Præfata procedunt in eccleſiis, in quibus præbendæ non ſunt diſtinctæ, quod ſi præbendæ forent diſtinctæ,
23 ad † obtinendam reſtitutionem in ſpolio, non ſufficit probare ſtallum in choro, & locum in capitulo ſibi aſſignatum fuiſſe, aut quod mandatum eſſet per capitulum diſtributori, vel colonis, quod prædicto præbendato de redditibus illius præbendæ reſponderent, niſi probet reddituarios ſibi de redditibus aliquid ſolviſſe, vel in poſſeſſionem fundi ſpectantem ad præbendam inductum fuiſſe, quia adipiſcimur poſſeſſionẽ corpore, & animo, neque per ſe animo, neque per ſe corpore, *Rot. deciſ.* 12. *de reſt. ſpol. in nov. l.* 3. *& l. quemadmodum in princip. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. nemo C. eod.* §. *poßidere verſ. fin. Inſtit. de interd.* niſi eſſet conſuetudo eccleſiæ, quod præfato modo acquireretur poſſeſſio, aut aliquis certus locus foret aſſignatus præbendario talis præbendæ, per cuius inſtallationem bene acquiritur poſſeſſio, *Innoc. in c. in litteris num.* 6. *&* 7. *& ibi Can. de reſt. ſpol. Rot. d. deciſ.* 12. *in fin. eod. in nov.*

24 Quando beneficiatus † eſt in poſſeſſione, beneficii, & dicitur non legitime inſtitutus, actori incumbit eius probatio, *Rot. deciſ.* 3. *&* 4. *de probat. in antiq. Inn. in c. innotuit, de eo qui furt. ord. ſuſcep. Inn. in c. ex inſinuatione n.* 3. *&* 4. *poſt gloſſ. in verb. clerici & Can. de procur.* alias in ſpiritualibus inſtitutio non præſumitur canonica, quando fuit facta ab alio, quam epiſcopo, eiuſve Vicario, aut Archidiacono: c. *ex frequentibus hoc tit.* c. 1. *de reg. iur. in* 6. *Zab. in Clem.* 1. *in* 13. *quæſt. in fin. de decim.* quia de iure pertinet ad epiſcopos inſtitutio approbatoria, ut dictum eſt, c. *cum ex iniuncto in fin. de hæret.* & conſuetudo contraria eſt reprobata tanquam detrahens obedientiæ: *d. c. ex frequentibus, & ibi Anchar. num.* 3. *&* 4. inductio vero in corporalem poſſeſſionem ſpectat ad Archidiaconum, ut ſupra dictum eſt.

## *De conceßione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.*

## Titulus VIII.

### SVMMARIA.

1 *Papa in ſuis proviſionibus utitur quatuor terminis videlicet.*
2 *Providemus.*
3 *Mandamus provideri.*
4 *Proviſum fuit.*
5 *Conceßimus provideri.*
6 *Mandata de providendo & gratias quæ expectativa dicuntur reſervationes mentales & alias quaſcunque gratias ad vacatura aut indulta ad alienas eccleſias Concilium Tridentinum nemini amplius concedenda decrevit.*
7 *Conferendi ius habens non poteſt alteri dare poteſtatem conferendi primum beneficium vacaturum.*
8 *Regreſſus & aggreſſus etiam de conſenſu ad beneficium cuiuſcunque qualitatis nemini concedi ſtatuit Conc. Trid.*
9 *Idem mandat obſervari in coadiutoriis cum futura ſucceßione.*
10 *Regreſſus qui conceduntur ob non ſolutionem penſionis per Conc. Trid. non ſunt ſublati.*
11 *Vnio quæ fit de beneficio viventis Collegio vel Capitulo, aut beneficio alicuius perſonæ in particulari, non eſt ſublata per Conc. Trid.*
12 *Reſcriptum in forma communi ſive iuſtitiæ quod*

quod à Sede Apoſtolica conceditur clerico ad ſacros promoto ſine titulo non eſt per Conc. Trid. ſublatum.

13 Mandatum à Papa factum capitulo ut eligant vel præbendam alicui conferant requirit actum capitularem & collegialem.

14 Secus ſi facta collatione per Papam mandet capitulo ut illum recipiant in canonicum vel dent ipſi poſſeſſionem quale mandatum quilibet Canonicus poteſt & tenetur adimplere.

15 Regreſſus conceditur à Papa præſupponit jus priſtinum & dependens à præterito.

16 Non comprehenditur ſub concordatis indultis Cardinalium alternativis Epiſcopum, locatione ad longum tempus.

17 Dat jus ad rem, quod tantum afficit & eſt reſervatum.

18 Ad eius validitatem non requiritur conſenſus.

19 Conceditur ad jus quo quis egreſſus eſt, & non ad poſſeſſionem.

20 In eo non exprimitur valor.

21 Quando reſervatur ex cauſa ceſſionis non eſt neceſſe docere de aliquo titulo cedentis.

22 Reſervatus in caſibus ceſſus vel deceſſus ſeu dimiſſio jus cuiuslibet verificatur in primo eventu.

23 Si impoſitus ſit per ceſſum, non habet effectum in reſignatione coram Papa in favorem.

24 Facto loco regreſſui eo ipſo quod regreſſum habens declarat locum eſſe regreſſui non ſolvens penſionem, privatus eſt omni jure etiamſi à ſententia declaratoria appellaverit.

25 Cenſetur jus novum & nova gratia.

26 Caſſatur ſolo conſenſu etiam tacito.

27 Clauſula poſita in parte proviſiva cenſetur repetita in regreſſu.

28 Ad regreſſus canoniZationem procedi non poteſt niſi præcedente perſonali citatione poſſeſſoris beneficii.

29 Limita uno modo.

30 Secundus regreſſus quando concedatur.

31 Acceſſus & ingreſſus nullum præſupponunt præcedentem titulum.

32 Reſervationum quædam ſunt generales inductæ per canones, quæ per Conc. Trid. non ſublatæ, & hic recenſentur.

33 Vacatio apud ſedem / Vacatio in curia / Reſervatio. } quomodo differant.

34 Reſervationes quædam ſunt ſpeciales quoad certum corpus beneficii non tamen pro certa perſona & hic enumerantur.

35 Reſervationes quædam ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficii & ſpecialiter pro certa perſona quæ per Conc. Trid. ſunt ſublatæ.

36 Reſervatio quomodo expirat.

37 De reſervatione beneficii ſive generali ſive ſpeciali debet fieri mentio in impetratione, & ſi plures concurrant reſervationes generales circa idem de omnibus debet fieri mentio ſpecialis.

38 Collatio apoſtolica fundata ſuper falſa cauſa reſervationis eſt nulla.

39 Dicitur Papa voluiſſe providere tanquam de reſervato, quando apponit clauſulam, dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertinat.

40 Reſignatio beneficii reſervati facta in manibus ordinarii tenet ſed non collatio ab inferiore de eo facta.

41 Decretum irritans in reſervationibus quando inficiat titulum & poſſeſſionem.

42 Indultum habens conferendi qualitercunq;

*vacantia, an poſsit conferre beneficia, reſervata.*

SÆPE præbendæ, & dignitates mandantur conferri, c. *propoſuit hoc tit.* c. *ne captandæ in 6.* & promittuntur antequam vacent, c. *relatum* c. *ex tenore,* c. *accedens hoc tit.* quandoque vacantes ex negligentia non conferuntur, c. 2. §. *cum vero* c. *quia diverſitatem, &* c. *fin. hoc tit.* ideo addit titulum *de conceſsione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.* in quo tractat tam circa proviſiones non vacantium, quam circa negligentiam in non conferendo vacantes. Pro maiore intelligentia, præmittendum eſt, quod quatuor
1 ſunt termini, quibus utitur Papa † in ſuis
proviſionibus, videlicet, *providemus, mandamus provideri, proviſum fuit, & conceſsimus provideri,* quæ juxta canones, & ſtylum Can-
2 cellariæ differunt. Proviſio † dicitur,
quando Papa fecit pure gratiam, de qua literæ ſunt expeditæ, c. *Abbatem & ibi gloſſ. pen.*
3 *de reſcript.* c. *fin. de præb.* Mandamus † provi-
deri; dicitur, quando litteræ ſunt expeditæ & alteri mandatur ut provideat, c. *cum no-*
4 *ſtris hoc tit.* Proviſum fuit, dicitur, † quan-
do auctoritate Papæ, vel alterius fuit facta proviſio, litteris expeditis, & executis. Con-
5 ceſſimus † provideri dicitur, quando eſt ſi-
gnata ſupplicatio, & in Cancellaria relaxata, ſed litteræ non ſunt expeditæ, *Sarn. in reg. de Idiomate quaeſt. 4 num. 4.* Prætermiſſa pœna negligentium conferre beneficia vacantia, de qua diximus ſupra, *libr. 1. de ſuppl. negl. præl.* Circa proviſiones non vacantium beneficiorum non eſt immorandum, quia
6 Concil. Tridentinum decrevit † mandata
de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicuntur, etiam ſub nomine indulti, vel quovis alio colore, aut reſervationes mentales, vel alias quaſcumque gratias ad vacatura, aut indulta ad alienas eccleſias, vel monaſteria, nemini amplius eſſe concedenda, c. *decernit ſeſſ. 24.* c. *cum beneficiis ſeſſ. 25.* quia per ea alienæ mortis votum ingeritur, & eccleſiis, ac prælatis, & perſonis eccleſiaſticis gravamina plurima inferuntur, c. 2. *hoc tit.* c. *deteſtanda, &* c. *ne captandæ eod. in 6.* Eadem
ratione is, qui jus † conferendi habet, non 7
poteſt alteri dare poteſtatem conferendi beneficium primo vacaturũ, quod per hujuſmodi conceſſionem fraudem adhibere volentibus licentia concederetur contraveniendi canonicæ ſanctioni, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia concedi, ſive promitti, antequam vacent, c. *conſtitutus h. t.* c. 1. c. *ex tenore eod. tit.* Item Concil. Tri-
dent. ſtatuit, ut nemini † in poſterum acceſ- 8
ſus, aut regreſſus etiam de conſenſu ad beneficium eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur. Idem mandat obſervari
† in Coadjutoriis cum futura ſucceſſione; 9
ut nemini in quibuſcumque beneficiis eccleſiaſticis permittantur, niſi eccleſiæ cathedralis, aut monaſterii urgens neceſſitas, aut utilitas poſtulet prælato dari coadjutorem, ut dictum eſt in præcedenti titulo, c. *cum in beneficiis ſeſſ. 25.* quia referunt imaginem hæreditariæ ſucceſſionis, quæ ſacris conſtitutionibus reprobatur, c. *apoſtolica 8. qu. 1.* c. *ex tranſmiſſa,* c. *ad extirpandas de fil. presbyt.* Re-
greſſus † qui conceduntur ob non ſolutio 10
nem penſionis per Conc. Tridentinum non ſunt ſublati, quia obligare ſe poteſt clericus ſub pœna beneficii, anathematis, ac etiam ordinis, c. *ſi quis presbyter, & ibi gl. in verbo cõſecrationem 2. quaeſt. 4.* c. *quoties, & ibi gl. 2. & 3. 1. quaeſt. 1.* c. *cum dilectus in fin. & ibi gl. in verbo obligavit, & Can. de elect.* c. *fin. de crim. falſ.*
aut unio † quæ fit de beneficio viventis, nõ 11
ſolum collegio, vel capitulo, ſed etiam dignitati, aut beneficio alicuius perſonæ in parti-

particulari, c. *cum veniſſet de reſt ſpol. Clem. ſi*
*una de reb. eccl. non alien.* quia canones anti-
qui, ac decreta Concilii Tridentini loquun-
tur de collatione beneficii vacaturi reſpe-
ctu tituli, non de conceſſione in proprieta-
tem, c. 1. 2. *&* 3. *h. t. c. decernit. ſeq. 24. Gars. de*
*benef. part. 10. c. 1. nu. 24. & 25.* neque etiam
12 cenſetur ſublatum reſcriptum † in forma
communi, ſive juſtitiæ, quod à ſede apoſto-
lica conceditur clerico ad ſacros ordines,
nullo præſentante, promoto ſine titulo, quo
mandat ordinatori, ſive ſucceſſori eius, ut ſi
per examinationem, quæ aliis committitur,
ordinatore citato (qui de indignitate poſt
ordinationem contracta, & quantitate, ac
qualitate beneficii poteſt excipere) conſti-
terit, quod idoneus habeatur, & eccleſiaſti-
co beneficio non indignus, ei competens
beneficium tribuat, datis executoribus, qui
ordinatorem, eiuſque ſucceſſorem compel-
lere poſſint ad proviſionem illius in maiori
eccleſia, vel aliis eccleſiis civitatis, vel diœ-
ceſis, c. *accepimus de æt & qual. & c. c. cum ſe-*
*cundum apoſtolum de præb.* quia qui ad onus
eligitur, repelli non debet à mercede, c. *cha*
*ritatem, c. quicumque c. eccleſiaſticis 12. quæſt.*
*2. c. ſecundum naturam de reg. jur.* & dignum
eſt, ut eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentetur, in
qua, & per quam divinis obſequiis adſcri-
bitur, *d. c. eccleſiaſticis. 12. quæſt. 2. d. c. cum*
*ſecundum apoſtolum de præb.* Aliquando hu-
juſmodi reſcriptum dirigitur capitulo ca-
dralis eccleſiæ, quia ipſa eccleſia cathedra-
lis obligatur ordinario ſine titulo, *dictum*
*eſt ſupra tit. de temp ord. & qualit. ordin.* Man-
13 datum † à Papa factum capitulo, ut eligant,
vel præbendam alicui conferant, non affi-
cit ſingulos de capitulo, unde ſinguli ſingu-
lariter non poſſunt illud exequi, verum ele-
ctio, & collatio requirunt actum capitula-
rem, & collegialem, quia mandatum fuit id,
quod in jure conſiſtit, & agitur de jure effi-
caciter creãdo, ſecus ſi facta collatione † per 14
Papam, mandet capitulo, ut illum recipi-
ant in canonicum, vel dent illi poſſeſſio-
nem, quia illa receptio, & traditio conſiſtit
in facto, ideo ſi collegium non vult ſimul fa-
cere, tunc quilibet poteſt, & tenetur man-
datum adimplere, ea enim, quæ requirunt
implementum facti, cenſentur iniuncta u-
niverſitati, non ut corpori, ſed ut ſingulari-
bus de univerſitate, c. *eam te, & ibi Pan. n 12.*
*Felin. n. 13. 14. & ſeq. & Can. de reſcript. Felin.*
*in c. cum omnes n. 27. de conſt. Achill. deciſ. 4. ut*
*lit. pend. & c. Franc. in c. Romana § in univerſi-*
*tatem n. 5. in fin. de ſent. excom.*

Regreſſus conceditur † tantum à Papa, 15
& eſt introductus ex eius plenaria poteſta-
te, quam habet in beneficialibus, *Pariſ. de re-*
*ſign. lib. 6. quæſt. 5. n. 14. plures citans, ubi plene*
*de regreſſu tractat.* præſupponit jus priſti-
num, & dependens à præterito, *Rot. diverſ.*
*deciſ. 457. n. 10. & deciſ. 597. nume. 2. par. 1.*
*Caſſad. deciſ. unic. num 3. de pact. l. quæritur §. ſi*
*venditor verſ. remittentib ff. de edil. edict. Franc.*
*Marc. quæſt. 288.* in quo exprimi debent o-
mnes qualitates, quæ redderent Papam dif-
ficiliorem ad concedendum, *Caput. deciſ. 7.*
*part. 1. Felin. in c. in noſtra ſub numer. 9. verſ.*
*Theorica mentionem de reſcript. Felin. in c. ad*
*audientiam el. 2. num. 22. verſ. littera ad bene-*
*ficia, ubi ampliat, & limitat de reſcript.* non
comprehenditur † ſub concordatis Ger-
maniæ, indultis Cardinalium, & alternati-
vis Epiſcoporum, quæ tollunt gratias præ-
ventivas, *Caſſad. deciſ. unic. ſub num. 1. de pact.*
*Caſſad. deciſ. 4. de privil. atteſtans de uſu Curiæ*
*c. ab exordio 35. diſt. & ibi gloſſ. fin. & Can.*
*l. ſi unus ff. de pact. cap ſtatutum & ibi gloſſ. in*
*verb. moderandum de præb. in 6.* neque etiam
ſublocatione ad longum tempus à ſede A-
poſtolica confirmata, cum clauſula, etiam
quoad

quoad ſucceſſores, quia ſucceſſor incertus
eſt, *Mandoſ. de ſign. grat. tit. ſi in evidentem*
17 *verſ quæro an habenti regreſſum &c.* dat jus †
ad rem, *Mand. de ſign. grat. titul. regreſſus, &*
*acceſſus, verſ. regreſſus dicitur eſſe jus ad rem Sar-*
*nen. in reg. de jur. quæſ. non toll, quæſt. 1. ſub nu.*
28. *verſ. ſed quia ſæpe dictum eſt, ubi enumerat*
*omnes caſus, in quibus in beneficialibus quæritur*
*jus ad rem, in* 10. *caſu.* quod tantum afficit,
& eſt reſervatum, & ideo jus in re non eſt
reſervatum, nec affectum, *Card. Seraph. de-*
*ciſ. 315. arg. l. 1 ff. de leg. commiſſ. & l. 2. §. Sabi-*
*nus ff pro emptore*, etiamſi in eo ſit clauſula,
quod vim habeat validæ, & efficacis colla-
tionis: *Mohed. deciſ. 7. num. 1. in fin. de renun-*
*ciat.* ad eius validitatem de jure, *arg. not. per*
*gloſſ. in c. 1. §. poſtquam in verb, inſcript. & ibi*
*Can. de cenſ. in 6, Guid. 1. deciſ. 582. numer. 3.*
aut per regulas Cancellariæ, vel de Stylo
18 Curiæ non requiritur † conſenſus alterius,
licet per regulas revocatorias, aut gratias
non revocetur regreſſus de conſenſu, vel
ex cauſa oneroſa; *Creſcent. deciſ. 2. ſub num.*
*5. in fin. & Mohed. deciſ. 13. numer. 1. de renunc.*
*arg. c. 1. cum ibi not. de probat.* quando eſt in-
tentio Papæ requirere conſenſum, Data-
rius apponere ſolet clauſulam, quoad re-
greſſum de conſenſu, *Creſc. d. deciſ. 2. in fin.*
*c. nullus de jure patr.* acquiritur abſenti, *c. ac-*
*cedens de præb. c. ſi tibi abſenti eod. in 6.* ſecuta
ratihabitione, *Dec. in l. ſemper qui non prohi-*
19 *bet ff. de regul. jur.* conceditur ad jus † quo
quis egreſſus eſt, & non quoad poſſeſſionē,
quæ conſiſtit in facto, niſi adſint clauſulæ
reſervantes omnia tam jus, quam poſſeſſio-
nem; *Mohed. deciſ. xj. num. 4. de renunc. Bart.*
*in l. fin. num. 4. & 5. & ſeq. & numer. 8. C. de*
*ſent. poſſ. & reſtit. & ibi Doct.* in eo non expri-
20 mitur † valor, ſufficit enim illum in bullis
proviſionis exprimere, & opponenti illum
non fuiſſe expreſſum in proviſione, incum-
bit onus probandi, *Mandoſ. de ſign. grat. tit.*
*regreſſus, & acceſſus, verſ. an autem regreſſus &c.*
*Fel. in c. ſuper his numer. 16. verſ. 3. concluſio de*
*accuſat. & ibi Can. communiter.* Quando re-
ſervatur † ex cauſa ceſſionis, vel reſignatio- 21
nis, non eſt neceſſe docere de aliquo titulo
cedentis, aut quod lis erat valida cum eo,
ſed ſufficit quod ceſſionarius ceſſionem ac-
ceptaverit, aut ex cauſa ceſſionis notabili
penſioni conſenſerit, quia Papa adhæret vo-
luntati partium in ceſſionibus ad certum
effectum: *Mandoſ. de ſig grat. d. tit. regreſſus*
*&c. verſ. proponebatur, & verſ. regreſſus conceſ-*
*ſus fuerat. Mohed. deciſ. 14. & 15 de renuntiat.*
*arg. l. in omnibus rebus ff. de act. & oblig. & l. o-*
*mnem ff. de jud. Caſtr. in l. 1. §. & poſt operis n. 5.*
*plures citans ff. de nov. oper nunciat.* Reſerva-
tus in † caſibus ceſſus, vel deceſſus, ſeu di- 22
miſſionis cuiuslibet, verificatur in primo
eventu, nec datur habenti regreſſum ele-
ctio, nam poſtquam beneficiatus ſemel a-
miſit beneficium, id amplius ex perſona ſua
non poteſt vacare; *Mohed. deciſ. 20 de renun-*
*ciat. arg. cap. mandato & ibi Franc. & Can. de*
*præb. in 6. & not. per Bald. in l. invitum num. 8.*
*C. de procurat. Felin. in c. 2. num. 3. ubi ampliat,*
*& limitat, de treug. & pac. l. divortio §. quod*
*in anno, & ibi late Iaſ. à num. 12. uſque ad fin.*
*ff. ſolut. matr.* ſi impoſitus † ſit per ceſſum, 23
non habet effectum in reſignatione facta
coram Papa in favorem certæ perſonæ, quia
reſignans in favorem certæ perſonæ, hoc a-
git, quod quæratur beneficium reſignatio,
& aliter non intendit jus à ſe abdicare, *Mo-*
*hed. deciſ. 36. de renunc. c. Apoſtolica, & ibi gloſ.*
*1. in fin. & Can. 8. q. 1. Collect. in c. ex parte 1.*
*in fin. & ibi Add. de off. deleg.* Non amittitur
per ſolam negligentiam; *Mohed. deciſ. 18. de*
*renunc. arg. c. ſi tibi abſenti de præb. in 6. Innoc.*
*in c. extirpandæ in fin. de præb. Mohed. deciſ. 32.*
*nu. 1. de præben.* Ex ſubſecuta pacifica trien-
nali

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

naliposſeſſione prædeceſſoris , poſtquam
locus factus fuit regreſſui, præſumitur ceſſio
regreſſus, *Mohed. deciſ. 19. de renunc. Achill. de-
ciſ. 19. de prob. arg. alleg. Lap.* 89. *& c. ſi clericus*
24 *1. reſp. de præb. in 6.* facto loco † regreſſui, eo
ipſo quod regreſſum habens declarat lo-
cum eſſe regreſſui, non ſolvens penſionem
privatus eſt omni jure , etiamſi à ſententia
declaratoria appellaverit ; quod cenſetur
acquiſitum habenti regreſſum, *Put. deciſ.* 81.
25 *lib. 2.* & iſtud cenſetur † jus novum, & nova
gratia , quia facto loco regreſſui requiritur
nova acceptatio beneficii, & clauſulæ ſolitæ
in regreſſibus, & quodammodo acceſſoriæ,
quod tam vigore præſentium , quam anti-
qui tituli, ac in omnibus, & per omnia, ac ſi
non reſignaſſet &c. intelligendæ ſunt ex
tunc, quando fit locus regreſſui, *Rot. diverſ.
deciſ.* 427. *num. 7. &* 8. *part.* 1. *Put. deciſ.* 142.
*lib. 2. c. ut noſtrum de appell. c. paſtoralis de off.
ord.* nec beneficium reincidit in veterem af-
fectionem, vel reſervationem, *Put. d. deciſ.*
142. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 24. *de præb. in antiq. c. fin.
cum ibi not. de conceſſ. præb. in 6. c. inter cætera,
& ibi Inn. de præb. Rot. deciſ. fin. de reſcript. in an-*
26 *tiq.* Caſſatur ſolo † conſenſu etiam tacito,
*Achill. deciſ. 6. de renunciat. Caput. deciſ.* 12. *par.*
3. *Put. deciſ.* 139. *lib. 1. c. Agathoſa, & ibi gloſſ.*
63. *diſt. c. ex ore, & ibi gloſſ. in verb. renunciaſ-
ſe, de iis, quæ fi. à major. part. capit.* in manibus
cujuſcumque, *Creſ. deciſ. 1. de renunc. Achill. de-
ciſ. 7. de decimis &c. c. in præſentia de renunc.
c. ſi electio, & ibi gloſſ. in verb. renunciat. de e-
lect. in 6. & Carn. Sarn. in reg. de inf. reſig. quæſt.*
18. *num.* 5. niſi fiat caſſatio correſpective ad
effectum alterius reſervationis , quo caſu
fieri debet in manibus ſummi Pontificis, &
conſenſus debet præſtari formaliter in Ca-
mera, vel Cancellaria: *Rot. diverſ. deciſ.* 471.
*num.* 10. *par.* 1. *Caput. deciſ. 12. par. 3. c. ſuper eo,*
27 *de cond. app.* Clauſulæ generales † poſitæ in
*Summa in Decretal.*

parte proviſiva, cenſentur repetitæ in regreſ-
ſu in eadem ſupplicatione contento, *Put. de-
ciſ.* 71. *lib.* 2. *cap. acceſſorium de reg. jur. in
6. l. ſi enim §. qui injuriam ff. ſi quis caut. &c.*
Canonizatio regreſſus † habet in ſe priva- 28
tionem , ad quam procedi non poteſt niſi
præcedente perſonali citatione poſſeſſoris
beneficii, alias proceſſus eſt nullus, *Rot. diverſ.
dec.* 227. *part.* 3. *lib.* 3. *Fel. in c. cum contingat ſub
num. 8. verſ. & pro iſtis benefacit de reſc. Rot. dec.*
21. *de dol. & contum. in antiq. Caput. deciſ.* 375.
*part. 2. Felin. in c. quoniam ſub num.* 22. *ut lit.
non conteſt.* Limita † quia valet proceſſus ſu- 29
per canonizatione regreſſus cum procura-
tore conſtituto à reo poſſeſſore perſonaliter
citato in cauſa non ſolutæ penſionis per a-
ctorem in principio intentatæ, & ad omnes
alias lites etiam beneficiales , etiamſi reus
non fuerit perſonaliter citatus ad videndum
canonizari regreſſum, quia canonizatio re-
greſſus eſt cauſa beneficialis, & declaratoria
pœnæ incurſæ ob non ſolutionem penſio-
nis, *Achill. deciſ. 4. & 5. de penſionib. arg. c. ex ge-
ſtis c. relatum c. ex tuæ & c. fin. de cler. non re-
ſid.* Secundus regreſſus † nunquam concedi- 30
tur , niſi habent primum regreſſum illum
ſuſpendat, vel ejus caſſationi conſentiat, ne
idem beneficium duobus regreſſibus ſit in-
volutum, *Caſſad. deciſ. 1. de penſ. Mohed. deciſ.*
4. 5. 7. 10. 13. *de renunc. Rot. diverſ. deciſ.* 799.
*par. 3. lib. 3. atteſtans de uſu, & ſtylo, arg. c. ſuper
eo de cohab. cler. & mul. & ibi gl. fin. & Can. arg.
c. dilectus filius, & ibi not. per DD. de reſcript.*
Acceſſus nullam habet cauſam præambu-
lam juris præteriti, *Caſſad. deciſ. 1. de pact. nu.*
6. *Put. deciſ. 191. num. 3. 10. & 18. libr. 1. l. acceſ-
ſionibus ff. de diut. & temp. præſcr.* ſed præſup-
ponit jus de futuro: *Rot. diverſ. deciſ.* 457. *nu.*
10. *part. 1. c. unico, ibi ad ea ingreſſus patere va-
leat de eo, qui mit. in poſ. in 6.* Ingreſſus ab ac-
ceſſu non differt , nec præſupponit † ali- 31

quem titulum præcedentem, c. *accuſatores, el.2.3.quæſt.5.* c. *eum qui ibi juſte ingreditur de præb.in 6.Caſſad.d.deciſ.1.de pact.*

32 Reſervationem quædam ſunt † genrales, inductę per canones, quæ per Con. Tridentinum non ſunt ſublatæ, ut reſervata ſunt beneficia vacantia apud ſedē apoſtolicam, c. *ſtatutum,* c. *præſenti de præb.in 6. Extravag. ex debito de elect.inter communes Extravag. ad regimen, de præb.inter commues.* etiam monaſteria monialium, *Mand.de ſign. grat.tit, reſignationes verſ.monaſteria monialium.* vacare dicitur beneficium proprie apud ſedem quan-
33 do † beneficiatus in Curia Romana moritur, *Rot.deciſ. 4. de præb.in nov. Clem. 1. ut lit. pend.,&c.in princ.* c. *præſenti de præb.in 6.quod declarat c.2.eod.tit.in 6.& ſæpius repetit non ſine myſterio, mori contingat, decedat, gl.in Clem. 1.in verbo diœceſanis, & ibi Can.de jurepatr. cum vulgaribus.* vel in locis ipſi Curiæ Romanæ vicinis, non remotis ultra duas dietas legales, *d.c.præſenti in princ.&* §.*loca.* improprie vero vacatio apud ſedem ponitur pro quacumque vacatione in curiæ, & tunc vacatio apud ſedem, & vacatio in curia pro eodem capiuntur, c. 2. *de præb. in 6.quod in principio dicit apud ſedem in fin in Rom.Cur.c.ſtatutum, & ibi gloſſ. 2. de præb. in 6. Lap. alleg.84.* adeo quod proprie loquendo, omnis vacatio apud ſedem poſſit dici vacatio in Curia, ſed non è contra, *Rot. deciſ. 17. de præb.in antiq. Sarn.in reg.de trien.quæſt.31.poſt princ. Put.deciſ.38. lib. 2. Gonz.ſuper reg.de menſ.& altern. gloſſ.13.num.48.& ſeqq.* ab utraque dicta vacatione reſervatio beneficii differt, ſi ſpecialiter ſumatur, quia poteſt eſſe beneficium reſervatum, quod proprie non eſt vacans apud ſedem apoſtolicam, vel in Curia, *Archidiac.in c.cum in tua num. 3. de conſu. in 6. Rot. deciſ.1.de off.leg.in antiq.* Item reſervantur, & in Curia Romana vacare dicuntur, *Sarn. Trid.reg.de triennn.qu. 31.§.& ideo pro clariori verſ.hoc probatur Put.deciſ. 38.lib. 2.* beneficia S.R.E. Cardinalium, Officialium Papę, Capellanorum, Commenſalium (qui autem cenſeantur Commenſales traditur in c. fin. de verb. ſignif. in 6) & quorumlibet aliorum ratione officii, vel ex cauſa legitima in Romana Curiæ morantium, quando à Papa pro ſuis, & ſedis Apoſtolicæ negotiis perſequendis de ipſa Curia quocumque modo præmiſſi, vel aliqui eorum tranſmiſſi, aut legati, vel nuncii fuerint, & eos ubilibet ante ipſorum ad prætactam curiam reditum durante legatione, ſeu proſecutione ipſorum negotiorum rebus contigerit eximi ab humanis, d.*extravag. ex debito* §. *epiſcopales,inſuper,&* §. *rurſus de elect. in communes. d.extravag. ad regimen* §. *ac etiam per obitum, &* §§. *ſeqq* Beneficia promotorum per Papam ad epiſcopales eccleſias, & monaſteriorum regimina, quæ tempore hujuſmodi promotionis, obtinebant, *d. Extravag. ad regimen* §. *rurſus monaſteria. Garc.de benef. part.xj.c.6. num.30.& ſequentib.* Beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam quorumcumque prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apoſtolica collatorum: *d. Extravag. ad regimen* §.*necnon etiam Garc.de benef.part.xj.c.5. num. 51.& plurib.ſeqq.dicens, quod Dataria apponat decretum dimittendi primum in manib. ſanctiſſimi*, ſecus quando ſecundum beneficium, per quod vacat primum, eſſet ab ordinario collatum, *Extravag. ad regimen prope fin. verſ. necnon etiam per aſſecutionem de præb. Extravag. ex debito* §. *hujuſmodi de elect. inter communes Rot,deciſ.65. de reſcript.in antiq. Gonz. ſuper reg.de menſ.& altern,gloſſ.51.num.36.& 37.* Beneficia exemptorum, & immediate ſedi Apoſtolicæ ſubjectorum; c. *fin. de renunc.*

nunc. Beneficia devoluta ad ſedem Apoſtolicam: c. licet de ſuppl. neglig. præl. Beneficia vacantia per conſtitutionem execrabilis de præb. inter communes, Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ. 51. ubi caſus 35. enumerat, in quibus reſervatio ſibi vendicat locum Pariſ. de reſig. libr. 2. quæſt. 16. à num. 16. uſque ad fin. Per concordata Germaniæ reſervantur majores dignitates poſt pontificales in cathedralibus, & principales in collegiatis eccleſiis, §. de cæteris in concord. Germ. & ſi agatur ad hunc effectum requiruntur probationes plenæ, & concludentes, & debet eſſe dignitas major, vel prima proprie, plene, & cum effectu in actu, & non in habitu, nec ſufficiunt veſtigia dignitatis, propter præjudicium ordinarii collatoris, Rot. diverſ. deciſ. 70. num. xj. part. 1. c. de liberatione, & ibi gloſ. in verbo eccleſias, & in verb. electiones circa fin. verſ. ſed cum majoritas, & ibi Gemin. num. 6. & ſeq. & Can. de off. leg. in 6. Præterea inductæ ſunt plures reſervationes per particulares conſtitutiones ſummorum Pontificum, quæ etiam dicuntur generales reſervationes, quia factæ per viam legis, ut reſervata ſunt beneficia vacantia per privationem, conſtit. Paul. 5. incip. ſanctiſſimus, quæ eſt in ordine 67. recepta in confidentiam, Conſtitut. 109. Pij 4. Rom. Pont. & conſtit. Pij V. 87. Intolerabilis, vacantia per crimen hæreſis, Conſtit. Pij V. 29. cum ex Apoſtolatus. Parochiales eccleſiæ collatæ non ſervata forma c. 18. ſeſſ. 24. Conſt. Pij V. 32. in conferendis. late de præfatis omnib. Gonzal. ſuper reg. de menſib. & alter gloſſ. 51. Quædam reſervationes ſunt
34 ſpeciales † quoad certum corpus beneficii, non tamen pro certa perſona: c. ſi eo tempore de elect. in 6. c. cum olim de re jud. nonnullæ aliæ ſunt introductæ per primam novam, & undecimam regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, quas fuſe explicat Mondoſ. in Comment. ad dictas regulas. Garc. de benef. part. 5. c. 1. num. 56. & ſequent. & 13. §. ſeqq. Beneficia familiarium Cardinalium ſunt reſervata per reg. Cancell. 4. §. ac quæcumque, quam fuſe explicat, Mandoſ. in reg. 3. reſervat. quæſt. 17. & 4. quæſt. ſeqq. Greg. xv. deciſ. 166. & ibi late annot. Quædam ſunt ſpeciales † 35
ſuper certo corpore beneficii, & ſpecialiter pro certa perſona, c. dudum de præb. in 6. c. executor de conceſſ. præb. in 6. Rot. dec. 28. de præb. in antiq. quæ per Concil. Tridentinum ſunt ſublatæ, quia ſunt gratiæ præventivæ, c. decernit ſeſſ. 24. Reſervatio expirat † per pro- 36
viſionem Papæ, etiamſi proviſus moriatur, antequam cœperit corporalem beneficii poſſeſſionem, Rot. deciſ. 24. de præb. & dignit. in antiq. c. fin. §. præſenti §. fin. de conceſſ. præb. in 6. ac litteris non expeditis, Rot. deciſ. 87. num. 5. de reſcript. in antiq. Ioan. Andr. in proœm. lib. 6. num. 5. & 6. Archid. & Canoniſtæ, quando eſt facta in forma gratioſa, ſecus in forma dignum, & Commiſſaria; Rot. dec. 3. de for. in antiq. Clem. 1. & ibi gloſſ. 3. de conceſſ. præb. Reſervatio non expirat per commendam, Gemin. in c. nemo num. 6. de elect. in 6. Rot. deciſ. 1. de præb. in antiquior. niſi commenda fiat ad incertum tempus, puta donec aſſecutus fuerit poſſeſſionem Epiſcopatus propter dubium eventum conditionis, Rot. deciſ. 1. in 2. reſp. de præb. in antiquioribus l. ſufficit ff. de cond. indeb. Gemin. in d. c. nemo num. 6. de elect. in 6. Reſervatio facta collationi Papæ per mortem Papæ expirat, ſed reſervatio facta collationi ſedis Apoſtolicæ, morte ſummi Pontificis non expirat, Clem. 1. de probat. & ibi Zabar. in princ. Imol. in princ. & Can. Mand. in reg. 1. reſervat. quæſt. 12. n. 5. & ſeqq.

De reſervatione † beneficii, ſive genera- 37
li, ſive ſpeciali debet fieri mẽtio in impetratione, alias collatio non valet, Felin. in c. in

noſtra ſub 5. coroll. de reſcript. Rot. deciſ. 30. de
præb. in antiq. & ſi plures concurrant reſerva-
tiones generales circa idem beneficium, de
omnibus debet fieri mentio ſpecialis in im-
petratione, Caſſad. deciſ. 9. de præb. numer. 5.
Bellam. deciſ. 425. ſi Papa. Felin. in c. in noſtra
in 6. coroll. de reſcript. quia collatio eſt gra-
tia ex parte concedentis, ex parte impetran-
tis ambitio, gloſſ. 1. in c. ſi tibi qui de reſcript.
38 in 6. collatio † apoſtolica fundata ſuper fal-
ſa cauſa reſervationis eſt ſubreptitia, & nul-
la, Rom. conſ. 335. num. 11. & 14. ſimonet de re-
ſerv. quæſt. 61. num. 1. quia decretum latum
ex falſa cauſa non afficit beneficium, l. 3. §.
puberi ff. de carbon. l. cum vero §. ſubventum ff.
de fideicom. libert. l. 1. §. hæc verba ff. ne jus fiat
ei, qui in poſſ. l. tutor ſi petitus l. ſeiæ egreſſa ff. de
tut. & curat dat. ab iis &c. l. magis puto. §. fin.
ff. de reb. eor. qui ſub tut. & dicitur † Papa vo-
39 luiſſe providere tanquam de reſervato,
quando apponit clauſulam, dummodo il-
lius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat,
quæ totam gratiam, & omnia in ea conten-
ta qualificat, & reſtringit, ſimon de reſerv.
quæſt. 61. num. 3. Gonzal. ſuper reg. Canc. de
menſ. & alter. §. 4. proœm. numer. 75. & ſeqq.
40 Reſignatio † beneficii reſervati facta in ma-
nibus ordinarii tenet, & inducit veram va-
cationem, Rot. deciſ. 4. de renunc. & deciſ. 1. de
rer. perm. in nov. Caput. deciſ. 45. part. 1. c. du-
dum de præb. in 6. gl. in c. quod in dubiis, in ver-
bo in manum laicam, & ibi Innoc. & Can. de re-
nunc. verum collatio inferioris de beneficiis
reſervatis eſt ipſo jure nulla, Extravag. ad
Romani. de præb. inter communes c. ſi eo tempo-
re de elect. in 6. & ibi Can. c. quodam, ibi vaca-
41 turæ præbendæ de præb. in 6. quia † decretum
irritans in reſervationibus generalibus
clauſis in corpore juris, aut notoriis, Mobed.
deciſ. 13. num. 2. de reſtit. ſpol. Rot. deciſ. 75. nu.
3. & 5. part. 3. lib. 1. diverſ. cap. 1. & 2. ut lit.
pend. & c. in 6. Inn. in c. conſtitutus, de fil. preſ-
byt. & in cap. ſignificaſti de divort. & utrobiq;
Can. c. ad decimas de reſt. ſpol. in 6. Rot. deciſ. 3.
de reſt. ſpol. in nov. In ſpecialibus certi corpo-
ris beneficii, Caſſad. deciſ. 1. de cauſ. poſſ. &
propr. Rot. d. deciſ. 3. de reſt. ſpol. in nov. ac in
literis acceſſus, regreſſus, & coadjutoriæ
cum futura ſucceſſione, Caſſad. deciſ. 2. de
reſt. ſpol. c. quædam, & ibi gl. in verbo ignoranti
de præb. in 6. c. 1. § quia cum illi de conceſſ. præb.
in 6. irritat contra factum, Clem. 1. de con-
ceſſ. præb. c. quodam de præb. in 6. & non ſolum
inficit titulum, ſed etiam poſſeſſionem, c.
ut noſtrum de appell. & ibi Can. Caſſad. deciſ. 1.
& Rot. dec. 3. de reſtit. ſpol. in nov. ac omnia quæ
ſequuntur ex eo, Rot. deciſ. 20. de præb. in an-
tiq. c. ſi eo tempore de elect. in 6. cap. quodam de
præb. in 6. Collect. in c. eccleſia veſtra ſub nu. 25.
de ſortil. gloſſ. in Clem. 1. in verbo atteſtari & ibi
Zab. num. 6. & Can. de conceſſ. præb. & exclu-
dit poſſeſſorium recuperandæ, quando re-
ſervatio eſt probata, vel quando quis in-
continenti paratus eſt eam probare, Rot. de-
ciſ. xj. de reſtit. ſpol. in antiq. c. in literis de reſt.
ſpol. & ita intelligenda eſt deciſ. 3. de reſt. ſpol.
in nov. ſed non officium judicis, ſi ſpoliatus
fuerit lite pendente, quia in eo non requi-
ritur poſſeſſio, ſed ſufficit quod expulſus
tempore expulſionis detineat, Rot. deciſ. xj. de
cauſ. poſſ. & propr. in antiq. dictum eſt ſupra in
tit. ut lit pend. &c. Pan. in c. bona num. 21. de
appell. Decretum appoſitum in proviſione
certi beneficii vacaturi inficit titulum, &
poſſeſſionem ſecuta proviſione executorũ,
Clem. 1. de conceſſ. præb. & ibi Can. Mobed. xj.
eod. tit. c. pen. & ibi Gemin. in fin. de præb. in 6. c.
Præterea de app. Caſſad. deciſ. 1. & 2. de decr. re-
ſerv. ſecus in decreto, quod apponitur in
proviſione beneficii certi vacantis, quod
non inficit poſſeſſionem, Caſſad. deciſ. 2. ſub
num. 4. verſ. & intellige, & num. 5. de reſt. ſpol.

c. ſi à

*c. ſi à ſede de præb. in 6.* Decretum ſuper beneficio incerto non inficit titulum, & poſſeſſionem, *Franc. in c. 1. §. ex part. num. 7. & 8. hoc tit. in 6. qui declarat quando decretum ſit appoſitum ſuper certo, vel incerto beneficio c. ſi pauper & ibi Franc. & Can. & præb. in 6.* ex quo infertur, quod decretum appoſitum in indulto conferendi conceſſo Cardinalibus, vel aliis non inficit neque titulum, neque poſſeſſionem proviſi ab ordinario; *Clem. 1. hoc tit. & ibi gloſſ. & Can. Caſſad. deciſ. 1. & 2. de reſtit. ſpol. Rot. diverſ. deciſ. 72 lib. 1. par. 3. d. c. 1. §. ſubjunctum in fin hoc tit. in 6. & ibi gloſ. in verb. referri,* quodque in decreta in revocatoriis expectativarum, facultatum reſignanti, ac ſimilium gratiarum non officiunt agenti ſpolio, quominus dicatur habere titulum coloratum, *Mohed. deciſ. 13. de reſt. ſpol. Rot. diverſ. deciſ. 71. num. 5. part. 3. lib. 1. per d. c. 1. §. ſubiunctum hoc tit. in 6.* ac quod decretum regularum Cancellariæ non inficit poſſeſſionem, *Achill. deciſ. 8. de reſt. ſpol. d. c. 1. §. ſubjunctum,* neque diſcolorat titulum, *Achill. deciſ. 13. de reſt. ſpol d. c. 1. § ſubiunctum,* præterquam in regula Cancellariæ reſervatoria menſium, *Caſſad dec. 1. de reſt. ſpol. Gonz. in d. reg. Cancell. reſerv. menſ. gl. 67. num. 29. & ſeqq. & num. 41. & ſeqq. Greg. 15. deciſ. 183. numer. 5.* de regula de annali, *Caſſad. deciſ. 12. ſuper reg. Cancell. Achar. deciſ. 2. ſuper reg. Cancell. in genere.* De reliquis effectibus decreti *vide Felin. in c. cæterum. num. 19. & ſeqq. de reſcript. Caſſad. deciſ. 3. de decretis. in reſervat. Anchar. in c. 1. hoc tit. in 6. num. 7. & 8. & ibi Canon. Gonzal. ſuper regul. Cancell. reſervat. menſ. &c. gloſſ. 67. numer. 50. & ſeqq.*

42 Habens indultum † conferendi beneficia qualitercumque vacantia, non poteſt conferre beneficia reſervata, *Rot. dec. 3. de off. leg. in nov. Rot. deciſ. 29. de præb. in nov. c. dudum c. quamvis el. 2. de præb. in 6.* quod ſi indulto detur poteſtas conferendi beneficia reſervata, tunc poteſt conferre beneficia generaliter, & ſpecialiter reſervata, *Rot. deciſ. 4. de præb. in nov. c. olim de verb. ſig. c. cum dilectus de donat.* etiam ex duplici reſervatione, *Bellam. deciſ. 425. Pan. in c. at ſi clerici §. de adulteriis num. 11. de judic. & ibi Can. Iaſ. in l. beneficium num. 31. & ſeqq. plures cumulans ff. de conſtit. Princip.* quia indultum contra concedentem latiſſime eſt interpretandum, *c. olim de verb. ſign. c. cum dilectus de donat.* præterquam vacantia in Curia, ſive per obitum, ſive aliter vacent, *Rot. d. deciſ. 4. de præb. in nov. Mand. de ſign. grat. tit. indultum conferendi beneficia reſervata verſ. nonnunquam, & verſ. ſeq. Æn. de falcon. de reſerv. in 6. ff. in 4. qu. princ. n. 12. Rot. deciſ. 17. de præb. in antiq.*

## *Ne ſede vacante aliquid innovetur.*

## Titulus IX.

### SVMMARIA.

1 *Sedis appellatione venit Epiſcopalis, Abbatialis, Regularis prælaturæ cuiuslibet collegiatæ eccleſiæ inferioris, ac etiam titulus Cardinalitius.*

2 *Papa mortuo collegium cardinalium non debet ſe intromittere niſi de proviſione.*

3 *Sedes quando dicatur vacare.*

4 *Capitulum ſede vacante etiamſi bona prælati & capituli ſint diſtincta ſuccedit in adminiſtratione ſpiritualium & temporalium & in juriſdictione quam poteſt exercere per ſe vel alium ac etiam ſuccedit in iis quæ ſunt ordinis epiſcopalis & conſecrationis quæ debet exercere per alium epiſcopum.*

5 *Quænam tranſeant in capitulum ſingulariter enumerantur.*

6 *Non ſuccedit in juriſdictione competenti*

 *epiſcopo*

*epiſcopo de jure ſpeciali vel ex delegatione etiam facta authoritate canonis.*

7 *Neque in juriſdictione competenti jure directi Dominii aut ex privilegio.*

8 *Capitulum ſede vacante inventarium rerum quæ reperta fuerint, deſcribit.*

9 *Decernit unum vel plures œconomos.*

10 *Officialem ſive vicarium idoneum infra octo dies poſt mortem epiſcopi conſtituit.*

11 *Dat confeſſorem ſive pænitentiarium qui in caſibus epiſcopo reſervatis abſolvit.*

12 *Dictique œconomus, vicarius, & quicunque officialis, ſede vacante, conſtituti, tenentur epiſcopo ad eundem eccleſiam promoto reddere rationem.*

13 *Capitulum ſede vacante infra annum à die vacationis non poteſt dare liberas dimiſſorias niſi arctatis.*

14 *Non ſuccedit in rebus aut juribus epiſcopalibus in iudicium etiam defendendo deducendis.*

15 *Neque in rebus aut juribus eccleſiæ in contractum vel ſtipulationem deducendis.*

16 *Non ſuccedit in collatione libera & voluntaria pertinente ad epiſcopum duntaxat vel ſpectante ad Epiſcopum de conſilio vel aſſenſu capituli.*

17 *Excipe, quia collationes beneficiorum neceſſarias capitulum facere poteſt, & ratos alios caſus hic enumeratos.*

18 *Non ſuccedit in præſentatione ſeu electione ſpectante ad epiſcopum.*

19 *Sede vacante ſtatus eccleſiæ mutari non poteſt.*

20 *Viſitator à Romano pontifice eccleſiæ cathedrali vacanti deputatus adminiſtrationem legitimam habet temporalium & ſpiritualium, confert beneficia ad epiſcopi collationem ſpectantia.*

SEDE vacante Capitulum non ſuccedit in collationibus beneficiorum, ideo
ſubjicitur generalis rubrica. Ne ſede vacante &c. quæ eſt concepta negative, & ponit
orationem perfectam, ut ex ea argui poſſit, quod nihil poteſt innovari ſede vacante, in
præjudicium ipſius ſedis, niſi expreſſo jure caveatur, *Felin. in rub. ut lit. non conteſt. &c.*
*Boich. in prœem. decret. in verb. Rex pacificus n. 5.* 6. *&* 7. Appellatione ſedis † venit epiſcopa- 1
lis, *c. illa hoc tit.* abbatialis, *c. cum dilectus de conſuet. c. 2. de in integ. reſt.* regularis, *c. quia*
*ſæpe de elect. in 6. Pan. in c fin. n. 9. de ſtat. Mon.* niſi Abbas deponatur propter dilapidationem,
aut aliam culpâ ſuam, à diœceſano ad denunciationem viſitatorum, quo caſu interea monaſterio
datur idoneus adminiſtrator, donec ipſi fuerit de Abbate proviſum, *c. fin. §. ſi autem dilapidator, & ibi Pan. n. 8. & 9.*
*& Can. de ſtat. Monach.* Prælatura cuiuslibet collegiatæ eccleſiæ inferioris, ac etiam titulus
Cardinalatus, quia poteſtas competens epiſcopo, abbati, prælato, ac etiam Cardinali, ſede vacante,
tranſit in Capitulum, exceptis iis, quæ non poſſunt explicari ſede vacante: *c. de his, quæ, & ibi poſt gl. fin. Pan. n. 2. c.*
*cum de maior. & obed. c. ad abolendam 1. reſp. de hæret. Imol. in c. 1. num. 14. hoc tit.* Mortuo
Papa † collegium Cardinalium non ſucce- 2
dit in juriſdictione, & non debet ſe intromittere, niſi de proviſione, & in quantum à
jure permittitur, *gloſſ. in c. 1. in verbo ſede vacante, de ſchiſm. in 6 & ibi Can. Franc. Marc. dec.*
1299. *part. 1. Clem. 2. in fin. prin. de elect.* Dici-
tur ſedes † vacare per morem naturalem, vel 3
civilem epiſcopi, & per eius captivitatem à paganis, ſchiſmaticis, hæreticis, *c. ſi Epiſcopus*
*de ſuppl. neglig. præl. in 6. & ibi gl. in verbo à paganis, & in verbo mortem.* ab hoſtibus fidelibus,
& piratus: *Franc. in d. c. ſi Epiſcopus n. 2.* &
regula eſt, quod capitulum † etiamſi bona 4
prælati, & capituli ſint diviſa, *Franc. in c. unio in fin. de maior. & obed. in 6.* ſuccedit in admi-
niſtra-

niſtratione ſpiritualium, & temporalium, ac
juriſdictione, *c. ſi Epiſcopus, & c. Eccleſiæ, de*
*ſuppl. neglig. præl. in 6. c. 1. de conſtit. in 6. c.*
*cum olim de maior. & obed. c. unico eod. in 6.*
5 etiam in † re feudali, *Gail. obſerv. 30. n 10. &*
*ſeqq. lib. 1. Galli dicunt ſuccedere dominum feudi.*
*Franc. Marc. decis. 46. part. 2. & deciſ. 367. ead.*
*part. 2. & deciſ. 95. & ſeq. part. 1.* quam poteſt exercere per ſe, vel alium non Epiſcopũ,
& indiſtincte in Germania in civilibus, ſede vacante, ſortitur forum in Camera Imperiali, quia vices epiſcopi, & principis gerit, & proceſſus cum novo electo Epiſcopo continuatur, *Gaill. d. obſerv. 30. num. 10. & ſeqq. lib. 1. idem de pignor. c. 7. num. 5.* ac etiam ſuccedit in iis, quæ ſunt ordinis epiſcopalis, & conſecrationis, quæ debet exercere per alium epiſcopum, quem ad hoc invitabit cum cautelæ ſtudio, id eſt, proteſtatione, quod per hoc nihil juris ipſi epiſcopo acquiratur, *c. Pontifices 7. quæſt 1. gloſſ. in cap. ſi Epiſcopus in verbo ſpiritualibus de ſuppl. neglig. præl. in 6. c. fin. 65. diſt. & ibi gl. in verbo convocet. Pan. in c. his quæ num. 3 de maior & obed.* Tranſit in capitulum juriſdictio etiam competens epiſcopo de conſuetudine, & ex prorogatione, ſeu extenſione juriſdictionis ordinariæ factæ per legem, ſive canonem, *c. ad abolendam in princ. ibi, vel clerici ipſi ſed vac. juncto §. fin. de hæret. & ibi Hoſt. in fin. & Can. licet Ioan. Andr. aliter ibidem ſentiat. Io. Monach. in c. 1. ſub num. 3. de maior. & obed. in 6. c. irrefragabili §. cæterum, & ibi gl. in verbo ſuper hoc delegatus de off. ord.* etiam cum verbis, auctoritate apoſtolica concedimus facultatem, quæ nõ faciunt juriſdictionem delegatam, *c. cum aliquibus, & ibi gl in verbo concedimus facultatem de reſcript. in 6. & Can.* necnon ex remotione obſtaculi exemptionis, *Clem. 1. de teſtam. Clem. 1. de ſepult. Vital. in d. Clem. 1. de teſtam. num. 45. & ſeqq. Imol. n. 12. & 13. & Zab. in princ. plures ſimiles caſus cumulat.* quia eadem ratio debet eſſe in additamento, quæ in principali, *Pan. in c. cum olim, in decima quæſt. de maior. & obed.* confirmat electiones, & cognoſcit tanquam Epiſcopus de objectis contra electum, & formam electionis, *d. c. cum olim, & ibi gloſſ. fin. & Can. de maior. & obed.* etiamſi dictæ electiones fuerint factæ ab ipſomet capitulo ad præpoſituram, & decanatum, vacantes in ipſa cathedrali Eccleſia. Etenim Canonici, in eo quod Canonici, ſunt inferiores, in eo quod capitulum repræſentat Epiſcopum, ſunt ſuperiores, *d. c. ſi Epiſcopus, & ibi glo. in verbo debebit facit c. penult. de appell. in 6. & ibi not.* inſtituit præſentatos à patronis, *c. 1. de inſtit. in 6.* quia confirmatio, & inſtitutio non eſt donatio, imo eſt neceſſaria, & debita, ſi electus & præſentatus eſt idoneus, *c. poſtquam de elect. c. decernimus 16. quæſt. 1.* & ſunt juriſdictionis neceſſariæ, *Pan. in c. illa n. 6. hoc tit. & in d. c. cum olim poſt n. 2. gl. fin. in c his quæ, de maior. & obed.* abſolvit excommunicatos ſive à jure, ſive ab homine, *d. c. unico, de maior. & obed.* judicat corrigit, excommunicat, *c. ad abolendam 1. reſp. de hæret. gloſſ. fin in d. c. his quæ de maior. & obed.* diſpenſat in caſibus Epiſcopo permiſſis, *Anch. in c. 1. n. 7. hoc tit. Franc. in c. cum ex eo ſub nu. 3. de elect. in 6.* facit perpetua ſtatuta circa correctionem criminũ, & morum reformationem diſtringentia totam diœceſim, *Pan. in d. c. cum olim in 7. quæſt. Anch. in c. 1. n. 6. hoc tit.* quia ſtatuere dependet à juriſdictione, *c. fin. de conſt. in 6.* privat beneficiis propter crimen, vel aliã juſtã cauſam, *Rota deciſ. 6. de rer. perm. in nov. verſ. cum igitur capitulum &c. cap. his quæ in fin. & ibi gloſſ. fin. & Can. de maior. & obed.* interponit auctoritatem permutationi beneficiorum, *gloſſ. in Clem. unica de rer. permut. in*
verba

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*verbo conſerantur, & ibi Canon.* admittit reſi-
gnationem beneficiorum ſpectantium ad
inſtitutionem epiſcopi, *Rot. deciſ. 6. de rer.
permut. in nov. c. 1. de inſtit. in 6.* ſed non pot-
eſt interponere auctoritatem permutatio-
ni, aut admittere reſignationem beneficio-
rum ſpectantium ad electionem, præſenta-
tionem, vel collationem ſolius epiſcopi,
*Put. deciſ. 320. lib. 2. Put. deciſ. 35. de præb. Clem.
un. & ibi gl. pen. de rer. permut. & Can.* quia in
illis capitulum non ſuccedit directe, c. *unico
hoc tit. in 6.* ergo nec indirecte per viam per-
mutationis ſe impedire debet, c. *cum quid ff.
de reg. jur. in 6.* ſi vero Epiſcopus una cum
capitulo haberet facere præfata, cum capi-
tulum tunc poſſit eligere, præſentare, con-
ferre, c. *unico hoc titul. in ſexto, dicetur infra
hoc titul.* poterit ut capitulum conſentire, &
ut epiſcopus auctorizare: *glo. pen. in d. clem.
unic. de rer. permut. approbata ibidem per Zab.
num. 17. & Can. communiter Imol. numer. xj.*
conſtituit œconomum in beneficiis vacan-
tibus ſpectantibus ad collationem ſolius e-
piſcopi, tam reſpectu onerum, quam rerum
gubernandarum, donec eis fuerit proviſum
de Rectore, *Pan in c. illa, ſub num. 4. hoc tit.
& in c. fin. de ſtat. Monach. numer. 8. & 9. idem
in c. bonæ num. 13. & ſeq. de appell. & ibi Franc.
in princ.* necnon in parochialibus eccleſiis
vacantibus, quas in commendam conferre
non poteſt, quod olim capitulo erat per-
miſſum, *Pan. in c. bonæ num. 13. de appell. Pan.
in c. illa numer. 4. ne ſed. vac.* quia c. *expedit 18.
ſeſſ. 24. in Tridentino,* ſæpius exprimit, ac ſe-
rioſe, pluriesque repetit verbum *Epiſcopus,
gl. ſing. in clem. 1. ſuper verb. diœceſanis de jure-
patr. & ibi Can. Gemin. in c. duobus ſuper gl. in
verb. 1. præſentaverit de reſcript. in 6. & ibi
Franc. Caſſad. deciſ. 16. numer. 7. & ſeqq. ſuper
reg. Cancell. Garc. in terminis noſtris de benef.
par. 5. c. 7. n. 81. circa fin. verſ. movebat etiam ma-
xime.* ſed ſede epiſcopali vacante poteſt ca-
pitulum, ſeu eius Vicarius, facere concurſum
ad Parochiales Eccleſias vacantes, & ad i-
pſum ſpectat abire munia illa omnia, quæ
Concilium Tridentinum ſtatuit obeunda
ab Epiſcopo ſeu eius Vicario cum parochia-
lis eccleſiæ vacatio contigerit, *ex ſupra alle-
gatis, Garc. de benef. part. 9. c. 2. num. 6. & ſeqq.*
licet, ut infra dicetur, parochialem eccle-
ſiam in concurſu conferre non poſſit: dat
licentiam Clerico electo tranſeundi ad ec-
cleſiam alterius diœceſis, *Rot. deciſ. 6. num. 3.
de rer. perm. in nov. Pan. in c. cum olim, verſ. ſed
dubitatur 2. de maior. & obed.* viſitat totam
diœceſim, c. *fin. de ſuppl. negl. præl. in 6. Pan. in
d. c. cum olim in 4. dubit. gl. mag. in clem. 1. in
verb. capituli de hæret. & ibi Can.* quia viſitatio
fit ex neceſſitate juris, c. *ſopita de cenſib.* c. *in-
ter cætera de off. ord. c. relata xj. quæſt. 1. Mar. So-
cin. late in c. qualiter & quando el 2. num. 181.
& plurib. ſeqq. de accuſ. licet contrarium Mo-
nach. in c. fin. num. 3. & ſeq. de ſuppl. negl. præl.
in 6. & Prob. ibi numer. 1. diſtinguit, an viſita-
tio competat epiſcopo jure communi, vel ſpeciali,*
& generaliter prætermiſſis aliis pluribus ca-
ſibus ſpecialiter enumeratis *per Io. Andr. &
Franc. & Can. in cap. 1. de major. & obed. in 6.
Pan. in d. c. cum olim, de maior. & obed.* ſucce-
dit in juriſdictione competenti epiſcopo
de jure communi & ordinario, ſive ea ſit
voluntaria, ſive contentioſa, *Franc. in cap. 1.
num. 4. in fin. de maior. & obed. in 6. Pan. in d.
c. cum olim num. 2. late Garc. de benef. part. 5. c.
7. in princ. & num. 4. & per tot.* ſed non in ju-
riſdictione † competenti epiſcopo de jure 6
ſpeciali, *Franc. in c. 1. §. ubi vero num. 1. hoc tit.
in 6.* vel ex delegatione, c. *paſtoralis §. prater-
ea de off. ord. Rot. deciſ. 6. de off. deleg. in antiq.*
etiam facta auctoritate canonis: c. *ad abo-
lendam §. fin. & ibi Ioan. Andr. contra Hoſt. nu.
14. in fin. & num. 15. & 16. Pan. in 16. Zabar. &
Can.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Can.communiter de hæred.Zab.in Clem.2.in 4.*
*quæſt.de ſtat.Monach.* aliud enim eſt dari à ju-
re juriſdictionem delegatam epiſcopo, ita
ut procedat auctoritate Apoſtolica, & tan-
quam ſpecialiter delegatus; & aliud eſt dari
epiſcopo juriſdictionem in aliquibus caſi-
bus, quam alias non habebat extendenda e-
jus poteſtatem ordinariam, c.*cum olim & ibi*
*Collect.num.4.& xj.de major. & obed.Garc. de*
*benef.part.5.c.7.num.68.& ſeqq Ioan.Franc.*
*de Pavin.de off. & poteſt.c. ſed vac.quæſt.10.1.*
*part.princ.à num.1.uſque ad num.6.*in qua ca-
pitulum ſuccedit ſede vacante, ut ſupra di-
7 ctum eſt; aut jure directi † dominii, unde
de feudo non cognoſcit, c.*verum de for.com-*
*pet.Franc.Marc.quæſt.46.num.10.part.2.* aut
ex privilegio: c.*ſane de privil.Pan.in d.c.cum*
*olim in fin.Franc.in c.1.nu.4.de major. & obed.*
*in 6.* Ratio diverſitatis eſt, quia Capitulum
ſuccedit epiſcopo propter communionem,
quæ eſt inter eos; ſunt enim unum corpus;
c.*novit.* c. *quando de his quæ fi. à præl.* & di-
gnitas, ac jura eccleſiæ pariter poſſidentur
per Epiſcopum, & Capitulum, c.*dilecti, & i-*
*bi Innoc.de major. & obed.* quæ rationes ceſ-
ſant in his, quæ competunt epiſcopo jure
ſpeciali, delegato, vel ex privilegio; nec
Capitulum poteſt prætendere præſcriptio-
nem, in quibus non ſuccedit jure communi,
ſede vacante, ut ea tunc exerceat, quia ſede
vacante non poteſt inchoari, currere, aut
finiri præſcriptio; c.1.& c.*de 4.de præſc.Rot.*
*dec.7.de rer.per mut.in nov.* hinc eſt quod
Capitulum, quando bona Prælati, & Capi-
tuli ſunt diſtincta, *Franc.in c.quia ſæpe in gloſ.*
*in verb.reſervari de elect.in 6.* ſede vacante in
8 ſui præſentia † Inventarium rerum, quæ re-
rum, quæ repertæ fuerint, ſubtiliter deſcri-
bit, nulla ſpecie, ſeu alio quolibet quaſi pro
faciendi Inventarii labore ſublato, c.*clarita-*
9 *tem c.non licet 2.12.quæſt.2.* decernit † unum,
vel plures œconomos, qui rerum eccleſia-
ſticarum & proventuum vacationis tempo-
re obvenientium, etiam ex juriſdictione,
& ſigillo Curiæ eccleſiaſticæ, vel ſæcularis,
aut alias undecunque, *Clem. ſi ſtatutum de e-*
*lect.Franc.Marc.quæſt.46.num.4.& 5.part.2.*
curam gerant; quia omnia tam dimiſſa per
epiſcopum, quam poſtea obvenientia vel in
utilitatem eccleſiæ expendi, vel futuro de-
bent ſucceſſori reſervari, c.*hæc hujus placiti,*
*& ibi gloſſ.in verb.conſervare.c.de laicis, & ibi*
*Archid.num.4.& Can.& illud, & 16.DD.12.*
*quæſt.2.* qui vero ea occupare, inter ſe divi-
dere, aut conſumere præſumpſerint, eo ipſo
ſunt, & tamdiu manet ab officio, & quibus-
cumque beneficiis, etiam in aliis eccleſiis
obtentis, ſuſpenſi, donec plene reſtituerint,
quicquid de ſupradictis bonis perceperint,
c. *quia ſæpe, & ibi gloſſ. in verb. beneficiis qui-*
*buſcumque de elect. in 6. Clem. ſtatutum de e-*
*lect.*exceptis ſingularibus perſonis, ad quas
ratione dignitatum, quas obtinent, juriſdi-
ctio cum ejus emolumento devolvitur, *d.*
*Clem.ſtatutum § ceterum de elect.* Eadem ob-
ſervare tenetur, quando bona ſunt commu-
nia, tunc enim adminiſtratio eorum ſpe-
ctat ad Capitulum, vel Conventum, c. 2. *de*
*in integr.reſt.c.1.hoc tit.& ibi Inn.clem.ſtatu-*
*tum, & ibi gloſſ. in verb. dimiſſis de elect.* ſed
ſi tempore vacationis male adminiſtrant,
non incurrunt pœnam ſupradictam, licet
mortaliter peccent: *Franc.in d.c.quia ſæpe in*
*gloſſ. ſuper verb.reſervari, & ibi Can.de elect. in*
*6.* Item Capitulum † officialem ſeu Vica- 10
rium idoneum infra octo dies poſt mortem
epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confir-
mare tenetur; ſi ſecus factum fuerit, ad me-
tropolitanum deputatio hujuſmodi devol-
vitur, etſi eccleſia ipſa metropolitana, vel
exempta fuerit, capitulumque, ut præfertur,
negligens fuerit, tunc antiquior epiſcopus

ex ſuffraganeis in metropolitana, & propin-
quior epiſcopus in exempta œconomum,
& Vicarios idoneos conſtiuit, c. Capitulum
11 ſeſſ. 24. dat confeſſorem † ſive pœnitentia-
rum, qui in caſibus epiſcopo reſervatis ab-
ſolvit, Pan. in c. his quæ in fi. & c. cum olim in
fin. verſ. quartodecimo de major. & obed. dictiq;
12 œconomus † & Vicarius, & alii quicumque
officiales, qui ſede vacante fuerunt conſtitu-
ti, tenentur epiſcopo ad eamdem eccleſiam
promoto, de iis, quæ ad eum ſpectant, red-
dere rationem officiorũ, juriſdictionis ad-
miniſtrationis, & cujuſcumque eorum mu-
neris, etſi deliquerint in eorum officio poſ-
ſunt ab eo puniri, etiamſi à Capitulo abſo-
lutionem & liberationem meruerint; Capi-
tulum vero de ſcripturis ad eccleſiam perti-
nentib. reddit rationem, d. c. Capitulum §. epi-
ſcopus verſ. ſeſſ. 24. Iſta regula, Capitulum ſe-
de vacante ſuccedit in juriſdictione com-
petenti epiſcopo jure proprio, & ordinario,
recipit aliquot fallentias: Et primo non licet
Capitulo, aut aliis quibuslibet in juriſdi-
ctione epiſcopi loco capituli ſede vacante
13 ſuccedentibus infra annũ † à die vacationis
dare ordinandi licentiam, aut litteras dimiſ-
ſoriales, ſive reverentiales, niſi arctatis oc-
caſione beneficii recepti, ſive recipiendi, c.
10. ſeſſ. 7. c. abbatibus ſeſſ. 23. per quæ limitatur
c. cum nullus in fin. princip. de temp. ordin. in 6.
Garc. de benef. part. 5. c. 7. num. 91. uſque ad fin.
14 Secundo Capitulum † non ſuccedit in re-
bus, aut juribus epiſcopalibus in judicium
etiam defendendo deducendis, c. fin. & c. 1.
hoc tit. & ibi Pan. num. 4. & Canon. ideo judi-
cium habitã cum eccleſia ſede vacante non
tenet, c. edoceri, & ibi gl. in verb. debeãt de reſcr.
nam qui non poteſt alienare, non poteſt rem
in judicium deducere, l. ait Prætor ff. de jur.
delib. Signatura quoque ſanctiſſimi Domini
noſtri ſolita eſt differre confirmationes pri-
vilegiorum, & alia tangentia juriſdictionem
epiſcopalem, ſeu cathedralem eccleſiam, ſeu
illius menſam, quæ ab ipſa petuntur, quan-
do ſedes epiſcopalis vacat, quouſque ſedes
ſit plena, Mandoſ. de ſign. grat. tit. confirmationes
verſ. in materiis tangentibus &c. c. 1. §. atten-
dentes h. t. c. dudũ §. quia vero, de reb. eccl. alien.
in 6. Lap. alleg. 20. Pan. in c. verum de for. comp.
n. 3. Tertio non ſuccedit † in rebus, aut juri- 15
bus eccleſiæ in contractũ, vel ſtipulationem
deducendis; ipſeque contractus eſt ipſo ju-
re nullus ex defectu poteſtatis capituli: c. 1.
& ibi gl. in verb. ſede vacante, verſ. item ſi Cano-
nici h. t. & ibi Pan. n. 8. & Can. in favorem ec-
cleſiæ indultum eſt, ut epiſcopus noviter
creatus poſſit illum contractum habere ra-
tum, etiamſi ſit alienationis, c. ſi qua de rebus
12. q. 2. Quarto non ſuccedit † in collatione 16
libera, & voluntaria beneficiorum perti-
nente ad epiſcopum dumtaxat, c. illa h. t. Pan.
in c. cum olim nu. 2. & ibi Can. poſt gl. de major.
& obed. late Franc. Marc. q. 93. part. 1. vel ſpe-
ctante ad epiſcopum de Conſilio, vel aſſen-
ſu capituli, quæ, licet alias inter prædicta
magna ſit differentia, c. cum olim. de arbitr. c.
cum in veteri de elect. Gonz. ſuper reg. de menſ.
& alter. gl. 46. & gl. 47. ſede vacante, vel epi-
ſcopo ſuſpenſo, niſi ſit in mora petendæ re-
laxationis, capitulum non confert, c. 1. §. 1.
h. t. in 6. quia collatio eſt quædam donatio,
c. fin. de off. Vic. in 6. utitur enim prælatus qua-
dam liberalitate, in quem vult conferendo,
relatum de præb. tum quia collatio compu-
tatur inter fructus, gl. fin. d. c. cum olim de ma-
jor. & obed. & ibi Can. & liberalitas diſpen-
ſandi fructus provenientes ſede vacante
non tranſit in capitulum, ſed debent in uti-
litatem eccleſiarum expendi, vel futuris ſuc-
ceſſoribus fideliter reſervari: c. quia ſæpe con-
tingit. de elect. in 6. c. hæc hujus placiti. c. non li-
ceat 1, 12. q. 2. c. cum vos. de off. ord. ſede itaque
epiſco-

epiſcopali vacante collatio beneficiorum ſpectat ad ſummum Pontificem, *Pan. in c. illa num. 3. hoc tit. reg. Canc. 2. §. ac etiam reſervavit explicata per deciſ. 614. in recollect. per Farinac. par. 2.* & ad viſitatorem à Romano Pontifice eccleſiæ vacanti deputatum, *c. fin.*
17 *§. fin. de ſuppl. neglig. prælat.* Excipe † ab hac fallentia, quia collationes beneficiorum neceſſarias capitulum ſede vacante facere poteſt, utputa, mandatario, nominato per univerſitatem, aut debita certæ perſonæ, vel certo generi perſonarum, ſcilicet conſanguineis fundatoris, licet ſecus ſit cum in genere qualificatis perſonis, magis idoneo ex filiis patrimonialibus, aut in concurſu ad paparochiales eccleſias collatio eſt facienda, *Prob ad Monach. in c. fin ſub num. 5. de off. Vic. in 6. Rebuff. in prax. part. 1. hoc tit. de devolut. n. 85. & 86 Put. deciſ 99. num. 3. libr. 3. late Garc. de benef part. 5. c. 7. num. 55 & ſeqq & num. 66. & ſeqq. & num. 76. & ſeqq. qui refert Rotales deciſiones.* Inſuper quando ad epiſcopum, etiam ut prælatum, & capitulum pertinet communiter collatio beneficiorum, quia tunc mortuo epiſcopo, vel à collatione beneficiorum ſuſpenſo, poterit capitulum vacantia conferre: idem poterit epiſcopus, ſi capitulum ab ipſa collatione ſuſpendi contingat, vel ſingulariter omnes de capitulo excommunicari, *c. 1. in princ. hoc tit. in 6.* Item capitulum confert beneficia ſede vacante, quando collatio ſpectat ad capitulum cum conſilio epiſcopi, quia ſublato de medio epiſcopo, conſilium ab eo peti nequit, vel ſi egerit in remotis, ita quod non poſſit ejus præſentia in brevi haberi: *d. c. 1. §. fin. hoc tit. in 6.* idē obtinet, ſi collatio ſpectet ad quemvis alium de Conſilio Epiſcopi, ut mortuo Epiſcopo poſſit libere conferre, etiam non requiſito capituli Conſilio, *Franc. in d. c. 1. §. fin. num. 6. hoc ti. in 6.* ſecus ſi conferre habeat de conſenſu Epiſcopi, etiam ſi ſit periculum in mora & dato quod conſenſus obtineri non poſſit, *gl. in d. c. 1. §. fin. in verb. cum conſilio epiſcopi, & ibi Franc. n. 6. in fi. & Can. hoc t. in 6. gl. in c. ſi per te in verb. aſſenſus de reſcript. in 6. & ibi Can.* quo caſu quia conferre non poſſunt, non currit illis ſemeſtre tempus, *c. quia diverſitatem de conceſſ. præb. c. fin. de elect.* Præterea Capitulum ſede vacante confert beneficia devoluta ad epiſcopum propter negligentiam, vel delictum inferiorum, *Pan. in c. illa ſub num. 3. hoc tit. & ibi Can. Franc. in c. quamquam num. 4. de elect. in 6. & ibi Ioan. And. num. 1. Anchar. & Can.* tum quia devolutio pertinet ad juriſdictionem epiſcopalem, in qua Capitulum ſuccedit; tum quia devolutio fit ad epiſcopum non favore ſui, ſed beneficii, ut ejus evitetur diuturnior vacatio. Quinto Capitulum † eadem ratione non 18
ſuccedit in præſentatione, ſeu electione ſpectante ad epiſcopum, *Specul. in tit. ne ſede vacante in 3. forma libelli. Paul. de Citad. de jurepatr. art. 3. 6. part. num. 58. verſ. trigeſimo tertio quæro. Ioan. Franc. Pavin. de off. & poteſt. c. ſed. vac. 5. q. 2. part. princ. ſub n. 3. verſ. ſed an capitulum, & n. 4.*

Sede vacante † ſtatus eccleſiæ mutari 19
non poteſt, *c. 1. hoc tit.* quia non eſt, qui jus eccleſiæ tueatur; poteſt ei donari, legari, & alia fieri non poſſunt ad ejus utilitatem, & ſi aliter diceretur, cedet in damnum, quod favore eccleſiæ eſt inductum, *l. quod favore C. de leg. & conſtit.* Viſitator ab † alio, quam à 20
ſummo Pontifice eccleſiæ Cathedrali vacanti deputari non poteſt, qui adminiſtrationem legitimam temporalium, & ſpiritualium cenſetur habere, & ut dictum eſt confert beneficia ad collationem epiſcopi ſpectantia, *c. fin. in princ. & c. fin. de ſuppl. negl. prælat.*

## *De iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.*

## Titulus X.

### SVMMARIA.

1 *Epiſcopus & capitulum ſunt unum corpus, epiſcopus caput, canonici membra.*

2 *Epiſcopi de negotiis eccleſiaſticis, maxime de illis quæ ſpiritualia ſunt, laicorum judicio non diſponunt.*

3 *Ad Epiſcopum & capitulum communiter & copulative pertinet adminiſtratio bonorum eccleſiæ.*

4 *Irrita eſt quævis alienatio rei eccleſiaſticæ facta per epiſcopum abſque collaudatione & ſubſcriptione capituli.*

5 *Quæ regula limitatur in quibuſdam caſibus hic annotatis.*

6 *In inferioribus eccleſiis adminiſtratio bonorum & rerum pertinet ad præſidentem collegio & ad ipſum collegium.*

7 *Adminiſtratione bonorum diviſa inter epiſcopum & capitulum, dignitas eccleſiæ & adminiſtratio jurium epiſcopalium remanet inter eos communis, & ponuntur plura exempla.*

8 *Conſuetudine induci poteſt, quod adminiſtratio ſpiritualium ſit diviſa, pacto induci non poteſt.*

9 *In cæteris caſibus non requiritur conſilium aut conſenſus capituli; ſed ſufficit conſenſus ſolius epiſcopi.*

10 *Iuriſdictio ſpectat ad epiſcopum quam exercet quandoque habito conſilio, quandoque conſenſu in præſentia capituli.*

11 *Epiſcopus in arduis an debeat procedere cum conſilio capituli vel cum conſenſu doctores obſcure tractant: , conſuetudo declarant certum modum procedendi eſt interpretativa.*

12 *Vbi conſilium alicuius requiritur in actu debet prius ille actus tractari in præſentia illius & ſuper eo conſilium eius peti & expectari.*

13 *Vbi ad aliquem actum requiritur conſenſus alicuius, puta capituli, debet epiſcopus conſentire cum capitulo & capitulum cum epiſcopo.*

14 *Regulariter in negotiis eccleſiæ tenetur epiſcopus requirere conſilium capituli.*

15 *In certis caſibus requiritur conſenſus capituli, qui hic enumerantur.*

SEDE vacante nihil debet attentari à ca-
pitulo in præjudicium ſedis; ſede reple-
ta Prælatus non poteſt diſponere de rebus
eccleſiæ ſine capitulo, quia unum corpus † 1
cenſentur, Epiſcopus caput, canonici mem-
bra: *c. novit, & cc. ſeqq. hoc tit. c. cum non li-
ceat de præſcript.* ideo ſubnectit titulum de
iis, quæ fiunt à Prælato &c. Certæ ſunt juris
regulæ, quod Epiſcopi, † abbates archiepi- 2
ſcopi, & alii eccleſiarum prælati de negotiis
eccleſiaſticis, maxime de illis, quæ ſpiritualia
eſſe dicuntur, laicorum judicio non diſpo-
nunt, *c. 2. de jud. c. fin. de reb. eccl. alien.* vel non
*c. contingit. de arbitr. & ibi gl. & Can.* niſi cle-
ricis laici aſſocientur auctoritate ſuperioris,
*gloſſ. in d. c. contingit, verſ. ſed ſi compromitta-
tur, c. per tuas, & ibi gloſſ. in verbo auctoritate,
& Can. de arbitr.* Adminiſtratio † bonorum 3
Eccleſiæ de jure communi ſpectat ad Epi-
ſcopum & capitulum communiter, & cu-
mulative, *c. edoceri de reſcript. & ibi poſt gloſſ.
Felin. num. 3. & ſeqq. plura allegans, & DD.
Rot. diverſ. deciſ. 391. part. 1.* ideo irrita † eſt 4
Epiſcoporum donatio venditio, commu-
tatio, vel quævis alia alienatio rei eccleſia-
ſticæ, abſq; collaudatione, & ſubſcriptione

capituli,

capituli, *d. 1. hoc tit. c. ſine exceptione* 12. *qu.* 2.
5 Limita quia † valida eſt facta ab epiſcopo
ſine capitulo modica donatio, alienatio ter-
tularum, vel vineolarum parvarum, aut
mancipii fugitivi, c. *terrulas, & ibi gl. c. fugi-
tivi* 12 *quæſt.* 2. c. *cæterum de donat.* alienatio
temporalis facta capitulo ſciente, & non
contradicente, c. 2. *&* 3. *hoc tit. c. poſſeßiones*
16. *quæſt.* 1. temporalis non eſt, quæ fit ad
vitam illius, cui fit conceſſio, *Clem.* 1. *de reb.
eccl. non alien.* temporalis eſt, quæ fit ad vi-
tam prælati concedentis, c. *de cætero, &* c. *ve-
niens de tranſact. Pan. in c. continebatur nu.* 7.
*hoc tit.* Item valida eſt alienatio, & dona-
tio, quam facit epiſcopus de bonis menſæ
ſuæ epiſcopalis ſine ſolemnitatibus Capitu-
lo ſuæ eccleſiæ, *Zab. in c. novit quæſt.* 7. *hoc t.
& ibi Canon Communiter. Rot. diverſ. dec.* 756.
*num.* 3. *part.* 1. quia remanet in dominio ec-
cleſiæ, *l. unum ex familia l. imperator § fin. cum
l. ſeq ff. de leg.* 2. datio quinquageſimæ partis
cenſus cathedralis eccleſiæ, vel etiam infe-
rioris eccleſiæ, c. *paſtoralis, & ibi gloſſ. pen. &
fin. Panor. & Can hoc tit. Franc. Marc. quæſt.*
1014 *part.* 1. ſive de poſſeſſionibus, ſive de
proventibus, c. *penult.* §. *hoc ſemper de donat.
& ibi poſt glo. Canon.* facta ſine capitulo mo-
naſterio de novo à ſe conſtructo, & centeſi-
mæ partis cenſus, eccleſiæ à ſe conſtructæ,
quæ monaſticis non informabitur regulis,
vel quam pro ſuis magnificare voluerit ſe-
pulturis in ſua diœceſi, & non alibi etiam
exemptis, c. *apoſtolicæ, ibi, in ſua parochia: Pan.
& Can de donat. num.* 3. dummodo grave
damnum eccleſiæ ſuæ non infligat, eaque
cautela ſervata, ut unam tantummodo, quæ
placuerit, ex his remunerationem aſſumat,
c. *bona rei, & ibi gl.* 1. 12. *quæſt.* 2. c. *pen. & ibi
gl. in verbo elargiri, & Can. de donat. c. paſtora-
lis hoc tit. & ibi poſt gl. pen & fin. Can.* donatio
temporalis fructuum, *Pan. in c. cæterum nu.*
4. *de donat. Pan. in d. c. tua nuper ſub numer.* 5.
*hoc tit.* In inferioribus † eccleſiis admini- 6
ſtratio bonorum, & rerum pertinet ad præ-
ſidentem collegio, & ad ipſum collegium,
ſeu maiorem, & ſaniorem partem Collegii,
c. 1. *& ibi poſt gl. in verbo tractatus Can. de reb.
Eccleſ. non alien. l. quod maior. ff. ad municip. c.
ea noſcitur hoc tit. c.* 2. §. *cæterum, & ibi gloſſ. in
verbo ſtatutum de verbo ſignif. in* 6. *c. cum om-
nes, & ibi gloſſ. in verbo conſtitutum, verſ. ſed
nunquid eſt verum de conſtit. & ibi Felin. num.
xj. &* 17. *& Can. communiter c. relatum el.* 2.
§. *nomine, & ibi poſt gl. in verbo unus Canon. de
teſtam.*

Adminiſtratione † bonorum diviſa inter 7
Epiſcopum, & capitulum, dignitas eccleſiæ,
& adminiſtratio jurium epiſcopalium re-
manet inter eos communis, c. *dilecti, & ibi
Innoc. de maior. & obed. in princ. c. cum clerici,
& ibi Inn. de verbo ſign. Archid. in c. quamquam*
23. *diſt. num.* 7. *& ibi Gemin. num.* 10. Hinc
infertur, quod Epiſcopus ſine conſilio capi-
tuli non poteſt ſynodum congregare, ſtatu-
ta facere, errata corrigere, c. *quanto hoc tit.
Caputaq. deciſ.* 305. *part.* 1. beneficia, & di-
gnitates ſitas extra eccleſiam cathedralem
conferre, *Pan. in d. c. quanto num.* 2. inſtitue-
re, aut deſtituere, abbates, abbatiſſas, vel a-
lias perſonas eccleſiaſticas, *Pan. in c. quod in
dubiis num.* 5. *de renunc.* confirmare electos,
aut cætera eccleſiæ negotia peragere, c. *no-
vit, & d. c. quanto hoc tit.* alias geſta ſunt ipſo
jure nulla, quia pœna nullitatis in d. c. novit
apponitur per verbum præſentis temporis,
*gl. in d. c. novit, & ibi Pan. num.* 8. Conſuetu-
dine † induci poteſt, quod adminiſtratio 8
ſpiritualium ſit diviſa, c. 3. *de conſuet. in* 6.
etiam in Prælatis inferioribus, c. *fin. de reg.
in* 6. pacto huiuſmodi diviſio induci non
poteſt *Gemin. in d. c. quamquam ſub num.* 10.
23. *diſt.* In cæteris caſibus † de jure canonico 9

non requiritur conſilium, aut conſenſus ca-
pituli, ſed ſufficit conſenſus ſolius epiſcopi,
ut in donatione, quam facit laicus monaſte-
rio, vel eccleſiæ de decimis, quas ab alia ec-
cleſia habet in feudum perpetuum ab anti-
quo ante Concilium Lateranenſe, c. *cum a-
poſtolica hoc tit.* ſolus Prælatus, requirit be-
neficiatum abſentem ad faciendã reſiden-
tiam, & ſpoliat eum, ſi non veniat monitus,
quia non requiritur judicium, nec fertur
ſententia privativa, ſed potius eſt ſpoliatio,
& quædam juris executio, *Pan. in c. novit n.
7. in fin. Anch n.11. & Can. hoc tit. c fin, de cler.
non reſid. c. fin. 91. diſt. c. contumaces 50. diſt.*
minora negotia extrajudicialia, *Pan. in d. c.
novit. Put. deciſ. 203. in fin. lib* 1. ſolus epiſco-
pus explicat, & in minoribus beneficiis ſo-
lus inſtituit, *Pan in d. c. novit n. 6. & in d. cap.
tua nuper n. 5. hoc tit.*

10 Iuriſdictio ſpectat † non ad capitulum,
*c. ex parte Decani, & ibi Panor. n. 2, de reſcript.*
ſed ad Epiſcopum, quam explicat, & exer-
cet quandoque habito conſilio, quandoque
conſenſu, *Pan. in c. novit. ſub n. 4. hoc tit. Na-
var. conſ. 3. de off. ordin.* in præſentia capituli
in civilibus, c. *Epiſcopus nullius 15. quæſt. 7. c.
ſi qui ex fratribus, & c. de perſona xj. quæſt. 1. c.
ex literis de divort. Put. deciſ. 203. in fin. lib. 1.*
ac cauſis criminalibus, c. *ſi quid vero 86 diſt.
& ibi gl. fin c. irrefragabili, & ibi gl. in verbo per
capitulum in princ. & fin. de off. ordin. c. quali-
ter, & quando el. 2. de accuſat. Collect. in c. irre-
fragabili, n. 3. & 4. de off. ordin. Put. deciſ. 203.
lib. 1. & deciſ. 92. lib. 3.* etiam minoribus & le-
vibus, *c. ſi quid, c. ſi autem is c. Epiſcopus nullius.
15. quæſt. 7. c. ſi quid 86. diſt. Put. deciſ. 203. n. 5.
& ſeq. lib. 1. ubi in princip. ponit quæ ſint crimina
gravia.*

11 Epiſcopus in arduis † an debeat proce-
dere cum conſilio capituli, vel cum conſen-
ſu capituli, Doctores confuſe, & obſcure
tractant, *Achill. deciſ. 2. de off. ordin. plures cu-
mulans Rot. diverſ. deciſ. 615. part. 1. atteſtans
quod quater iſta materia fuit diſcuſſa per dubia
particularia, & nihil fuiſſe firmatum c. irrefra-
gabili. & ibi Can. de off. ordin. Can. in c. quanto,
& c. novit hoc tit.* Conſuetudo declarans
certum modum procedenti eſt interpreta-
tiva, & non requirit aliquam temporis præ-
ſcriptionem, *Rot. diverſ. deciſ. 615. part. 1. Pan.
in c. cum dilectus n. 7. de conſuet. Butr. in c. fin.
ſub n. 47. verſ. ex his dicit. de conſuetud. l. minime
l. ſi de interpretatione ff. de legib. & ibi DD. Cra-
vet. conſ. 101. n. 3. & ſeq.* Vbi Conſilium a-
licuius † requiritur ad faciendum aliquem 12
actum, debet prius ille actus tractari in præ-
ſentia illius, & ſuper eo Conſilium eius peti,
& debito tempore expectari reſponſum,
*c. cum in veteri de elect. c. cum olim de arbitr.
& ibi gloſſ. fin. Pan. & Can. communiter.* quia
Capitulum poſſet allegare cauſas, ex qui-
bus Epiſcopus moveri poſſet, & meliores
rationes ſumere pro expeditione actus ge-
rendi; *l. ſi in tres, & l. ſeq. ff. de arbitr. c. pru-
dentiam, & ibi gloſſ. in verb. teneatur, de off. de-
leg. & Can. arg. c. Nicena. 31. diſt.* ubi ad ali-
quem † actum faciendum requiritur con- 13
ſenſus alicuius, puta Capituli, debet Epiſco-
pus conſentire cum Capitulo, & Capitu-
lum cum Epiſcopo, alias non eſt conſenſus,
ſed diſſenſus, & non valet actus, ſi non ha-
bet Epiſcopus conſenſum Capituli, *c. unic. §.
1. & ibi gl. in verb. aſſenſu, & Can. ne ſed. vac.
& c. in 6. cap. tua de ſponſal. & ibi Can. Pan. in
c. cum nos num. 5. hoc tit. late Pan. in c. cum in
veteri num. 12. de elect.* Regulariter in nego-
tiis † eccleſiæ tenetur Epiſcopus requirere 14
Conſilium Capituli, *c. novit, & ibi Pan. ſub n.
7. c. quanto hoc tit. d. c. ex litteris de divort. c. e-
piſcopus nullius 15. q. 7.* In certis caſibus † re- 15
quiritur conſenſus. In alienatione rerum
Cathedralis eccleſiæ, c. 1. c. 3. *hoc tit. c. frater-
nitatem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nitatem.c.paſtoralis de donat.c.ſine exemptione.* 12.*q*.2. etiamſi præbendæ ſint diſtinctæ, & res ſingularis præbendæ alienetur, c. *ad audientiam, & ibi Pan. & DD. & Creſc. deciſ.* 2. *de reb.eccl.non alien.* quia præbendæ ſunt eccleſiæ, & ex cauſa bona eccleſiæ fuerunt diviſa in præbendas, c *pen. & fin.* 12.*q*.1. & Canonicus proprie non poſſidet præbendam, ſed poſſeſſio eſt penes eccleſiam, *Felin. in c. ex literis num.* 2. *de prob.* ſecus in alienatione rerum inferiorum eccleſiarum, in qua ſufficit Conſilium Capituli, *Pan. in c.*1 *.num.* 5. *hoc tit. ubi diſtinguit text in cap.*1 *, de reb. eccleſ. non alien. in* 6. *videtur requirere conſenſum Capituli.* Præterea conſenſus Capituli neceſſarius eſt in conceſſione perpetua eccleſiarum vacantium, vel portionis obventionum earumdem, quæ excedat quinquageſimam, aut centeſimam partem, *Iurib. in princ. huius tit. alleg.* in proprietatem aliis eccleſiis, vel cœnobiis, *Clem.* 2. *& ibi gloſſ. in verb. conſentiente de reb. eccl. non alien. c. conſultationib. cap. paſtoralis de donat. c. paſtoralis hoc tit. Franc. Marc. q.* 1014. *part.* 1. ſive cœnobia, quibus conceduntur, in eis habeant juſpatronatus, c. *tua nuper hoc tit.* ſive quilibet alius, & accedat patroni conſenſus, c. *paſtoralis hoc tit.* quia unio eſt ſpecies alienationis, *d. c. tua nuper in fin. & ibi gloſſ. fin. cap. cum veniſſent, de inſtit. l. annua* §. *Attia ff. de ann. leg.* & ſectio omni jure prohibetur: *tit. ut eccl. benef. ſine dimin. confer.* in diſpenſationibus, c. *præſentium.* 1. *quaſt.* 5. *& ibi gloſſ fin. Collect. in c. de Simoniaca num.* 2. *de Simon. c. de pœnitentibus & ibi Præp. num.* 5. *Archid. num.* 5. *Gemin. num.* 4. 50. *diſt.* in prolationibus ſententiæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, c. 1. *& ibi gloſſ. in verb. Capituli, & Pan. num.* 2. *de exceſſ. prælat.* in correctionibus, *Caſ. deciſ.* 2 *. numer.* 5. *de jurejur. Im. in* 6. *novit num.* 11. *per illum tex. hoc titul.* quæ ex decretis Conc. Trid. ſolis epiſcopis, & eccleſiarum prælatis tanquam à ſede Apoſtolica delegatis contra exemptos, & privilegiatos delinquentes conceduntur, c. *eccleſiarum ſeſſ.* 6. *c. omnes ſeſſ.* 14. *cap. epiſcopi ſeſſ.* 24. c. *tranſmiſſam de elect.* In omnibus aliis caſibus concernentibus præjudicium, aut intereſſe eccleſiæ Cathedralis, aut ſpectantibus ad Epiſcopum, & Capitulum communiter, *Pan. in d. c. novit ſub num.* 7. *hoc tit.* In præſentationibus idonearum perſonarum ad eccleſias, in quibus Capitulo competit jus patronatus, aut jus præſentandi, c. *ea noſcitur hoc tit.* In cognitione criminali, & condemnatione unius Canonici Cathedralis Eccleſiæ requiritur conſenſus Capituli ex aliquorum opinione, ſed verius eſt requiri eius Conſilium, omiſſo Conſilio delinquentis, eiuſque conſanguineorum, *gl. in c. irrefragabili, in verb. per Capitulum in fin. de off. ord. & ibi Can. Mohed. deciſ.* 2. *de for. comp.* quia non reperitur textus requirens conſenſum Capituli, ſed omnia jura loquuntur de Conſilio, *Achill. deciſ.* 2. *de off. numer.* 3. *& ſeqq. c. novit c. quanto hoc tit. c. ex litteris* §. *ſane de divort.* aut præſentia, c. *qualiter, & quando el.* 2. *poſt princ. ibi, coram eccleſia ſenioribus, de accuſat. c. epiſcopus* 1. 15. *quæſt.* 7. *gloſſ. in c. ex pœnitentibus in verb. non per didit.* 50. *diſtinct. c.* 1. *de hæret. in* 6.

## *De iis quæ fiunt à maiore parte capituli.*

## Titulus XI.

### SVMMARIA.

1 *Capitulum dicitur quando canonici capitulariter in loco capitulari ſunt congregati.*

2 Capi-

2 *Capituli appellatione comprehenduntur ſoli canonici in ſacris ordinibus conſtituti.*

3 *Non portionarii.*

4 *Nec Epiſcopus.*

5 *Neque alii habentes dignitates.*

6 *Quid ſi Prælatus ſit canonicus præbendatus in eadem eccleſia & habeat diverſas voces jure proprio, an poßit diverſimode vota ſua dare.*

7 *Eccleſiæ apppellatione in his quæ pertinent ad cathedralem Eccleſiam venit capitulum.*

8 *Cura animarum eorum qui ſunt de capitulo, eſt penes capitulum, exercitium curæ penes Prælatum.*

9 *Ad capitulum & Epiſcopum pertinet adminiſtratio bonorum necnon reddituum & fructuum ex communi menſa perceptorum ante diſtributionem.*

10 *Et ad capitulum pertinet privative quoad cæteros clericos & beneficiatos etiam anniverſariorum canonicis & beneficiatis communium.*

11 *In iis præmiſſa convocatione omnium reſidentium & votantium ſufficit conſenſus præſtitus in loco ſolito & communi, maioris partis præſentiam & ſuum debeat conſequi effectum.*

12 *Intelligitur autem maior pars, numero & ſanioritate.*

13 *Limita quando à paucioribus fuerit contradictum & objectum ad impediendam vel annullandam ordinationem maioris partis fuerit cum ſuperiore probatum.*

14 *Capituli congregatio ſpectat ad canonicum antiquiorem tempore, reſpectu vocis dandæ.*

15 *Epiſcopus ſi capitulo interveniat ut Prælatus, ipſe ſolus non cenſetur tantam vocem habere per ſe quantam omnes alii canonici.*

16 *Quandoque ex conſuetudine vel ſtatuto canonicatus annectitur dignitati Epiſcopali quo caſu licet intervenire poßit capitulo ut canonicus, in dubio tamen præſumitur intervenire ut Prælatus.*

17 *Epiſcopi ex decretis Concil. Tridentini ſi aliquid canonicis ad deliberandum proponant nec de re ad ſuum vel ſuorum commodum ſpectante agatur, ipſi capitulum convocant, vota exqnirunt, & juxta illa concludunt.*

18 *Capitulum cathedralis eccleſiæ ſine epiſcopo poteſt ſtatuta facere circa ſua ſingularia negotia.*

19 *Capitula inferiorum Eccleſiarum in omnibus actibus gravibus debent habere conſilium & conſenſum epiſcopi.*

20 *In his in quibus adminiſtrationem habent eodem modo poſſunt ſtatuere quo ſtatuit capitulum cathedralis eccleſiæ.*

21 *Abſentes canonici ad actus capitulares non ſunt vocandi præterquam in electionibus receptionibus in canonicum & ceſſatione à divinis & aliis hiſce ſimilibus.*

22 *Quid ſi aliqua pars canonicorum ſit præſens & aliqua pars abſens & immineat aliquod negocium eccleſiæ quomodo congregabitur capitulum.*

23 *In his quæ aguntur per univerſitatem ſingulorum nomina non debent inſcribi in inſtrumento, ſive magna ſive parva ſit univerſitas.*

24 *Quæ regula recipit duas fallentias.*

CANONICI in his, quæ pertinent ad Capitulum pertractandis, ſæpe diſcordant, & dubitari poteſt, quid ſit juris, ideo ſubjicitur rubrica: *De iis quæ fiunt à maiore &c.* Capitulum † dicitur quando 1
canonici capitulariter in loco capitulari ſunt congregati, c. *relatum c. dilecto de præb.*

*c. quia*

*c, quia diverſitatem verſ. niſi fore, de conceſſ. præb. c. 1. c fin. hoc tit. c. cum inter canonicos c. cum in cauſis de elect.* Locus, in quo capitulum celebratur, non dicitur capitulum, ſed locus capitularis, *Method. deciſ. 1. ſub n. 5. & 6. de for. comp. c. delicto de præb. c. 1. & c. fin. hoc tit.* Ap-
2 pellatione capituli † comprehenduntur ſoli canonici, *c. ſcriptam, & ibi Pan. n. 4. de elect. c. novit, c. quanto, de his quæ fi. à præl. & c. c. 2. de reſtit. Anchar. in clem. 1. ſub n. 10. in gloſſ. ſuper verb. Capitulum, de regul, &c.* in ſacro ſubdiaconatus ordine aut majoribus conſtituti, *Clem. 2. & ibi gloſſ. in verb. capitulo Zab. numer.*
3 *14. & Can. de æt. & qualit.* portionarii † & cæteri beneficiati non ſunt de capitulo, *Zab. in c. 1. in 5. & 6. quæſt. de elect. & ibi Pan.*
4 *num. xj.* nec epiſcopus † quia licet ſit caput collegii, & præſit collegio, non tamen eſt de ipſo Collegio, *Dec. conſ. 642. num. 9. Col lect. in c fin. num. 6. & 7. de verb. ſign.* neque
5 alii habentes † dignitates, *c. fin. de præb. in 6. & ibi not DD. c. eam te in fin. de reſcript. Felin. in c. cum olim de re jud. Pan. in c. in cauſis num. 3. in fin & num. 4. de elect.* nam adeſſe capituli, vel Collegiatæ Eccleſiæ non requiritur particulare caput, *Felin. in c. ex litteris ſub n. 5. verſ. quapropter Dominicus de conſtit. plures citans Inn. in c. cum non in princ. de præb. gloſſ. in Clem. 2. in verb. in iisdem de æt. qual. & ord. &c.*
6 quod ſi prælatus † ſit etiam Canonicus præbendatus in eadem eccleſia & habeat diverſas voces jure proprio *c. cum olim & ibi poſt gloſſ. 1. Can de re judic. l. ſi conſul. & ibi glo. & DD. ff. de adopt.* vel ſi aliquis de Capitulo fungatur vice duarum perſonarum quarum eſt procurator, *l. accipientis & ibi gloſſ. 1. & DD ff. de autor. tut. c. pen. §. porro de elect. in 6.* non poteſt diverſimode vota ſua dare, quia illa in Capitulo dantur ſecundum conſcientiam, & non habet niſi unum dictamen rationis, *Franc. in d. c. pen. § porro in pr. & Summæ in Decretal.* *Can. Pan. in d. c. cum olim num. 9. & 10. & ibi Io. Andr. & Can. communiter.* ideo Stylus Curiæ exprimit Decanus, & Capitulum, *c. ex parte Decani. c. eam te in fin. ibi Archid. & Can. de reſcript. c. cum inter el 2. in princ de elect. cum ſimilib.* quia in his, quæ pertinent ad ca-
thedralem eccleſiam, † appellatione ec- 7
cleſiæ venit Capitulum, *c. cum cleric c fin. & ibi Butr. num. 6 & Can. de verb. ſignif. c. relatum §. nomine de teſtam.* ac appellatione clericorum non continentur alii, quam Canonici, qui ſunt de Capitulo, *c. 1. & ibi Pan num. 5. c. cum Apoſtolica, & ibi gloſſ. in verb. cleri de*
*his, quæ fi. à præl.* & cura † animarum eorum 8
qui ſunt de Capitulo eſt penes Capitulum, exercitium penes Prælatum aut cui Capitulum, commiſerit, *Gonzal. ad reg. Cancell. de menſ. & alter. gloſſ. 6. num. 71. Put. deciſ. 282. libr. 1. Lap. alleg. 5. num. 7. Oldr. conſ. 67. ſub. num. 1. Caſſad. deciſ. 11. in fine de præben.* ad quos & epiſcopum pertinet, non dominium, *c. cum ex eo de elect. in 6. gloſ. in c. conſtitutus in verb. juramento circa medium. Pan. n. 9. Felin. num. 19. & Can. de reſcript. gl. in c. cauſa in verb. ſolis eccleſiarum de verb. ſignif. Innoc. in c.*
*cum ſuper de cauſ. poſſ. & propr.* ſed † admini- 9
ſtratio bonorum, necnon reddituum, & fructuum ex menſa capitulari perceptorum ante diſtributionem, etiam in negotiis arduis, ut dictum eſt in proximo titulo, poſt diſtributionem, & applicationem ſinguli canonici fructuum perceptorum acquirunt dominium, *c. relatum el 2. §. nomine ibi Canonicam diſtributionem, & curam: & ibi Ioan. de Anan. num. 8. & Can. de teſtam. c. ſtatutum, & ibi Archid. ſub num. 13. & Can. de reſcr. in 6. Calder. conſ. 21. de præb. Ioan. Andr. in c. præſenti, num. 6. & 7. de offic. ordinat. in 6.* & ad Capi-
tulum pertinet † privative, quoad cæteros 10
clericos, & beneficiatos, *gl. in cap. penultim. in verb. Aſſiſia de cler. non reſid. & ibi Pan. num 9.*

in fin. c. cum dilecta de exceſſ. præl. & ibi gl. 1. & Can. & c. dilecti, & ibi Pan. in 1. not. & Can. de major. & obed. c. relatum 2. verſ. nomine de teſtam. & ibi Pan. num. 5. & Can. Panor. in c. 1. n. 11. de elect. etiam anniverſariorum Canonicis, & beneficiatis communium, Creſcent. deciſ. 4. hoc t. gl. in c. pen. in verb. aſsiſios. & ibi Can. de cler. non reſid. c. dilecta, & ibi gl. 1. & Can. de exceſſ. præl. quia iſta burſa communis præſumitur facta ex redditibus Capituli, c. nulli Epiſcoporum in fi. 12. quæſt 1. Pan. in d. c. relatum ſub n. 10. de teſt. & competit pluribus jure eccleſiæ, ſive collegialiter ut univerſis, c. 1. h. t. Pan. in c. cum omnes ſub nu. 5. verſ. item procedit dictum & c. de conſtit. l. omnibus, & l. ſeq. & ibi gl. & DD. ff. ad Trebell. etſi lis oriatur inter canonicos, & beneficiatos, expenſæ litis non ſunt extrahendæ ex maſſa communi, ſed ex burſa particulari canonicorum, quia nullum verſatur intereſſe Eccleſiæ, ſed privatum intereſſe perſonarum, l. imperatores ff. de tut. & ration. diſtrah. Greg. 15. deciſ. 263. Dec. in c. ex litteris num. 34. & ſeq. de prob. Verum expenſæ litis cũ extraneis deducuntur ex maſſa communi, quia hæc lis reſpicit utilitatẽ, & commodum eccleſiæ, Dec. in d. c. ex literis num. 35. & ſeqq. & num. 41. de prob. Lap. alleg. 50. num. 13. 14. & per tot. Rot. Farin. deciſ. 138. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1090. Greg. 15. deciſ. 263. & ibi annot. Covar. pract. c. 6. num. 5. & 6. niſi beneficiati probarent burſam illam communem eſſe factam ex redditibus ipſorum beneficiatorum, quo probato burſa cenſetur communis, pluribus jure proprio, & particulari, ut ſingulis, gloſſ. 1. in c. cum omnes verſ. dicas & ibi Pan. num. 5. Felin. & Can. de conſt. l. per fundum ff. de ſerv. ruſt. præd. Pan. in c. dilecta in fin. de exceſſ. præl. Vital. in Clem. ut hi qui num. 13. & ſeqq. de æt. & qual. ubi tradit, quæ compet. Canonicis collegialiter, quæ ſingulariter, ac omnium requiritur conſenſus, alias defectus conſenſus unius vitiat actum, c. quod omnes c. in re communi de reg. jur. in 6. l. in concedendo ff. de aq. pluv. arc. l. receptum ff. com. præd. tam urb. quam ruſt. Bart. in l. quod major ff. ad munic. ubi limitat quatuor modis. quia tantum conſideratur numerus, l. duo l. inter pares ff. de re jud. Bar. in l. ſi uni num. 6. ff. eod. Pan. in c. eccleſia veſtra num. 7. de elect. In iis quæ competunt pluribus collegialiter† 11
præmiſſa, auctoritate ſuperioris, convocatione omnium, Bald. in l. nulli ff. quod cujuſque univ. nom. Cap. deciſ. 190. part. 2. reſidentium c. 1. & ibi gloſſ. in verbo ipſorum de teſt. in 6. & Can. c. cum inter de elect. & votantium, c. ex eo in princ. & §. in eccleſiis de elect. in 6. ſufficit cõſenſus, præſtitus in loco ſolito; l. obſervare C. de decur. lib. 10 & in communi; Pan. poſt gl. in c. cum omnes num. 7. verſ. ad ultimum, & ibi Fel. num. 34. & ſeqq. de conſt. majoris partis præſentium, cum adeſſent duæ partes totius collegii; aut amplius quam duæ; l. nulli, & ibi glo. fin. & l. ſeq. ff. quod cujuſque univ. nom. & c. l. quod major & ibi gl. ff. ad municip. l. nominationum forma C. de decur. lib. 10. Pan. in c. prudentiam numer. 8. de off. deleg. & in c. 1. num. 16. hoc tit. poſt gl. aut quando adſunt duæ partes eorum, qui volunt, & debent, & poſſunt commode intereſſe, Pan. in c. quia propter ſub num. 5. & in c. cum nobis num. 3. & 4. & in cauſis n. 6. de elect. Franc. de Pav. de off. & poteſt c. ſed vac. præl. 5. num. 7. & 8. vel quando adeſt major pars collegii habilium, l. quod major. ff. ad municip. c. 1. hoc tit. Pan. in c. gratum in 4. not. Dicens obtinere in omnibus actibus capitularibus de poſtul. præl. gl. pen. in Clem. quod circa in fin. verſ. & in his, etiam de elect. & ibi Imol. num. 13. Vital. num. 27. & ſeqq. Pan. & Can. & ſuum debent conſequi effectum, appellatione, & contradictione paucorum non obſtante, c. 1. & c. fin. hoc tit. c. ex parte de conceſſ. præb. l. quod major ff. ad municip. verſ. aliud §. refertur ff. de

*ff. de reg. jur.* *Felin. in c. cum omnes n. 17. ubi po-*
*nit 14. fall. de conſt. Pan. c. cum olim de re jud. in*
*fin.* dummodo minor pars nõ contemnatur,
plus enim operatur cõtemptus unius, quam
multorum contradictio in præſenti, c. *quod*
*ſicut c. venerabilem. c bonæ memoriæ S. Cremo-*
*nenſe de elect. Pan. c. 1. n. 16. fin. h. t.* Intelligitur
12 autem major † pars numero, & ſanioritate,
*c. quia propter de elect. Pan. in d. c. prudentiam nu.*
*10.* In omnibus enim diſpoſitionibus facien-
dis per collegium eccleſiaſticum, vel ſæcu-
lare, nõ ſufficit majoritas numeri ſine ſanio-
ritate, ſed requiruntur duo copulative, ma-
joritas numeri, & ſanioritas, quæ conſiſtit
in auctoritate, zelo & merito, *c. 1. h. t. c. Eccle-*
*ſia veſtra el. 2. & ibi Pan. in 1. not. & n. 7. 11. &*
*13. de elect. l. ubi abſunt, & ibi gl. in verb. major*
*pars ff. de tut. & cur. datis ab his &c. Bart. in l. ſi*
*unin. 6. ff. de re jud.* ideo in diſponendis per
collegium non debent dari voces per lupi-
nos, quia tunc nõ poteſt apparere, quæ pars
ſit ſanior, ſed ſolum quæ major reſpectu nu-
meri, *Pan. in d. c. Eccleſia veſtra el. 2. n. 7.* Limi-
13 ta dictam † regulam, quando à paucioribus,
& inferioribus fuerit contradictum, nam
cum univerſitas procedat extrajudicialiter,
appellatio non eſt neceſſaria, nec tranſeunt
hujuſmodi geſta in rem judicatam, ſed ex
ſola contradictione poſſunt proſequi id
quod rationabiliter objectum fuerit, &
probare coram ſuperiore ad impedien-
dam, & annullandam ordinationem majo-
ris parti, *c. 1. hoc tit. & ibi Pan n. 1. & 5. & 13.*
*& Can. c. Nicena, & ibi gl. fin. 31. diſt. c. ſi quis*
*presbyterorum in fin. de reb. Eccl. non alien. &c.*
quando dubium oritur inter majorem par-
tem capituli, & aliquos ſingulares de capi-
tulo, quo caſu capitulum non poteſt cogno-
ſcere, *Pan. in c. in geneſi num. 2. de elect.* vel po-
teſt allegari ſuſpectum, *hoſt. in c. 1. num. 10. in*
*fin. hoc tit. & Can.* ſed ſi oriantur dubia circa
optionem, aut ſimila jura tangentias ſingu-
lares canonicos, in quibus capitulum nul-
lum poteſt prætendere intereſſe, tunc po-
teſt capitulum illis mandare, ut rationes
ſuas coram eo extrajudicialiter allegent, &
oſtendant ad informandum animum capi-
tuli, ut canonica ſequatur optio, non ut ſen-
tentiam dicat: *c. 1. ibi objectum fuerit, & o-*
*ſtenſam hoc tit, Pan. in d. c. in geneſi ſub num. 2.*
*verſ. & hæc not. de elect.* canonico non licet i-
gnorare ea, quæ fiunt in capitulo, *c. eam te §.*
*quod nullatenus de reſcr. c. dilectus el. 2. & ibi gl.*
*in verb, officialib. & Can. de ſimon. Io. And. in c.*
*1. ſub 17. de conceſſ. præb. in 6. Lap. alleg. 14. n. 2.*
*& ibi Add.*

Congregatio capituli † ſpectat ad cano- 14
nicum antiquiorem receptione, reſpectu
vocis dandæ, qui nullam exercere poteſt ju-
riſdictionem in vocatos non venientes, li-
cet reddat eos contumaces, *Pan. in c. quæſivit*
*ſub n. 3. hoc tit. Innoc. in c. 1. poſt n. 2. de major.*
*& obed.* ſed tunc effectum habet poteſtas
hujusmodi, quia requiſitione, ſeu monitio-
ne unica præmiſſa, *Pan. in c. cum nobis n. 10. in*
*fi. de elect. Petr. de Baiſio in direct. elect. c. 22. par.*
*3. num. 4.* non obſtante abſentia vocatorum,
valebit quod præſentes facient, c. *cum nobis*
c. *quod ſicut c. Eccleſia veſtra, de elect. gl. fin. in l.*
*nulli, & ibi DD. ff. quod cujuſque univerſ. nom.*
*ſtaphyl. de litt. grat. tit. de ſtat. & qual. benef. §.*
*hujuſmodi n. xj.* adeo ut totius collegii jus a-
pud præſentes reſideat. *c. cum nobis, & ibi Pan.*
*& Can. not. de elect. c. cum omnes, & ibi poſt gl.*
*primam circa finem Pan. num. 5. Felin. n. 17. &*
*21. de conſtit. Felin. in c. 1. & ibi Pan. & Can. de*
*major. & obed. Petr. de Baiſ. in direct. elect. c. 4.*
*part. 3.*

Dictum eſt in proximo titulo, quod Epi-
ſcopus, & capitulum ſunt unum corpus, ita
quod Epiſcopus caput, & canonici ca-
pitulares membra eſſe probentur, c. *novit*

de iis, quæſi. à præl. &c. Dec.conſ. 642. num. 9.
15 verum ſi capitulo † interveniat ut Prælatus,
ipſe ſolus non cenſetur tantam vocem habe-
re per ſe, quantam omnes alii Canonici, aut
ſi habeat ſecum unum canonicum concor-
dem non prævalet votum ſuum voto alio-
rum canonicorum, Rot. diverſ. deciſ. 408. nu.
2. part. 1. contra Hoſt. in c. poſtulaſtis num. 4. de
conceſſ. præb. Pan. in d. c. poſtulaſtis num. 14. &
Can. communiter, quia ad hoc ut cognoſca-
tur vox capituli requiritur major, & ſenior
pars: Felin. in c. paſtoralis num. 9. in fin. de re-
ſcript. Ioan. Andr. in c. à collatione de appell. in 6.
gl. in c. unico in verbo aſſenſu, & ibi Can. ne ſed.
vac. &c. in 6. quandoque ex † conſuetudine,
vel ſtatuto canonicatus annectitur dignitati
epiſcopali, c. poſtulaſtis, & ibi gl. in verbo ſed ut
canonicus de conceſſ. præb. c. cum in Eccleſia tua
de præben. in 6. Felin. in c. ex litteris in princ. de
probat. quo caſu licet intervenire poſſit ca-
pitulo ut canonicus, in dubio tamen præſu-
mitur intervenire, ut prælatus, & appellan-
dum eſt ad Archiepiſcopum, niſi ex ſeſſio-
ne, vel ſubſcriptione aliter colligatur alias ſi
ut canonicus inter fuiſſet licite appellatur
ad eumdem tanquam Epiſcopum, c. à colla-
tione, & ibi gloſſ. fin. de appell. in 6. Franc. ar-
chid. & Can. gloſſ. & Doct. in c. poſtulaſtis de
conceſſ. præb. & ibi Pan. num. 8. & ſeqq & Can.
Ex decretis Concilii Tridentini Epiſcopis
17 in † choro, capitulo, proceſſionibus, & aliis
actibus publicis, eſt prima ſedes, & locus,
quem ipſi elegerint, & præcipua rerum a-
gendarum auctoritas, qui ſi aliquid ca-
nonicis ad deliberandum proponant, nec
de re ad ſuum, vel ſuorum commodum
ſpectante agatur, epiſcopi ipſi capitulum
convocant, vota exquirunt, & juxta illa con-
cludunt, abſente vero Epiſcopo omnino
hoc ab iis de capitulo, ad quos hoc de jure,
vel conſuetudine pertinet, perficitur, nec ad
id Vicarius Epiſcopi admittitur: cæteris in
rebus capituli juriſdictio, & poteſtas, & bo-
norum adminiſtratio ſalva & intacta omni-
no relinquitur, c. ſtatuit ſancta §. Epiſcopus præ-
terea ſeſſ 25. Concordat. c. Epiſcopus in Eccleſia
95. diſt. c. novit, & c. ſeq. de his, quæ ſi. à
præl. &c.

Capitulum cathedralis † eccleſiæ ſine e- 18
piſcopo poteſt ſtatuta facere circa ſua ſin-
gularia negotia, puta quod certis modis
quotidianas obventiones diſtribuat, vel
quod certo modo ad capitulum vocentur,
& quod certis diebus etiam non vocati ve-
niant ad capitulum, gl. in c. conſtitutionem §.
cæterum in verbo ſtatutum de verb. ſign. in 6. &
ibi Can. c. ex literis de conſtit. l. 1. §. 2. ff. quodcu-
juſque univ. nom. &c. late Cap. concl. 9. ſed non
circa ea, quæ tangunt generalem ſtatum ec-
cleſiæ, epiſcopum, vel ejus jura, c. cum con-
ſuetudines de conſuet. aut jura ſingularium
perſonarum. l. venditor §. ſi conſtat. ff. comm.
præd. &c. Felin. in c. cum omnes ſub nu. 18. verſ.
10. fallit de conſtit. & ibi Pan. num. 7. verſ. ve-
nio ad ſecundum, & Can. Cæſ. deciſ. 9. num. 3. de
probat. Collegia † inferiorum eccleſiarum in 19
omnibus actibus gravibus debent habere
Conſilium, & conſenſum epiſcopi, Inn. in c.
requiſiſti in fin. de teſt. Felin. in c. cum omnes nu.
xj. & ibi Pan. poſt num. 4. de conſtit. Pan. in c. cau-
ſam quæ de elect. quia licet Epiſcopus non ſit
de collegia earum, eſt tamen caput earum,
non immediatum, ſed mediatum, Cap. re-
genda, &c. c. ſeq. 10. q. 5. c. cum ab Eccleſiar. de
off. ord. gl. 1. in d. c. cauſam quæ, de electione, in
his in quibus habent † adminiſtrationem, 20
eodem modo poſſunt ſtatuere, quo ſtatuit
capitulum cathedralis eccleſiæ, late Felin. in
d. c. cum omnes n. xj. de conſt qui plures cumulat.

Abſentes Canonici † ad actus capitulares 21
non ſunt vocandi, c. 2. & ibi gl. in verbo ipſo-
rum de teſt. in 6. Franc. num. 11. Archid. & Can.
commu-

*communiter c. cum inter 2. de elect. & ibi Can.*
præterquam in electionibus, c. *quia propter*
*de elect.* receptionibus in Canonicum, c.
*cum in eccleſiis de præb. in 6.* ceſſatione à divi-
nis, c. *quamvis de off. ord. in 6.* & in omnibus
cauſis magnis, & arduis, quæ ſunt ſimiles,
aut maiores ſupradictis. *Franc. in d. c. 2. ſub*
*num. xj. de teſtib. in 6. Pan. in c. cum omnes ſub*
*num. 7. verſ. venio ad teſtium, & ibi Can. de con-*
*ſtit. Iaſ. in repet. l. placet num. 13. C. de ſacros*
*eccleſ. in 2. lect. par. 1.* Præfata procedunt,
quando ſunt abſentes canonici, unus & al-
22 ter: quando aliqua pars canonicorum † eſt
præſens, aliqua pars abſens, & imminet ele-
ctio facienda, vel aliquod negocium eccle-
ſiæ, quomodo congregabitur capitulum, &
qualiter expedietur negotium, *vide Pan.*
*poſt Innoc. in c. 2. num. 10. de nov. op. nunciat.*
*& ibi Can.*

23 In his, quæ aguntur † per univerſitatem,
ſingulorum nomina debent inſcribi in in-
ſtrumento, ſive magna, ſive parva fuerit u-
niverſitas, *Dec. in d. c. cum omnes in 1 lect. num.*
*53. & 54. de conſtit. Pan. in c. quanto num. 7. de*
*his, quæ fi. à prælat. & ibi Can. idem in c. unico*
*num. 7. & 8. de ſynd. Mohed. deciſ. 1. de reb. eccl.*
*non alien.* ſed ſufficit dicere, capitulum talis
collegii hoc fecit, canonici talis eccleſiæ ca-
pitulariter congregati hoc fecerunt, *Pan. in*
*d. c. unico ſub num. 8. de ſynd. Put. deciſ. 295. lib.*
*3. pulchre Oldr. conſ. 100.* capitulum enume-
ratis pluribus canonicis congregatum in ta-
li capella fecit, licet non dicatur capitulari-
ter cõgregatum, aut nomine capituli, *Achill.*
*deciſ. 2. hoc tit. Oldrad. conſ. 100. arg. l. certum*
*ff. ſi cert. pet. l. nominatim ff. de lib. & poſth.* aut
alia verba exprimantur, quæ ſignificent, a-
ctum expeditum per conſenſum præſtitum
in communi, *c. fin. & ibi Pan. in 2. not. de ſor-*
*til. Felin. c. in eam te num. 13. & 14. & ſeq. de*
*reſcript.* etiamſi non apponatur capituli ſi-
gillum, *Rot. deciſ. 32. & 36. de procur. in antiq.*
*l. ſi procuratorem ff. de procur. l. ſi quaper calu-*
*mniam C. de epiſ. & cler.* imo ſufficit, quod
appoſitum fuerit ſigillum capituli, quando
in actu geſto dicitur, *canonici hoc fecerunt,*
non ſpecificatis ſingulorum nominibus, ne-
que expreſſo nomine conventus, vel capi-
tuli, *Rot. deciſ. 9. & 36. de procur. in antiq. c.*
*fin. de procur. & ibi not.* ſubſcriptio Notarii,
& teſtium neceſſaria non eſt, dummodo ſi-
gillum ſit recognitum, *Rota deciſ. 12. de pro-*
*cur. in nov. Clem. 1. & ibi glo. 1. de procur. &*
*Can. Hoſt. in c. 1. num. 6. de procur. & ibi Can.*
Regula ſupradicta fallit † primo in aliena- 24
tione bonorum, & in rebus arduit, in qui-
bus ſingulorum nomina ſunt exprimenda,
*l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. 11. Bart. in l. 1. ff.*
*de alb. ſcrib. c. 1. de his, quæ fi. à præl. Dec. in cap.*
*cum omnes in 1. lect. num. 53. plures cumulans*
*Mohed. d. deciſ. 1. de reb. eccl. non alien.* fallit
ſecundo, quia ſingulæ perſonæ de capitulo
ſunt exprimendę in mandato, quando in eo
dicitur, quod canonici conſtituunt talem
procuratorem, ſine appenſione ſigilli capi-
tularis, quia differentia eſt, an dicatur cano-
nici, an capitulum, vel conventus, eodem
modo in monialibus obtinet, & ita decla-
randa eſt Rota *deciſ. 9. de procurat. in antiq.*
*Achill. deciſ. 2. in fin. hoc tit. c. quanto, & ibi*
*late Anch. num. 3. & 4. de his quæ fi. à præl.*
*&c. & ibi Imol. Mynſ. obſ. 76. cent.*
*1. & obſ. 18. cent. 3.*

***

## *Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.*

## Titulus XII.

### SVMMARIA.

1 *Beneficia ſine diminutione ſunt conferenda obtretrationes.*
2 *Sectio ſive diviſio beneficii præbendæ in duo, unius parochiæ in duas à quo fiat & cum qua ſolemnitate.*
3 *Penſio eſt jus ſpirituali annexum percipiendi certam quantitatem ex aliqua menſa vel beneficio ex cauſa ad tempus ſeparatam, quod dependet ex proprietate beneficii.*
4 *Penſionem imponunt Papa & Epiſcopus & quomodo differat epiſcopi authoritas ab authoritate Papæ.*
5 *Abbas poteſt penſionem imponere ſuper beneficio regulari cuius collatio ad eum ſpectat ſolvendam alteri religioſo eiuſdem monaſterii.*
6 *Penſio imponi poteſt ex octo cauſis hoc recenſitis & his ſimilibus.*
7 *Tempore collationis conſentiente eo cui confertur, vel poſt collationem de conſenſu rectoris beneficii.*
8 *Abbas ſolus poteſt conſentire penſioni quando capit fructus omnes & cuilibet monacho dat certam quantitatem Panis & vini.*
9 *Penſiones reprobantur quæ conſtituantur in fraudem canonum.*
10 *Penſionibus gravari non poſſunt cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam mille ducatorum non excedunt.*
11 *Parochiales Eccleſiæ quæ ſummam ducatorum centum non excedunt.*
12 *Diſtributiones quotidianæ.*
13 *Incerti fructus etiam beneficiorum ſimplicium.*
14 *Dignitas aut beneficium valoris 24. ducatorum.*
15 *Cæterorum beneficiorum menſa & redditus gravantur penſionibus dummodo aut tertium aut medietatem fructuum non excedant.*
16 *Laico an & quomodo poßit reſervari penſio.*
17 *Clerico penſio reſervatur interdum in titulum.*
18 *Mentio fieri debet in literis reſervationis penſionis de penſionibus præteritis validè impoſitis.*
19 *Perpetuis & temporalibus.*
20 *Reſervatis ſub die incerto aut ſub conditione qua tempore ſecundæ penſionis eſſet purificata.*
21 *Per clauſulam , præſens & aliæ penſiones medietatem fructuum non excedunt, limitatur dicta regula uno modo.*
22 *Penſio exigi debet vigore literarum apoſtolicarum deſuper expediendarum.*
23 *Penſionis impoſitioni qui conſentit ſolet ad eius ſolutionem ſe obligare ſub pœna privationis beneficii acceſſus regreſſus.*
24 *Ac anathematis ſeu cenſurarum.*
25 *Vt prædictis pœnis locus ſit, requiritur factum & voluntas penſionarii.*
26 *Intimatio literarum reſervationis penſionis neceſſaria non eſt quando agitur ad ſolutionem penſionis.*
27 *Si agatur ad incurſum cenſurarum & pœnarum non eſt neceſſaria ei qui per ſe conſenſit ſed ei qui conſenſit per alium fieri debet ac ſucceſſori in beneficio.*
28 *Literæ Apoſtolicæ expeditæ ſuper reſervatione penſionis earumque narrativa & modus ſeu conditio ſub qua penſio fuit reſervata ſunt verificanda etiam quando proceditur executive.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*29 Nec ſolita eſt ſignaturæ apponere clauſulam ſine retardatione ſolutionis penſionis quia ex ventre literarum reſervationis oritur exceptio.*

*30 Excipe quando ex ventre literarum non daretur nullitas, ſed reductio penſionis.*

*31 Excipe 2. quando nullitas in ventre literarũ oritur ex probationibus aliunde factis.*

*32 Cenſurarum nullitas & in juſtitia an debeat juſtificari ex eiſdem actis, an ex noviter deductis in alia inſtantia.*

*33 Penſionis præſtatio quando penſionarius modum adimplevit conditionemque, purificavit aut quando de conſenſu partium Papa ſimpliciter & pure penſionem reſervavit non impeditur propter ſupervenientem litem ſuper nullitate extinctione vel reductione.*

*34 Et ſolet cauſa in prima & ulteriori inſtantia committi per ſignaturam cum clauſula, conſtito de literis reſervationis, procedat abſque retardatione ſolutionis penſionis.*

*35 Quæ clauſula intelligitur de ſola exiſtentia literarum.*

*36 Penſionarius quando agit contra eum qui non conſenſit penſioni nec reperitur in quaſi poſſeßione exigendi tenetur omnino verificare gratiam antequam agere poßit ad exactionem penſionis.*

*37 Si vero eſt in quaſi poſſeßione exigendi penſionem in ea eſt manutenendus contra quemcunque ſucceſſorem in beneficio.*

*38 Idem juris eſt in translatario penſionis exiſtente in poſſeßione percipiendi penſionem.*

*39 Reſignatarius ſpoliat, ſi beneficium gravatum alteri reſignet.*

*40 Succeſſor in beneficio ſpoliat, ſi penſionem ab anteceſſore ſolatam ſolvere recuſat, daturque penſionario remedium reintegrandæ.*

*41 Penſionarius in petitorio ſemper tenetur juſtificare literas.*

*42 Poſſeßio percipiendi penſionem quomodo probetur.*

*43 Reſignans poſt reſignationem non tenetur ad ſolutionem penſionis.*

*44 Succeſſor in beneficio tenetur ad penſiones præteritas à prædeceſſore nõ ſolutas quando conſtat de diligentiis factis à penſionario contra anteceſſorem.*

*45 Ad penſiones futuras & poſt fructus perceptos decurſas tenetur ſucceſſor illius qui conſentit penſioni in jure illius habendo.*

*46 Necnon ſucceſſor poſſeßionis.*

*47 Capitulum, Camera apoſtolica, œconomus regius.*

*48 Penſio quibus caſibus eſt ipſo jure nulla, quorum plures recenſentur.*

*49 Reſervatio omnium fructuum reſignanti valida eſt non facta mentione penſionis antiqua.*

*50 Et ſi adjiciatur clauſula quod propria authoritate reſignans fructus percipiat, non amittit poſſeßionem.*

*51 Proprietas autem & titulus beneficii tranſit in reſignatarium.*

*52 Idem juris eſt quando reſignanti reſervantur titulus, denominatio, adminiſtratio, poſſeßio una cum fructibus, quia jus proprietatis tranſit in reſignatarium.*

*53 Quod ſi facta fuerit reſervatio penſionis vel fructuum alicui quoad vixerit, prout maluerit datur ei electio pro prima vice.*

*54 Medietate fructuum reſervata loco penſionis ſit ſolutio habito reſpectu ad maſſam groſſam.*

*55 Penſio eſt odioſa.*

*56 Penſionem exigendi quaſi poſſeßio eſt contra jus.*

*57 Penſio quando reſervatur omnes fructus aut certa quota propria authoritate percipienda,*

*pienda, metienda eſt regulis quibus regulatur uſusfructus.*

58 *Propter conſenſum æquiparatur contractui.*

59 *Succeſſor quoque acceptans beneficium videtur quaſi contrahere.*

60 *Motu proprio conceſſa æquiparantur ultimis voluntatibus.*

61 *Penſionis caſſatio eſt favorabilis, & poteſt fieri in manibus cuiuſcunque.*

62 *Primo, De ſtylo curiæ fit anticipatis ſolutionibus auctoritate Summi Pontificis.*

63 *Extinguitur multis modis hic enumeratis.*

64 *Penſionem transferendi facultas eſt odioſiſſima.*

65 *Fit juxta formam facultatis datam à ſummo pontifice coram aliquo in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto per viam actus inter vivos vel ultimæ voluntatis.*

66 *Secundo, Fit coram Summo pontifice per viam ſupplicationis.*

67 *Clauſula transferendi poſita in prima reſervatione penſionis per quaſcunque clauſulas generales in ſecunda reſervatione non cenſetur repetita.*

68 *Penſionis caſſationes ut quid aliud reſervetur regulantur eiſdem regulis quibus regulantur reſignationes beneficiorum cum reſervatione.*

DICTVM eſt in ſuperioribus titulis, ad
quos pertinet collatio ſede repleta,
aut vacante, verum quia collatio non ſolum
debet fieri pure, palam, libere, ſed etiam ſi-
1 ne † diminutione, ideo ſupponit titulum,
*ut Eccleſiaſtica beneficia &c.* pure, quia pa-
ctum, *c. pactiones de pactis.* conditio, *c. quam*
*pio 1. quæſt. 2.* modus inducunt ſimoniam, *c.*
*unico, & ibi gloſſ. in verbo ſub modo hoc tit.* pa-
lam, quia collationes occultæ ſunt ſuſpectæ,
*c. unico §. porro, & ibi gloſſ. in verbo occulta hoc*
*tit. cap. conſuluit de off. deleg. l. ita fidei ff. de jur.*
*fiſc. Pan. in c. 1. ſub num. 2. de cland deſpon.* qui-
bus non datur fides contra apoſtolicos im-
petrantes: *dictum eſt ſupra tit. de præb.* libere,
id eſt, gratis, *c. ſi quis Epiſcopus præbendas 1.*
*quæſt. 3. c. plura 3. quæſt. 9.* ſine diminutione
ob plures rationes, quarum prima eſt, quia
non poteſt collator, etiamſi ſit epiſcopus,
ex pacto partem proventuum ſuis uſib. re-
tinere, *c. prohibemus de Cenſib. c. quia cognovi-*
*mus 10. quæſt. 3.* ſed Epiſcopus ante colla-
tionem conſtituere poteſt cum ſuo capitu-
lo, ut ipſi proventus beneficii vacantis reti-
neantur ad tempus pro juſta cauſa, & ne-
ceſſaria, *cap. unico verſ. unde credimus hoc tit.*
puta pro exoneratione ſuorum debitorum
contractorum nomine Eccleſiæ, aut pro fa-
brica Eccleſiæ cathedralis, quando cano-
nici cum Epiſcopo non ſunt potentes ad re-
ſtaurationem: *Pan. d. c. unico hoc tit. nu. 20.*
altera ratio eſt, quod beneficia non recipi-
unt diviſionem, ſectionem, aut diſmembra-
tionem, *c. maioribus c. cum cauſam de præb.*
Caſſanda eſt receptio duorum ad unum
beneficium, ſive præbendam, ut unus unam
medietatem habeat, & alter alteram, velut
unus expectet, quouſque alia vacabit, quod
huiuſmodi jus ſpirituale dividi, ſive com-
municari nequeat inter eos, *c. tuæ fraterni-*
*tati c. dilecto de præb. & utrobique Can.* Ex ju-
ſta, & rationabili cauſa poteſt beneficium,
& præbenda † dividi in duo, ut duo cenſe- 2
antur jura, & duo tituli, *c. vacante gl. in d. c.*
*tuæ fraternitati in verbo ſectionem gl. pen. in d.*
*c. maioribus de præb. Garc. de benef. part. 12. c. 4.*
*per tot.* ac una parochia in duas, *c. præcipi-*
*mus 16. quæſt. 1. c. ad audientiam 1. de Eccl. ædif.*
ab Epiſcopo, *c. ſicut unire de exceſſ. præl. c. va-*
*cante & ibi Anch. num. 1. & 2. de præb.* quando
non vacat, cum aſſiſtentia, & conſenſu re-
ctoris, *Franc. in c. 1. de reb. Eccl. non alien.*
*num. 24.*

num.24.in 6.Rot.diverſ.deciſ.524.part.1. quando vacat, dato defenſore, Clem.fin.& ibi gloſſ.in verbo defenſor de reb. eccl. non alien.c. 1. eod.in 6. de conſenſu capituli habito tractatu, c.vacante de præb. Rot.deciſ.1.de reb. eccl. non alien.in antiquior. quia alteratur ſtatus eccleſiæ, Clem.1.de reb.eccl.non alien. quodque facultates, redditusque beneficii, ſive præbendæ competenter ſufficiant duobus, Pan. in d.c.extirpanda §.qui vero n.7. in lect.de præb. & in d.c vacante n.2. ubi ponit iſta requiſita, & Can.communit. & epiſcopus interponat decretum, l. de qua re ff.de jud. quib.ſolemnitatibus adhibitis reſultat præſumptio utilitatis, ne neceſſitas, ne eluſorium ſit hujuſmodi decretum, c. in præſentia de renunc. l. ſi prætor ff.de jud. dictum eſt ſupra in tit.de ſent. & re jud. Gemin.conſ.48. ſub num. 6. verſ. ſed præmiſſæ. poteſt tamen probari contrarium, quod præbenda diviſa duobus aſſumptis canonicis non ſufficiat, eoque probato non reſcinditur diviſio, & receptio male attentata, ſed qui male diviſit, & recepit, tenetur ſupplere quod utrique deficit, quia ſpiritualia poſtquam creata fuerint, non de facili diſſolvuntur, d.c.vacante, & ibi Anch.n.5 & ſeq. & Can. unio fit de beneficio pleno rectore non vocato, ac de vacante abſque deputatione defenſoris, ut dictum eſt ſupra tit. de præb. Ratio diverſitatis eſt, quia diſmembratio eſt vera alienatio, Rot. deciſ. 1. de reb. eccl.non alien. in nov. Clem.2.& ibi gl.in verbo defenſor de reb.eccl.alien. & c. & Can. tum quod in totum per unionem beneficium concedi permittitur, cauſa augmenti cultus divini, c. ex parte de conſtit. pauperumque ſuſtentationis, c.ex-poſuiſti de præb. ac etiam tolli tanquam ſuperfluum, & oneroſum, arg.c.cor Epiſcopi 68.diſt. diminutio, & detractio denegantur, ut Eccleſiaſtica beneficia in ſua integritate permaneant, niſi ex magna cauſa, c.dudum c.majoribus c.vacante de præb. & id quod minus videtur, eſt majus eo reſpectu, quo jus ei plus reſiſtit ex cauſa, d.Clem.fi.& ibi gl.in verbo defenſor de reb,eccl.non alien.& ibi Can.communiter. Tertia ratio eſt, ob quam beneficium ſine diminutione eſt conferendum, quia non poteſt Epiſcopus abſque juſta cauſa, & conſenſu capituli imponere penſionem ſuper fructibus Eccleſiæ exuberantis, c. paſtoralis, & ibi not.de his, quæ fiunt à præl.& c.Creſc.deciſ. 3.n.2.de locat. & licet beneficium individuum ſit, fructus tamen reddituum ex juſta cauſa inter duos dividi poſſunt, c. propoſuit, & ibi Pan.n.2.& 6.& Can. de fil.presby. Greg. 15.deciſ.479. ideo hic paucis attingam materiam penſionum, quæ frequens eſt in Curia, Hiſpaniis, & Italia, ſed infrequens in
Germania, Penſio eſt jus † ſpirituali anne- 3
xum, Pan.in c.conſulere ſub num.3. de ſimon. Navar.conſ.63 num.5.de ſimon. Garc. de benef. part.1 c.5 num.10.& ſeqq & §.1.per tot. & per tres §§.ſeqq.per plures quæſtiones. percipiendi certam quantitatem ex aliqua menſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparatam, c.poſſeſſiones 16 quæſt. 1. c. quicumque 12.quæſt.1 Zab.in Clem.1 §.1. in 3. quæſt.de ſuppl.neglig.præl.& ibi Can.Gig.de penſ. quæſt 1.num.1. quæ dependet ex proprietate beneficii, ex quo extrahitur, Imol. in Clem. 1.num.26.de ſuppl.negl. præl. Gig.de penſ. dicta quæſt.1.& hæc definitio concernit penſionem, quatenus eſt commodum temporale, ſed quatenus eſt titulus beneficialis, definitur ſicut beneficium, Zab. in d.Clem. 1.in 3. quæſt.c.quamvis el.1.& ibi gl.in verb.in penſione, & Can.de præb.

Penſionem imponunt † Papa, & Epiſco- 4
pus, c. conſtitutus de relig.domib. & ibi Can. Gig.de penſ.quæſt.6.Cam. Cantias de penſ. Epiſc. differt epiſcopi auctoritas ab auctoritate Papæ, Papa enim penſionem in perpetuum

imponit, Epiſcopus vero ad vitam poſſeſſo-
rum, ſeu brevius tempus, *Barbos de officio Epi-
ſcopi p. 3. alleg.* 85. Papa abſque cauſæ cogni-
tione imponit penſionem, *Gig. d. quæſt. 6. nu.*
6. & ſine conſenſu beneficiati, *caput. deciſ.*
*316. part. 2. Gig. de penſ. d. quæſt. 6. plures cumu-
lans.* ac patroni laici, *Gig. de penſ. quæſt.* 23. *Co-
var. pract. quæſt.* c. 36. *n.* 10. Quia plena & li
bera diſpoſitio beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum ad Papam ex ſuæ poteſtatis plenitudine
noſcitur pertinere, *Clem.* 1. *in fin. ut lit. pend.*
*&* c. c. 2. *de præb. in 6.* c. *propoſuit. de conceſſ.
præb. Pan. in c. conſtitutus num.* 9. *de reſcript.* E-
piſcopus non poteſt eam imponere, niſi ex
cauſa juſta apparente, & concernente utili-
tatem eccleſiæ, *pulchre Oldr. conſ.* 226. *Rom.
conſ.* 369. *ſub n.* 2. *Barboſ. d. alleg.* 85. *n.* 2. Papa
conſtituit penſionem in quantitate, & in
quota parte fructuum, *Gig. de penſion. q.* 8. E-
piſcopus conſtituit penſionem per viam
quantitatis pecuniæ, vel bladi, & non per
modũ quotæ, ſive collectæ, ut detur tertia,
vel quarta pars, *Anan. in c. audivimus ſub nu.* 3.
*verſ. in gl.* 2. *de colluſ. deteg. Felin. in c. ad audien-
tiam el.* 2. *ſub n.* 2. *verſ. & dicit, Anan. de reſcript.*
quia eſſet ſcindere beneficium, quod jure eſt
prohibitũ, c. *majoribus de præb.* c. *de cætero, &
ibi not. de tranſact.* Epiſcopus non poteſt dare
poteſtatem transferendi penſionem in u-
nam, vel plures perſonas, ſicut poteſt Papa,
*Gig. de penſionib. quæſt.* 6. *num.* 5. Epiſcopus
penſionem non conſtituit, ubi intervenit a-
liquod pactum inter partes, neque reſigna-
tiones beneficiorum in alterius favorem fa-
ctas admittit, c. 2. *&* 4. *de pact.* c. *ex parte el.* 1.
*de off. deleg. & ibi poſt gl. DD Rebuff. in prax. lib.*
5 3. *de reſign. cond. num.* 1. Præterea Abbas †
poteſt imponere penſionem ſuper benefi-
cio regulari, cujus collatio ad eum ſpectat,
ſolvendam alteri religioſo ejuſdem mona-
ſterii, *Zab. in Clem.* 1. §. *quia vero num.* 2. *de ſtat.
monach.* quia non repugna paupertati habe-
re penſionem ex permiſſu ſuperioris, & ad
nutum ejus amovibilem, pro neceſſariis in-
dumentis, & expenſis, quibus alias monaſte-
rium eſſet gravandum. *Zab. in d. Clem.* 1. *ſub
num.* 4. *verſ quinto oppono, de ſuppl. negl prel.
Pan. in c. niſi eſſent num.* 12. *de præb. Rot.* Farin.
*deciſ.* 302. *part.* 2.

Interdictum eſt penitus jure canonico,
ne quis de proventibus Eccleſiæ, quæ curam
habere debet proprii ſacerdotis, penſionem
alii, quaſi pro beneficio conferre præſumat,
c. *extirpandæ* §. *qui vero de præb.* c. *pervenit de
arbitr.* Quia Eccleſia cenſeretur quaſi cen-
ſualis, & portio præsbyteri diminueretur, c.
*avaritiæ de præb.* Licite autem reſervatur pen-
ſio ex pluribus † cauſis, quarum prima eſt, ut 6
penſionarius melius ſuſtentari valeat, & cen-
ſetur facta ex cauſa alimentorum, *Romanus
conſ.* 388. *n.* 3. *&* 5. *Greg. de penſ. quæſt.* 51. *& q.*
96. *n.* 4. *&* 5. Secunda, reſignatio, ne reſi-
gnans nimium diſpendium patiatur, *gl.* 1. *in
c. ordinationes* 1. *quæſt.* 1. *& ibi Can. gl. in c. cum
pridem in verb. illicitæ pactionis, in fin. de pact. &
ibi Can. Fel. in c. ad audientiam el.* 2. *n.* 3. *de re-
ſcript. Gig. de penſ. q.* 4. *n.* 2. ac valida eſt pen-
ſio, etiam non verificato jure ceſſo, & ſuffi-
cit illud fuiſſe acceptatũ ab eo, qui penſio-
ni conſenſit, *Mobed. deciſ.* 35. *de præb. inter o-
miſſas arg l. in omnibus rebus ff. de act. & oblig.*
quia in reſignationibus ad certum effectum
mens Papæ eadem eſt cum mente partium,
& Papa voluntati partium adhæret, *Rot. di-
verſ. deciſ.* 677. *n.* 16. *part.* 1. *Mobed. deciſ.* 27. *in
fin. de renunc. & deciſ.* 8. *ante n.* 1. *de jure patr. l.
omnem ff. de jud. Caſtr. in l.* 1. §. *& poſt operis n.* 5.
*plures citans ff. de nov. oper. nunciat.* quando re-
ſignanti jus aliquod competit, de quo ipſe
docere debet, nam ſi nullum jus penes eum
remanſit, ut quia beneficium per ejus pro-
motionem, aut alias vacavit, penſio debet e-

vane-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vaneſcere tanquam ceſſante cauſa, c. *cum ceſſante de appell. Pariſ. de reſign. lib. 6. qu. 2. n. 105.* quia tunc ceſſat in Papa ratio adhærendi intentioni reſignantis, *Rot. diverſ. deciſ. 767. part. 1. l. traditio ff. de acq. rer. dom. c. nuper §. nos autem de donat. int. vir. & ux. c. Dagbertum 1. qu. 7.* niſi reſervationi penſionis appoſita ſit clauſula, quod penſio debeatur, etiamſi nullum ipſi cedenti jus competeret, *Pariſ. de reſign. lib. 6. qu. 2. poſt n. 103. verſ. 3. & num. ſeqq. Put. deciſ. 228. lib. 1.* Tertia concordia, ob quam etiam per Epiſcopum poteſt imponi penſio, c. *niſi eſſent, de præb. & ibi Can. Pan. in c. cum pridem num. 8. de pact. Io. de Anan. in c. audivimus ſub n. 3. verſ. in gl. 2. de colluſ. deteg. Rot. diverſ. deciſ. 519 n. 1. & 3 part. 1.* Quarta evidens utilitas Eccleſiæ, ob quam Epiſcopus poteſt in collatione Eccleſiæ apponere onus alimentandi ſenem, qui illi renunciat, *Felin. in d. c. ad audientiam el. 2 ſub n. 2. verſ. exemplifica Dec. in c. ex parte num. 6. de off. deleg.* Quinta benemerita, quando de ipſis conſtat, & penſio aſſignetur in quantitate moderata benemerito, quoad vixerit de redditibus Eccleſiæ, *Felin. in d. c. ad audientiam el. 2 ſub num. 2. verſ. & adde. Oldr. de reſcr. arg. c. per tuas, & arg. c. fraternitatem, & ibi not. per gl. & DD. de donat.* Sexta ſervitia præſtita, ob quæ non ſolet imponi penſio tranſitoria ad ſucceſſores in beneficio, *Rot. diverſ. deciſ. 607. n. 3 par. 3. lib. 3. atteſtans de uſu Curiæ l. affectionis ff. de donat. juncta l. epiſtola §. fin. ff. de pact.* Septima, inæqualitas fructuum in permutatione, c. *ad quæſtiones de rer. permut.* Octava publica utilitas, unde penſio reſervata Cardinali cenſetur favorabilis, c. *bonæ memoriæ el. 1. & ibi gl. in verbo generalis, & Can. de poſtul. præl. Rot. diverſ. deciſ. 240. n. 4. & 12. part. 1.* Ex his, & ſimilibus cauſis penſio danda ex redditibus Eccleſiæ, vel beneficii, c. *ad audientiam el. 2. de reſcr. c. quamvis & ibi gl. in verb. in penſione de præb. in 6. & utrobique Can.* poteſt imponi tempore
† collationis, conſentiente eo, cui confertur, 7
c. *conquerente, & ibi gl. in verb. percipere & Pan. n. 5. & 6. de cler. non reſid.* vel poteſt collationem de conſenſu Rectoris beneficii, *Gig. de penſ. q. 10.* Conſenſus habentis regreſſum ſuper beneficio, cui imponitur penſio, non requiritur, ſed evaneſcit penſio, quando fit locus regreſſui, *Pariſ. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. ſub num. 85. & ſeqq. num. 88. & ſeq. Gig. de penſ. qu. 79. Put. deciſ. 97. lib. 2.* Abbas ſolus,
ſine † conſenſu conventus, poteſt conſentire 8
in penſione, quando Abbas capit fructus omnes, & cuilibet Monacho de fructibus monaſterii dat certam quantitatem panis, & vini, & de reliquis ad libitum diſponit, *Creſc. deciſ. 3. de locat. Felin. in c. ad audientiam el. 2. ſub n. 2. verſ. 2. concluſio de reſcr.* licet de jure communi fructus Monaſterii inter abbatem, & conventum ſit communes. c. *edoceri, & ibi gl. & Can. de reſcript.* Reprobantur
† penſiones, quæ conſtituuntur in fraudem 9
canonum, c. *extirpandæ §. qui vero in fin. de præb. c. audivimus de colluſ. deteg.* ut penſio per Epiſcopum nepoti inhabili ad parochialem Eccleſiam propter defectum ætatis, quaſi pro beneficio conferri non debet, ex proventibus Eccleſiæ parochialis, *Pan. in d. §. qui vero ſub nu. 7. & ibi Can. Pan. in c. conquerente ſub n. 5. verſ. & ad contraria de cler. non reſid.* Clerici qui per colluſionem patiuntur, ab aliis ſuper beneficiis à ſe pacifice poſſeſſis, litem ſibi inferri, prohibentur, ſub pœna privationis, cum illis tranſigere cum ſolutione annuæ penſionis, & ſucceſſione in beneficia poſt eorum obitum, *d. c. audivimus de colluſ. deteg & ibi Can.*

Nullis gravantur † penſionibus, aut reſer- 10
vationibus fructuum, Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum
mille, & parochiales, † quæ ſummam 11

ducatorum centum ſecundum verum an-
nuum valorem non excedunt, *cap. quoniam
pleraque §. adhæc ſeſſ. 24.* hoſpitalia, & ere-
mitoria, *Mand. de ſign. grat. tit. penſiones, verſ.
ſuper fructibus.* diſtributiones quotidianæ
quia dantur tantum intereſſentibus divi-
nis, & in corpore beneficii non comprehen-
duntur, c. *unico de cler. non reſid. in 6. c. licet,
& ibi poſt gl. fin. Can. de præb. Rot. deciſ. 39. eod.*
22 *in antiq.* & quando ſuper diſtributionibus †
ex gratia reſervatur penſio, ſolvitur Datario
compoſitio unius anni, *Mand. de ſign. grat. tit.*
23 *penſiones. verſ. penſiones.* in certi † fructus, etiã
beneficiorum ſimplicium, qui ſi graventur
penſione, ſolvitur Datario compoſitio u-
nius anni, *arg. l. poſſideri §. in certam, & l. locus
ff. de acq. poſſ. l. ſubſignatum §. fin. ff. de verb. ſig. l.
ſi fur. §. incertam ff. de uſucap.* dignitas, aut be-
24 neficium † valoris. 24. ducat. aut ſi aliquan-
tulum dictum annuum redditum excedat,
quia propter tenuitatem, penſionem non
ferunt, *l. ob æs, & ibi gl. 1. in fin. C. de præd. & a-
liis reb. minor. l. ſi inutiles, & ibi gloſſ. 1. ff. ut in
poſſ. leg. ſeu fideic. ſer. cauſ. eſſe liceat,* Cætero-
25 rum † beneficiorum menſa, redditus, &
proventus, non autem jus ſpirituale, gra-
vantur penſionibus, c. *conſtitutus de relig. do-
mib. & ibi Zab. in 2. oppoſ. Butr. num. 15. & 16.
& Can. communiter Fel. in c. ad audientiam el.
2. in 3. & 4. concluſ. de reſcript.* ac etiam fru-
ctus in continua reſidentia lucrari ſoliti,
*Caſ. deciſ. 5. de præb. gloſſ. in c. unico, In verbo
receperit, verſ. ſed quid dices de eccleſ. & ibi Can.
de cler. non reſid. in 6.* dummodo aut tertiam,
aut medietatem fructuum non excedant,
*Extravag. ſuſcepti: verſ. in illis vero eccleſiis de
elect. inter Ioannis. 22. Gig. de penſ. quæſt. 9. Re-
buff. de pacif. num. 116. Mandoſ. de ſign. grat.
tit. fructuum reſervationes verſ. frequentius.* &
ſi penſio eſt nulla in uno obulo, tota corruit,
*Rot. deciſ. 626. num. 5. part. 1. diverſ. affirmans
ita deciſum in Rot. arg. l. in vendit. ff. de contrah.
empt. & vend.* beneficia enim non debent ita
grauari, vt beneficiati non poſſint ex eo-
rum redditibus viuere, & iura Epiſcopalia
ſoluere, *c. de monachis c. vacante in fin. de præb.
c. 1. de cenſib. & ibi DD. c. quoniam, & ibi gl. 1.
de vit. & honeſt. cleric.* Dicta clauſula, dum-
modo penſio medietatem fructuum non
excedat, poſita in litteris apoſtolicis, non
ſtat conditionaliter, ſed exponenda eſt, qua-
tenus non excedit, & penſio venit reducen-
da ad medietatem fructuum: *Creſc. deciſ. 17.
de reſcript. Rot. diuerſ. deciſ. 1160. part. 3. lib. 3.
arg. l. ſtychum, qui meus erit, ff. de legat. 2.* re-
quirit plenam, & concludentem probatio-
nem, *Pariſ. de reſig. lib. 6. quæſt. 2. n. 25. Card.
Seraph. deciſ. 1122. n. 2.* quod remanent cen-
tum, vel mille libera, deductis oneribus or-
dinarijs, & neceſſarijs perpetuis, *Gig. de penſ.
quæſt. 96. n. 2. & ſeqq. gloſſ. in c. ſi propter tua in
verbo ſpeciali gratia de reſcript. in 6. Greg. xv.
deciſ. 245. & ibi late annot. & deciſ. 268. & ibi
annot.* de tempore gratiæ, & reſeruationis,
*Garc. de benef. part. 1. c. 5. nu. 398. & ſeqq. caput.
deciſ. 309. part. 2. n. 2.* ac neceſſe eſt, vt conti-
nuo duret eius iuſtificatio, ad hoc vt penſio
ſuſtineatur, *Card. Seraph. deciſ. 951. n. 4. Garc.
de benef. part. 1. cap. 5. n. 440. & ſeqq. Greg. xv.
deciſ. 245. & ibi late annot. plures cumulans.*
iuſtificatio eius præſumitur ex continuata
ſolutionis obſeruantia per lapſum. 30. an-
norum. *Garc. de benef. part. 1. c. 5. n. 478. &
ſeqq. Greg. 15. deciſ. 431. n. 10. & ibi late annot.*
Probatio non exceſſus incumbit ei, cui pen-
ſio fuit reſeruata, quia reſpicit validitatem,
penſionis, *Rot. diuerſ. deciſ. 310. n. 3. & deciſ.
412. ſub n. 2. part. 1. Caſ. deciſ. 2. n. 6. de probat.
arg. §. non ſolum, §. quod autem diximus, & §.
ſeq. Inſtit. de legat. l. verius ff. de prob.* niſi bene-
ficiatus infringere velit penſionem ex eo,
quia excedit medietaté fructuum, cui tunc
incum-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

incumbit onus probandi, *Rot. diverſ. deciſ.*
*310.num.3.part.1. Caput. deciſ. 299 part. 2.*
*l.ab ea parte ff.de probat.l.Titia ff.ſol.matr. cap.*
*bonæ memoriæ el.1.& ibi gl. in verbo per rerum*
*naturam, verſ. item negativa juris de elect.& ibi*
*Can.* quod in reſervatione penſionis expreſ-
ſio valoris non ſit neceſſaria ex diſpoſitione
juris, aut regularum Cancellariæ, *Caput. d.*
*deciſ.299.gloſſ. in Clem.1. in verbo vel alteri de*
16 *præb.& ibi Can.* Laico poteſt † reſervari pen-
ſio, quia conſiſtit in mera temporalitate, *c.*
*poſſeßiones.16.quæſt.1. Franc. in c. quamvis in*
*2.notab.& ibi Archid.& Can.de præb.in 6.Gig.*
*de penſion.quæſt.21.Rip.in c.2.num.68.de jud.*
De ſtylo curiæ nemo inferior à Papa poteſt
eam concedere laico: *Navar. conſ. 34. de*
*præb.ubi tradit cautelam.Pariſ de reſign. lib.4.*
*quæſt.2.num.7.Garc.de benef.part.1.c.15.n.15.*
immo ſummi Pontifices nunquam ſolent
concedere mere laicis penſionis ex poteſta-
te ordinaria, ſed ex plena, & abſoluta pote-
ſtate, ex juſta cauſa, & cum diſpenſatione,
*Navar.conſ.63.num.5.de Simon.Garc.de benef.*
*part.1 c.5.n 16.& ſeqq.* etiam profeſſis, &
habentibus habitum militarem alicuius re-
ligionis, quando illis reſervantur penſiones
ſuper fructibus beneficiorum ſæcularium,
ſeu ſuper beneficiis non ſui ordinis, quo-
rum ſunt in capaces, *Mandoſ. de ſign.gratiæ*
*tit. penſiones, verſ. militibus Hieroſolymitanis*
*Garc. de benef.part.1.c.5.num.139.& ſeqq.*
mere vero laicis cum clauſula, quod habi-
tum militarem teneantur ſuſcipere, & in eo
profeſſionem emittere, *Rot.diverſ.deciſ.298.*
*ſub numer.5. verſ. quod ſatis declarant part.2.*
*Mand.in reg.19.reſervat.quæſt.11.n.1.& 2.c.*
*quamvis §.ideo ſi alicui de præb. in 6.* clerico
17 penſio † reſervatur, *c. quamvis de præb. in 6.*
*c.illud 56.q.16.* interdum in titulum, quan-
do ſuper redditibus unius eccleſiæ auctori-
tate ſuperioris conſtituitur certum benefi-
cium, aſſignando certam penſionem ex
redditibus eccleſiæ pro temporalitate be-
neficii noviter erecti, *c. conquerente, & ibi*
*Pan.in 1.not,& n.5.de cler. non reſid. c. ad au-*
*dientiam el.2.de reſcr.& ibi Can.*

In litteris reſervationis † penſionis men- 18
tio fieri debet de penſionibus præteritis
valide, *Caput deciſ.301.part.2.l.non putavit §.*
*non quævis ff.de bon.poſſ.cont.tab.* impoſitis ſub
pœna nullitatis, quia Papa non intendit ec-
cleſiam duplici gravare onere, *c. mandatum*
*c.literis de reſcr.c.duobus eod.in 6.facit lex titia*
*cum teſtamento §. qui invita ff. de leg.2.l. uxo-*
*rem §.in teſtamento ff.de leg.3.l.navis omiſſa §.*
*cum autem ff ad leg. Rod. de jact. & in terminis*
*noſtris Caſſad. deciſ.1.2.& 3.de penſ. Gig. de*
*penſ.quæſt.29.* perpetuis, & † temporalibus, 19
*Caput.deciſ.311.n.4.& ſeq.& deciſ.312.part.*
*2.Gig.de penſ.quæſt.29.Caſſad.deciſ.3.& deciſ.*
*4.de penſ.* (illud intereſt, quod perpetuæ
ſubducuntur, ſive non comprehenduntur
in valore beneficii in ſupplicatione expreſ-
ſo, *Caput.d.dec.311.part.2.Felin.in c.ad aures*
*ſub num.18.verſ.12.concl.de reſcr.& ibi Can.*
temporales vero non deducuntur) *Put.deciſ.*
*201.lib.3.Belenc.de charit.ſubſid.quæſt.37.* ac
etiam reſervatis † ſub die incerto, puta poſt 20
mortem beneficiati ſolvendis, aut ſub con-
ditione, quæ tempore ſecundæ penſionis e-
veniſſet, aut eſſet purificata, *Mohed. deciſ xj.*
*de loc.arg.l.fin.§.ſin. autem ſub condit.& ibi gl.*
*& DD.C.comm.de leg.& fideic.l.cum teſtamen-*
*to ff. de teſtam. manum.& ibi gloſſ.fin.& DD.*
non quidem in ſpecie, aut de qualitate pen-
ſionum impoſitarum, ſed in genere per clau-
ſulam, *Præſens † & aliæ penſiones medietatem* 21
*fructuum non excedunt: Caput.deciſ.296.par.*
*2.Felin.in c.poſtulaſti num.2.verſ.declara de*
*reſcript.Idem in c.cum venerabilis ſub num.47.*
*verſ.non obſtant.de except.l. qui jure militari ff.*
*de mil.teſt.* nam dictio aliæ poteſt verificari

 inſimi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſimilitudine in ſpecie, & in genere, *l. non*
*ſolum § quæritur, & ibi gl. in verbo creditores,*
*& Doct ff. de procur. Felin. in c. ſedes n. 6. de re-*
*ſcript.* Limita præfata, ut non procedant,
quãdo in prima reſervatione penſionis fuit
facta mentio de præterito onere impoſito,
& demum per penſionarium eadem prima
eſt reſervatio caſſatur, & in eadem ſupplica-
tione, in qua illa extinguitur, eadem ſimilis
penſio alteri aſſignatur abſq; penſionis an-
tiquæ mentione, *Creſc. deciſ. 1. de reb. eccl. non*
*alien. Felin in c. paſtoralis ſub n. 7. verſ. ſcias et-*
*iam quod ſi unus de reſcript. l. lecta, & ibi DD. ff.*
*ſi cert. pet.* ſecus eſt, ſi Eccleſia ſemel à dicta
penſione fuiſſet liberata, & alia ſimlis iterũ
alteri, aſſignetur, ex quo eſt novum grava-
men, requiritur mentio penſionis antiquæ,
*arg. l. 2. & ibi not. per Bald. num. 10. C. de edil.*
*edict. Creſc. d. deciſ. 1. ubi plura ſimilia cumulat,*
*de reb. Eccl. non alien.* Præterea in eiſdem li-
teris reſervationis apponitur decretum,
22 quod penſio † exigi debeat vigore littera-
rum apoſtolicarum deſuper conficienda-
rum, nec antea, alias penſio nulla ſit. *Garc. de*
*benef. part. 4. c. 2. n. 39. & plurib. ſeqq. Greg. 15.*
*deciſ. 440. & ibi annot.*
23 Qui conſenſit † impoſitioni penſionis,
ſolet ad eius ſolutionem ſe obligare ſub pœ-
na privationis beneficii, acceſſus, regreſſus,
qui reſervantur, dato quod non conſtet de
aliquo conſenſu, quia apponuntur in pœ-
nam, & acceſſorie, *Put. deciſ. 258. lib. 1. Pariſ.*
*de reſign. benef. lib. 9. quæſt. 17. num. 130.* ac
24 anathematis, † ſeu cenſurarum, quales ob-
ligationes jure canonico ſunt permiſſæ, *c.*
*ſi quis presbyter, & ibi gl. in verbo conſecratio-*
*nem 2. q. 4. c. quoties 1. & ibi gl. 2. & 3. 1. qu. 7.*
*c. cum dilectus in fin. & ibi gl. in verbo obligavit,*
*& Can. de elect. c. fin. de crim. falſi c. ſignificavit*
*de cenſ. c. quamquam, & ibi gl. fin. 23. diſt.* ex-
cepta pœna interdicti ponendi in provin-
cia, civitate, caſtro, villa, loco, territorio, vel
diſtrictu, quia per id detrahitur honori Dei,
& publicæ utilitati animarum, *Extrav. pro-*
*vida, de ſent. & excom. inter communes, facit c.*
*quæſivit, de his quæ fiunt à maio. part. cap.* Ad
hoc † ut prædictis pœnis locus ſit, requiri- 25
tur factum, & voluntas penſionarii, *Caſſad.*
*deciſ. 4. de loc. & cond. l. 2. ibi ſi Dominus volue-*
*rit C. de jur. emphyt. & ibi DD.* ac de ſtylo cu-
riæ huiuſmodi privatio non committitur,
niſi ad inſtantiam illius, cui debetur penſio,
quia illius tantum, intereſt. *Sarnen. in reg. de*
*ſubrog. quæſt. 7. verſ 2. caſus ſtaphyl. de ſign. litt.*
*juſt. §. verum n. 6. c. non ſolent. 2. quæſt. 6. cum*
*inter el. 2. de elect.* Intimatio litterarum † re- 26
ſervationis penſionis non requiritur, quan-
do agitur ad ſolutionem penſionis, *Caſſad.*
*deciſ. 2. n. 14. de penſ. & deciſ. 12. de reſcr. Caſ.*
*deciſ. 2. num. 21. de ſent. excom. in rub. & nig.*
*C. ut act. ab hær. & cont. hær. incip.* etiamſi aga-
tur contra ſucceſſorem in beneficio ad ſolu-
tionem penſionis per prædeceſſorem im-
poſitæ: *Sarn. in utriuſq; ſignat. compen. in fin.*
ſi agatur † ad incurſum cenſurarum, & pœ- 27
narum, non eſt neceſſaria intimatio literarũ
ei, qui per ſe conſenſit, cum ſit certus, *c. cum*
*qui certus de regul. jur. in 6.* ei qui conſentit
per alium fieri debet intimatio, ex quo cadit
probabilis ignorantia de forma ſupplica-
tionis, & contentorum in ea: *l. quod vulgo*
*ff. pro emptore l. fin. ff. pro ſ. c. excommunic. & ibi*
*gloſſ. mag. in verbo de facto ſuo, & Can. de reſcr.*
*Sarn. in utriuſq; ſign. compend. circa finem Caſ-*
*ſad. deciſ. 2. aſſerens num. 13. ita ſervare pala-*
*tium de penſ.* idem juris eſt, ſi agatur contra
ſucceſſorẽ in beneficio ad cenſuras, vel pœ-
nas, *Sarn. in utriuſq; ſign. comp. in fin.* niſi ali-
unde probaretur ſcientia principalis, *c. tur-*
*batur §. notandũ, & ibi gl. magna in verb. igno-*
*rantia, & Can. 1. quæ. 4.* Intimatio facta prin-
cipali ſine litteris, facit ut poſtea ſufficiat in-
timare

timare litteras procuratori, Achill. deciſ. 5. nu.
10. de Sarn. in compend. utriuſq; ſignaturæ, verſ.
non obſtant. modo deciſiones in fin.
28 Litteræ apoſtolicæ † expeditæ ſuper re-
ſervatione penſionis, earumque narrativa,
ac modus, ſeu conditio, ſub qua penſio fuit
reſervata, ſunt verificandæ, etiam quando
proceditur executive: c. 2. de reſcr. late Caſ-
ſad. deciſ 10. eod. Mobed deciſ 35. de renunc. Rot.
diverſ. deciſ. 221. nu. 4. & 5 part. 2. Rot. Farin.
deciſ. 547. part. 1. & deciſ 519. n 1. & ſeqq. part.
2. non verificata prius narrativa, conditio-
ne, aut modo, ſub quo à principio fuit facta
reſervatio, non poteſt reus ad ſolutionem
29 compelli, nec ſolita † eſt ſignatura appone-
re clauſulam, ſine retardatione ſolutionis
penſionis, eaque appoſita judex ad ulteriora
poteſt procedere in cauſa, etiam non facta
ſolutione, quia ex ventre litterarum reſer-
vationis oritur exceptio: Bart. in l. 1. §. &
parvi ff. quod vi aut clam, & ibi DD. Gig de penſ.
quæſt. 85. n. 10. ubi cumulat caſus, in quibus
denegatur clauſula abſque retardatione Caſſ. d.
d. deciſ. 10. de reſcr. Mobed d. dec. 35. de renunc.
Cæſ. deciſ. 35 n. 13. de re jud. Rot. diverſ. deciſ.
310. part. 1. quinimmo hoc caſu ſignatura
dat commiſſionem, conſtito de bono jure,
Sarnen. in compend. utriuſque ſign. nu. 55. verſ.
confirmatur iſta opinio. quia debitum ſub cō-
ditione non dicitur debitum, §. ſub conditio-
ne Inſt. de verb. oblig. l. legata ſub conditione ff. de
cond. & demonſtr. & modus æquiparatur
conditioni, quando, ſi modus non ſervatur,
ſubjicitur clauſula annullans actum, c. ve-
rum, & ibi Can poſt gl. fin. de cond. appoſ. aut ſi
debitor condemnatus fuerit ad ſolvendum
penſionem, apponit clauſulam, quod cōſti-
to ex eiſdem actis de bono jure eius, qui re-
cuſat ſolvere penſionem, & non jure adver-
ſarii, ipſe auditor procedat ſine illa clauſula,
ſine retardatione, Sarnen. in comp. utriuſque
ſign. n. 56. verſ. confirmatur iſta opinio. in fine.
vel ſi gravior inter partes ſit contentio, mo-
dificat commiſſionem per clauſulam, data
cautione de penſione ſolvenda in forma de-
poſiti, in eventum ſuccumbentiæ, Sar. in
comp. utriuſq; ſign. n. 56. verſ. & per prædictam
doctrinam Bart. &c. Excipe ab hac † regula 30
Primo, quando ex ventre litterarum non
daretur nullitas, ſed reductio penſionis, Put.
deciſ. 32. ſub n. 1. lib. 1. l. ſuæ rei, & l. ſequenti
ff. de contr. empt. l. ſi uno, §. ubicumque ff. locat.
Secundo quando † nullitas in ventre litte- 31
rarum oritur ex probationibus aliunde fa-
ctis, nam penſionarius poterit probare
contrarium, & interim non eſt impedien-
dus in exactione penſionis, cū probatio non
excludat probationem, Ioan. Andr. in c. 1. de
litis conteſt. in 6. Put. deciſ. 32. nu. 2. & 3. Mo-
bed. d. deciſ. 35. Paulo ante finem, & ſic fuit deci-
ſum. Rot. diverſ. dec. 301. n. 3. part. 1. Rota va-
riavit, an nullitas, & injuſtitia † cenſurarum 32
debeat juſtificari ex eiſdem actis, an ex novi-
ter deductis in alia inſtantia, Cæſ. deciſ. 2. n. 2.
& 8. de jud. c. licet & ibi Can. de ſent. excom. in 6.
certum eſt, quod non poſſunt ſuſtineri ex
noviter deductis, quando is qui prætendi-
tur teneri ad penſionem, proteſtatus fuit,
quod non procedatur ad declaratoriam niſi
verificatis verificandis &c. Rota diverſorum
d. deciſ. 221. in fin. part. 2. l. 1. l. actor C. de pro-
bat. l. exceptio prima. & 2. ff. de excep. ſed tunc
poterunt primæ probationes convalidari,
c. 1. & ibi Bald. in princ. de fid. inſtr. auth. ſi quis
in aliquo, & ibi Dec per illum tex. nu. 1. & ſeqq.
& DD. C. de edendo Cæſ. deciſ. 20. n. 21. de pro-
bat. Quia quod ad alterius confirmationem
accedit, eodem tempore factum videtur, l.
ſi donatæ § ſi ſponſus ff. donat. int. vir. & uxo-
rem, & ibi gloſſ fin. l filiæ ſuæ §. fin. & ibi gl. fin.
alleg. concord. ff. de cond. & demonſtr. Quan-
do penſionarius modum adimplevit, † con- 33
ditionem-

ditionemque purificavit, *l. conditionibus l. ſi fundus alicui ff. de cond. & demonſtr. l. cum teſtamento in fin. C. de teſtam. manum.* aut de conſenſu partium Papa ſimpliciter, & pure reſervavit penſionem, tunc non impeditur penſionis præſtatio propter ſupervenientem litem ſuper nullitate, extinctione, vel reductione, aut ſi in ipſis appellatum ſit, ex eo quod litteræ ſint liquidæ, & ex conſenſu partium firmatæ, quouſque contra eas ſit res judicata propter litterarum auctoritatem, & non requiritur quaſi poſſeſſio exi-
34 gendi, & ſolet cauſa † in prima, & ulteriori inſtantia committi per ſignaturam juſtitiæ cum clauſula, conſtito de litteris, reſervationis, procedat abſque retardatione ſolutionis penſionis; *Rot. diverſ. d. deciſ. 301. num. 2. part. 1. ſtaph. de ſign. litt. juſt. § ad prædicta nu. 13. Sarn. in compend. utriuſque ſignat. num. 55. verſ. confirmatur Gig quaſt. 85. de preb. late Greg. 15. deciſ. 57. & ibi annot. diſtinguit tres caſus.* quæ impedit agere tam titularem, quam quemlibet tertium, quandiu non eſt ſoluta penſio per titularem, *Greg. 15. deciſ. 36. num. 3. Iaſ. in rubr. ff. ſol. matr. & ibi DD.* & ſolet aliquando addi clauſula, prout de jure, vel arbitrio Rotæ, *Caſ. deciſ. 7. num. 7. & deciſ. 8. num. 8. de re jud. l. 1. & ibi gloſſ. in verbo neque mora ff. de leg. 1.* per quam ſignatura videtur dediſſe facultatem examinandi validitatem reſervationis penſionis, *Rot. Farin. deciſ. 577. part. 2.* clauſula in commiſſione appoſita, conſtito de litteris reſervationis procedat ſine retardatione ſolutionis
35 penſionis, intelligitur de † ſola exiſtentia litterarum, non autem quod teneatur juſtificare litteras eſſe valide expeditas, *Put. deciſ. 225. l. 1. c. querelam de elect. c. conſultationibus de jurepatr.* excepto quando verſamur in primo ſemeſtri, quia tunc videtur aſtringendus ad verificationem fructuum ex-

preſſorum, *Pariſ. de reſig. lib. 6. quaſt. 2. nu. 65. atteſtans de uſu Rotæ.* Quando penſionarius
† agit contra eum, qui non conſentit pen- 36
ſioni, & non reperitur in quaſi poſſeſſione exigendi, tenetur omnino juſtificare gratiam, antequam agere poſſit ad exactionem penſionis, tam in petitorio, quam poſſeſſorio, *Garc. de benef. part. 1. c. 5. § 4. num. 442. & ſeqq. plures deciſiones Rotæ referens Pariſ. de reſign. lib. 2. quaſt. 2. num. 65.* aut eſt in † qua- 37
ſi poſſeſſione exigendi penſionem, & in ea eſt (etiamſi ex adverſo allegetur extincta per eius profeſſionem,) *Caput deciſ. 317. par. 2. Gig. de penſion. quaſt. 47. num. 7. in fin.* cauſæ cognitione pendente manutenendus, *Pan. in c. inter quatuor num. 4. de maior. & obed. & in c. accepta nu. 6. de reſtit. ſpol.* contra quemcumque ſucceſſorem etiam qui nunquam ſolvit, quia ex mutatione, & variatione perſonarum, contra quas poſſidetur, non variatur poſſeſſio, nec jus actoris, *l. 2. §, ex his ff. de verb. oblig. & ibi poſt glo. DD. Gig. de penſ. quaſt. 47. num. 10. Guid. Pap quaſt. 629. Put. deciſ. 151. lib. 3. Greg. 15. deciſ. 275. in princ. & ibi annot.* Eadem ratione † tranſlatarius pen- 38
ſionis, exiſtens in poſſeſſione percipiendi penſionem, agens poſſeſſorio non habet neceſſe probare habilitates, & narrativam Bullæ reſervationis penſionis in favorem eius, qui conſenſit tranſlationi, ſed ſufficit ei probare tranſlationem, quaſi poſſeſſionem, & oſtendere litteras reſervationis penſionis expeditas, *Mohed. deciſ. 9. de cauſ. poſſ. & propr. Put. deciſ. 239. lib. 1. ang. in l. ſi proponas, § ſi hæreditatem ff. de inoff. teſtam.* quia ante omnia conſtare debet de exiſtentia actus, *Bart. in l. 1. § & parvi num. 3. ff. quod vi, aut clam,* & clauſula, *ſine retardatione &c.* nullum producit effectum, niſi conſtet reſervationem penſionis præceſſiſſe, *Achill. deciſ. 4. de reſcript. Bart. in l. 1. § & parvi nu. 3. ff.*

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

39 quod vi, aut clam. Sed & reſignatarius † ſpo-
liat, ſi poſt conſenſum præſtitum reſervatio-
ni penſionis liberæ, & exemptæ, pendente
lite, & obtenta forſan ex defectu manda-
ti, correctione bullę reſervationis penſionis,
beneficium gravatum reſignet alteri, quia
reſignanti tenebatur reſtituere, & tenetur
ad penſionem, cum ipſe fecerit, quo minus
poſſideret, Mohed. deciſ. 25. de renunciat. l. ſi
navis §. fin. cum l. ſeq. l. qui reſtituere 2. reſp.
cum l. ſeq. ff. de rei vindic. c. pro poſſeſſore de reg.
jur. in 6.

40 Item ſucceſſor † in beneficio ſpoliat, ſi
penſionem integre ab anteceſſore ſolutam
ſolvere recuſat, daturque penſionatio reme-
dium reintegrandæ: Guid. Pap. deciſ. 629. ſup.
quæſt. In penſione diſtinctio eſt inter petito-
rium, & poſſeſſorium, & ſpoliatus perce-
ptione penſionis eam recuperat, nihil pro-
bato de proprietate, c. querelam, verſ. fin. de e-
lect. & ibi Can. per illum tex. Felin. in §. retinen-
dæ num. 14. & 15. de interd. Mohed. deciſ. 22. de
reſt. ſpol. inter omiſſa Capell. Tholoſ. qu. 59. Gig. de
penſ. quæſt. 47. quia non requiritur titulus, e-
juſque probatio in poſſeſſorio; c. in litteris de
reſtit. ſpol. quod penſio in mera temporalita-
te conſiſtat; l. 1. §. eum qui à me vi, & l. Fulci-
nius ff. de vi, & vi arm. c. ſæpe de reſt. ſpol. Pan. in
41 d. c. in litteris num. 10. & ibi Can. in petitorio †
tenetur juſtificare gratiam, etiamſi ſit in
quaſi poſſeſſione exigendi; Marcheſ. de com-
miſſ. part. 1. fol. 614. Greg. 15. deciſ. 57. & ibi an-
not. ſub. num. 16. plures Rotæ deciſ. referens. Pen-
42 ſionarius autem probat † iſtam poſſeſſionem
per antecedentes ſolutiones, Pan. in c. cum
veniſſet ſub num. xj. de reſt. ſpol. Fel. in c. cum Ber-
told. num. 25. de re jud. Dec. in c. bonæ memoriæ
O. num. 48. & ſeqq. de appell. Rip. in l. fin. num.
5. & ſeqq. ff. quorum bon. qui relinq. arb. jud. quæ
ſi factæ ſint per alium, & ſint plurium anno-
rum, præſumitur mandatum; Rot. deciſ. 2. de
Summæ in Decretal.

cauſ. poſſ. & propr. in antiq. Cæſ. deciſ. 6. num. 6.
de probat. Gig. de penſ. quæſt. 48. imo per uni-
cam ſolutionem, eo, quia ſolvitur tale quid,
quod non ſolet dari, ſeu gratioſe concedi, c.
cum eccleſia Sutrina, & ibi gloſſ. trium epiſcopo-
rum Rip. num. 52. & ſeq. & Can. de cauſ. poſſ. &
propr. c. bonæ memoriæ el. 2. & ibi gloſſ. in verb.
de gratia de poſt. præl. arg. c. cum acceſſiſſent de
conſtit. & c. pro illorum de præb. Bart. in l. 1. §.
hoc interdicto ff. de itin. actuque privat. Bald. in l.
2. C. de ſerv. & aq. num. 14. & 20. etiam factam
metu cenſurarum, quando non apparet de
proteſtatione in actu ſolutionis, l. qui in alie-
na §. fin. & ibi DD. ff. de acq. hær. l. de pupillo §.
ſi quis ipſi prætori ff. de nov. oper. nunc. c. cum di-
lectus, & ibi gloſſ in verb. mortis, de iis, quæ vi, me-
tuſque cauſa fin. & in terminis noſtris Rot. diverſ.
196. part. 1. Greg. 15. deciſ. 365. num. 2. & ibi
late annot. ſecus ſi ſolutio eſſet facta virtute
clauſulæ, ſine retardatione ſolutionis pen-
ſionis, nam ille qui paret mandato ſuperio-
ris, non conſtituit adverſarium in poſſeſſio-
ne juris incorporalis; gloſſ. fin. in c. olim el. 3. &
ibi Inn. Pan. & Can. de reſt. ſpol. Put. deciſ. 273.
lib. 2. aut cum proteſtatione, quod fieret me-
tu cenſurarum, etiamſi de cenſuris non ap-
pareret, quia præſumendum eſt, quod ſolu-
tio fuerit facta metu cenſurarum in litteris
contentarum, cumque iſta cauſa ſemper du-
ret, ſemper proteſtatio præſumitur repetita
in ſolutionibus poſtea ſequentibus, c. olim 3.
& ibi gloſſ. in verb. timore & Can. de reſtit. ſpol.
juncto c. quod ex timore, & ibi gloſſ. fin. de reg.
jur. Panorm. in c. cum dilectus num. 6. de his,
quæ vi, metuſque cauſ. fi. & ibi Can. Rom. conſ.
369. num. 10. & ſeqq. ſine diſtinctione, an eſ-
ſent juſtæ furæ cenſuræ, Pan. in d. c. cum dile-
ctus num. in fin. approbatus à Rota Achil. deciſ. xj.
in fin. de penſ.

Reſignans poſt reſignationem † non te- 43
netur ad ſolutionem penſionis, quando

conſtat, quod reſignatarius poſſidet, & fru-
ctus percipit, quia qui fructus percipit, te-
netur ad penſionem, *l. hactenus ff. de uſufr. l.*
*quæro ff. & ibi Bart ff. de uſufr. l. 1. C. de an. & trib.*
*lib.* 10. etiamſi reſignatio ſit invalida, & alte-
ram penſionem reſignans ſibi reſervaverit:
*Mohed. deciſ. 30. de renunc. l. quæro ff. de uſufr.*
*& c. leg. l. 1. C. de ann. & trib. lib. 10. & utrobique*
*DD.* quando non conſtat de acceptatione, &
ratificatione reſignatarii, reſignans penſio-
nem ſolvere tenetur, quia ante ejus ratifica-
tionem, non abdicatur à reſignante jus, aut
poſſeſſio, *l. cum pridem, & ibi Pan. ſub num. xj.*
*verſ. 3. ſolutio de pact. Can. in c. cum inter el. 1.*
*poſt gl. in verb. ex conſenſu de elect. Mohed. deciſ.*
*2. de renunc & deciſ. 14 de locat.*

44 Succeſſor † in beneficio tenetur ad pen-
ſiones præteritas à prædeceſſore non ſolu-
tas, *Gigas in tr. de penſ. quæſt. 29. & 43. Felin. in*
*c. ad audientiam 2. num. 6. & 7. de reſcript.*
quod Rota alias in dubium revocavit, &
noluit unquam reſolvere, ne in dies pete-
rentur à ſucceſſoribus, *Creſc. deciſ. 3. in fin. de*
*ſolut. Achill. deciſ. 3. de penſion. Caſſad. deciſ. 4. de*
*loc.* quia nihil ſucceſſori imputari poteſt,
cum emolumenta, & honores prædeceſſor
habuerit: ad eas tenetur ſucceſſor, quando
conſtat de diligentiis factis à penſionario
contra anteceſſorem pro terminis decurſis,
& non ſolutis, dummodo ei congrua rema-
neat, nempe epiſcopo ducati mille mone-
tæ illarum partium, & parocho centum du-
cati ſimiles *juxta c. 13. ſeſſ. 24. Greg. 15. deciſ.*
*507. ubi plures deciſ. cumulat. Card. Seraph. de-*
*ciſ. 1351. Garc. de benef. part. 1. c. 5. num. 191. &*
*199. & ſeqq.* ac penſionarius præfertur ec-
cleſiæ cathedrali in pontificali, & orna-
mentis, ſive conſecrata, & benedicta ſunt,
ſive non, pro penſionibus decurſis, quia e-
piſcopo vivente non cenſentur donatæ ec-
cleſiæ, & cadunt ſub hypotheca pro debitis
ab eo contractis, *Garc de benef. part. 1. c. 5.*
*num. 204. ubi allegat deciſion. Rot arg. l. ſi fun-*
*dum C. qui pot. eſt in pign. habend. l. quia de-*
*bitore ff. eod.* Ad penſiones † futuras, & 45
poſt fructus perceptos decurſas, tenetur
ſucceſſor illius, qui conſenſit penſioni in ju-
re illius habendo, cui reſervata fuit penſio,
*Achill. deciſ. 9. de penſ. Mohed. deciſ. 35. de præb.*
*inter omiſſ l. Pomponius §. 1. ff. de acq. poſſ. l. dolia*
*§. fin. ff. de cond empt.* nec non ſucceſſor † 46
poſſeſſionis, ſcilicet is qui nunc reperitur in
poſſeſſione beneficii, cujus poſſeſſio de
tempore reſervationis poſſeſſionis, *Achill. de-*
*ciſ. 1. de penſion. l. traditio §. quoties. ff. de acq.*
*rer. dom. l. nemo plus ff. de regul. jur.* vel bo-
num jus penes conſentientem fuiſſe proba-
tur à penſionario, *Achilles deciſ. 9. de penſ. Fe-*
*lin. in c. ad audientiam el. 2 num. 6. de reſcript.*
quia acceptando beneficium penſione gra-
vatum, cenſetur quaſi contraxiſſe cum eo,
cui penſio fuit reſervata, & ſe obligaſſe ad
penſionis ſolutionem, ad quam compel-
litur actione perſonali orta ex illo quaſi
contractu, *Gig. de penſ. quæſt. 51. num. 5. Guid.*
*Pap. quæſt. 576. Caputaq. deciſ. 13. part. 1. & de-*
*ciſ. 302. part. 2.* ac quia penſio eſt onus reale,
*l. hactenus ff. de uſufr. l. quæro ff. de uſufr. leg. l. 1.*
*C. de ann. & trib. lib. 10. l. codicillis §. inſtitutio*
*ff. de legat. 2 Rom. conſ. 388. Gig. de penſ. quæſt.*
*39. num. xj. & quæſt. 43. num. 5.* tenetur capi-
tulum, † quod jure accreſcendi recipit fru- 47
ctus, *GonZal ſuper reg. Cancell. de menſib. & al-*
*ternativis gloſſ. 5. §. 5. num. 44. facit Caput. de-*
*ciſ. 13. part. 1.* Camera Apoſtolica, *Gonzal.*
*ſuper reg. Canc. de menſib. & alternat. gloſſ 5. §.*
*5. num. 52. & ſeqq. Gig. de penſ. quæſt. 65. per tot.*
*Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt. 8. num. 23. & ſeqq.*
Oeconomus regius præterquam in Francia
tempore apertæ regaliæ, *Pariſ. de reſign. lib. 1.*
*quæſt. 8. num. 24. Arnulph. Buſ. de jur. regal. pri-*
*vil. 53.* & eſt in electione penſionarii, an
velit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

velit agere perſonali contra titularem bene-
ficii, an reali contra eum, qui fructus bene-
ficii percipit, & poteſt convenire quem ma-
luerit, Zab. in Clem. 1. ſub xj. quæſt. de cenſ. & ibi
Can. Gig. de penſ quæſt. 39. num. xj. & 43. num.
5. Freder. de ſen. conſ. 81. Rot. Farin. deciſ. 176.
part. 2. niſi ipſe ſucceſſor, aut is, qui fructus
percipit, vellet notorie docere de non jure
conſtituentis penſionem. Nam multis
48 caſibus penſio † eſt ipſo jure nulla, ut reſer-
vata ex cauſa reſignationis promoto ad epi-
ſcopatum ſuper beneficio vacante per hu-
juſmodi promotionem, Rot. diverſ. deciſ. 767.
in fin. part. 1. c. cum in cunctis §. cum vero de e-
lect. & ibi poſt gloſſ. Pan. num. 3. & Can. vel ali-
ter ipſo jure privato beneficio, Garc. de be-
nef. part. xj. c. 3 §. 1. num. 130. uſque ad fin. Pa-
riſ. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 2. num 24. & ſeqq.
aut quando reſignatio eſt nulla propter Si-
moniam, Capell. Thol. quæſt. 39. & in terminis
noſtris Rot. diverſ. deciſ. 191. part. 1. aut pro-
pter aliam cauſam; Pariſ. de reſig. benef. lib. 6.
quæſt. 2. num. 76. & ſeqq. ut quando ſecunda
penſio impoſita eo, etiam motu proprio Pa-
pæ, non facta mentione de prima, Caſſad. de-
ciſ. 3. de penſ. Caput. deciſ. 312. par. 2. c. manda-
tum de reſcr. c. duobus in fin. eod. tit. in 6. re-
ſervata clerico infanti abſque diſpenſatio-
ne, Caput deciſ. 1318. part. 2. in c. quod ſuper his
num. 3. de fid. inſtr. §. pupillus verſ. nam infans
Inſt. de inut. ſtipul. tanquam clerico, qui pro-
batur laicus, Gig. de penſ. qu. 22. vel inhabili
abſque diſpenſatione; Pariſ. de reſig. benef. lib.
6. q. 2. num. 82. & ſeqq. impoſita ſuper provi-
ſione facta Titio, ſi Titius nunquam poſſe-
dit beneficium, ſed quidam alius; Achill. de-
ciſ. 1. de penſ. arg. c. cum in illis §. fin. & c. fin. de
præb. in 6. reſervata ſuper beneficio vacante
per obitum Titii, ſi id per obitum Titii non
vacavit; Cæſ. deciſ. 12. de præb. c. ſub cœptum de
reſcr. in 6. vel ſi ſit reſervata ex falſa cauſa; Ca-
put. deciſ 298. part. 2. Felin. remiſſive in c. quod
ſuper his num. 4. & ſeqq. de fid. inſtr. Bart. in l.
demonſtratio §. 1. num. 19. ff. de cond. & de-
monſtr. c ſuper litteris, verſ. ſi vero per hujuſmodi
de reſcr. Bald. in l. 1. num. 2. C. de colluſ. deteg.
quando non eſt ſervata forma mandati; Pa-
riſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 3. numer. 78. &
ſeqq. Mandoſ. de ſign. grat. tit. penſiones, verſ. in
mandato, attamen valida eſt penſio, quando
mandatum datum eſt ad reſignandum in e-
ventum, quod reſignatarius conſentiat
penſioni ſolvendæ litteris non expeditis, ac-
cedente Papæ beneplacito, & Papa dele-
verit illa verba ſupplicationis, litteris non
expeditis, quia renuncians voluit, quod ita
demum apponatur hoc decretum, ſi volue-
rit Papa; Cæſ. deciſ. 10. & 11. de præb. arg. l. pe-
cuniam, & ibi not. per Iaſ. Paul. de Caſtr. ff. ſi
cert. pet. & aliis ſimilibus caſibus, in quibus
penſio ab initio eſt nulla, quos longum eſſet
enarrare.

Reſervatio † omnium fructuum reſi- 59
gnanti valida eſt, non facta mentione pen-
ſionis antiquæ antea impoſitæ, qua ſolutæ
reliqui fructus, qui ſuperſunt, reſervatario,
debentur, Mandoſ. de ſign. grat. tit. fructuum
reſervationes verſ. clauſula exprimens penſio-
nem, & verſ. ſeq. & ſi adjiciatur clauſula, quod
† propria auctoritate reſignans fructus per- 50
cipiat, perinde ac ſi non reſignaſſet, nõ amit-
tit poſſeſſionem, imo illam continuat, Put.
deciſ 9. de cauſſ. poſſ. & propr. Mand. de grat. tit.
fructuum reſervationes verſ. reſignanti, ſeu
cedenti, quia perceptio fructuum in poſſeſ-
ſione conſiſtit: l. qui ſcit §. in alieno ff. de uſur.
l. 1. § ex cootrario ff. de acq. poſſ. & ibi not. Pariſ.
conſ. 39 vol. 4 proprietas † autem, & titulus, 51
ſi verius præbendæ, ſive beneficii tranſit in
reſignatarium, quia in beneficiis eccleſiæ
duo ſunt, ſcilicet ipſum jus præbendarum,
ſeu beneficiorum, & fructus ipſorum: c.

ſi gratioſe juncta gloſſ. in verb. beneficia c. ſi pro-
pter juncta gloſſ. in verb. ſi fructus de reſcr. in 6. c.
ſi tibi conceſſo cum gloſſ. 1. de præb. in 6. Archid. in
c. ſi quis objecerit num. 3. 1. q. 3. Zab. in clem.
52 fin. in 15. quæſt. de præb. idem juris eſt, quan-
do reſignanti reſervantur titulus, denomi-
natio, adminiſtratio, poſſeſſio una cum fru-
ctibus, quia iſta reſervatio ea reſpicit, quæ
concernunt temporalitatem beneficii, non
autem jus proprietatis, quod tranſit in reſi-
gnatarium, & per obitum eius vacat, & u-
terque poſſidet diverſis reſpectibus; Rot. di-
verſ. deciſ. 597. part. 1. Caſ. deciſ. 5. de cauſ. poſſ. &
propr. Bero. conſ. 8. num. 4. vol. 1. c. licet cauſam,
& ibi poſt gl. in verb. uti poſſidetis, Can. de prob.
Bart. in l. ſi duo num. 4. ff. uti poſſid. quod ſi fa-
53 cta fuerit reſervatio † penſionis, vel fru-
ctuum alicui quoad vixerit, prout maluerit,
datur ei electio, l. qui duos ff. de leg. 1. & ibi
Bald. num. 1. Alex. num. 4. Felin. in c. inter cæte-
ras ſub num. 4. verſ. fallit 4. de reſcript. Greg. XV.
dec. 431. pro prima vice; & ſi per aliquod
tempus percipit penſionem, non licebit ei
variare poſtea, & petere fructus; quia regu-
lariter electio eſt debitoris; c. in alternativis
de reg. jur. in 6. l. in eo §. ubi ff. de reg. jur. l. ple-
rumque in fin. ff. de jur. dot. c. unico de plus peti-
tionib. ideoque electio creditori conceſſa
tanquam odioſa reſtringenda eſt ad pri-
mam vicem; l. boves §. hoc ſermone, & ibi not.
ff. de verb. ſign. Achil. in terminis deciſ. 13. & 14.
54 de præben. medietate fructuum † reſervata
loco penſionis fit ſolutio habito reſpectu,
non ad valorem expreſſum, ſed ad maſſam
groſſam, Rot. diverſ. deciſ. 764. part. 3. lib. 3. arg.
l. qui ſcit de uſur.
55 Penſio eſt † odioſa, quia eſt ſervitus, &
onus reale, Gig. de penſ. qu. 96. Rot. diverſ. de-
ciſ. 240. & 454. par. 1. quaſi poſſeſſio exi-
gendi penſionem ſuper fructibus beneficii
non eſt præter jus, ut ſentit Guid. Pap. deciſ.
629. in fi. ſed eſt contra jus, † & non rele- 56
vat ab onere probandi, Caſ. deciſ. 10. num. 2.
de re jud. atteſtans ita deciſum à Rot. ut in rubr.
& nigr. huius ſit, c. maioribus c. cum cauſam de
præb. Caccial. in tract. de penſ. q. 8. & Gig. q. 8. &
96. Rota materiam penſionis, quando † re- 57
ſervantur omnes fructus, aut certa quota
propria auctoritate percipienda, ſolet paſ-
ſim eiſdem metiri regulis, quibus regulatur
uſusfructus, Rod. diverſ. deciſ. 401. num. 4. par.
1. Achill. deciſ. 3. in fin. de renunc. per l. ſi quis ita,
& ibi gloſſ. Bald. & DD. ff. de uſufr. Covar. var.
reſol. lib. 1. c. 15. numer. 13. late Garc. de benef.
par. 2. c. 1. num. 105. & plur. ſeqq. Penſio re-
ſervatas in certa ſumma non æquiparatur
uſufructui, Achill. d. deciſ. 3. de renunc. gloſſ. in
in l. ſi quis ita ff. de uſufr. neque etiam conſti-
tuta in fructibus, aut certa quota fructuum
recipienda de manu beneficiati, l. defuncto
§. Sempronio ff. de uſufr. l. Caius. ſecus ff. de ann.
leg. & ibi poſt gloſſ. Doct. quod beneficiatus ſit
Dominus fructuum, uſufructuarius vero
non de manu alterius ſingulis annis, ſed ipſe-
met percipit fructus, ac ſuos facit, §. is vero
Inſtit. de rer. diviſ. l. patrimonii, & l. fundi Tre-
batiani ff. de uſufruct. & c. leg. & ibi gl. fin. alleg.
concord. l. 7. ff. de uſufr. l. ſi quis ita, & ibi gl. &
DD. ff. eod. Pariſ. conſ. 55. numer. 345. 46. &
ſeqq. vol. 3. propter conſenſum æquiparan-
tur † contractui; Gig. de penſ. q. 99. num. 10. 58
Achil. deciſ. 13. num. 8. de penſ. ſucceſſor quo-
que † acceptans beneficium, videtur quaſi 59
contrahere, & obligare ſe ad onera poſita in
beneficio, l. ex maleficiis §. 1. verſ. ſed utilitatis
cauſa ff. de act. & oblig. daturque ei cui pen-
ſio debetur, actio perſonalis, & hypotheca-
ria; Caput. deciſ. 302. par. 2. Gig. de penſion. q.
51. Felin. in c. ad audientiam el. 2. num. 6. de re-
ſcript. Rom. conſ. 388. motu † proprio con- 60
ceſſa penſio æquiparatur ultimis voluntati-
bus; Rom. d. conſ. 388. De penſione reſer-
vata

vata extero ſuper beneficiis conſiſtentibus
in Regnis Hiſpaniarum propter pragmati-
cas in perſona Hiſpani, vide Rotam diſtin-
guentem tres caſus, *dec. 399. cum 2. ſeqq. par-
te 1. diverſor.*
61 Ceſſatio, † & extinctio penſionis eſt fa-
vorabilis, quia reſtituit beneficium ad pri-
ſtinam libertatem, *Gig. de penſ. q. 99. num. 4.*
Poteſt fieri ſine ſuperioris auctoritate in
manibus cuiuſcumque: c. *Agatho, & ibi Præ-
poſ. num. 3. & Can. 63. diſt. Achill. deciſ. 7. de de-
cim. Gig. de penſion q. 45. Rot. diverſ. deciſ. 454.*
62 *num. 7. par. 1.* De Stylo Curiæ † fit auctori-
tate ſummi Pontificis anticipatis ſolutioni-
bus penſionum quinque, ſex, aut ſeptem
annorum, aut plurium, vel pauciorum, at-
tenta penſionarii ætate, & valetudine, *l. cum
ii §. vult igitur verſ. modus ff. de tranſact. Gig. de
penſion. q. 87. poſt nu.* 6. ſuper tota penſione,
vel etiam parte eius, *l. quæ de tota ff. de rei ven-*
63 *dic. l. qui ſcit 1. reſp. ff. de uſur.* Si reſignatio †
facta fuerit, reſervata ſibi valida penſione,
quæ fuerit nulliter reſervata, & à reſignante
extincta, non convalidatur reſignatio, quia
jus remanſit in reſignante, quod ab ipſo ab-
dicari non potuit ſine facto Papæ, c. *cum o-
lim, & ibi Pan. numer. 19. & Can. de re jud. c.
admonet c. in dubiis de renunc. Achill. deciſ. 12. de
penſion.* Tertio extinguitur per contractum
matrimonii, etiamſi non ſit in titulum data,
quia datur ratione clericatus, *Put. deciſ. 449.
lib. 2. Gig. de penſ. 54. Caccial. de penſ. quæ. 30.
Greg. 15. deciſ. 18 nu. 1. & ibi late add.* Quar-
to quando penſionario providetur de be-
neficio, ſuper quo ſibi fuit reſervata penſio,
*Gig. de penſ. q. 49. qui videatur Put. deciſ. 432.
lib. 2. Sarn. de infir. reſig. q. 16. Caccial. de penſ.
qu. 2. Gig. de penſion. q. 1. num. 5.* Quinto per
promotionem ad cathedralem eccleſiam,
*di ctum eſt ſupra tit. de præb.* Sexto per ingreſ-
ſum, & profeſſionem religionis, quando
ſuper eius extinctione fuit judicatum, quia
monachus poteſt retinere penſionem ex di-
ſpenſatione Papæ, *Gig. de penſion. quæſt. 57.
Caput. deciſ. 233. & deciſ. 317. part. 2.* Se-
ptimo per non inceſſum in habitu clerica-
li ex conſtitutione Xyſti quinti, de habi-
tu, & tonſura &c. qui concludenter probari
debet, quia eſt materia objectiva inferens
ad privationem penſionis, c. *ſuper his, c. ac-
cedens de accuſ. Rot. deciſ. 8. & 9. de except. in
nov. Greg. 15. deciſ. 20. nu.* 3. Facultas tranſ-
ferendi † penſionem eſt odioſiſſima, quia 64
operatur, perpetuitatem penſionis, & pro-
rogat ſervitutem beneficii; *Caput. deciſ. 303.
num. 10. & ſeqq. part. 2. Put. deciſ. 512. num. 1.
lib. 2. Rot. diverſ. deciſ. 400. num. 12. & deciſ.
454. num. 7. par. 1. Sarn. in reg. de inf. reſig. q. 16.*
fit translatio juxta formam facultatis † da- 65
tam à ſummo Pontifice, coram aliquo in di-
gnitate eccleſiaſtica conſtituto per viam a-
ctus inter vivos, vel ultimæ voluntatis, *Pariſ.
conſ. 46. vol. 4.* litteris expeditis, & executori
præſentatis; c. *cum in jure de off. deleg. c. quis-
quis 4. qu. 5. Rom. conſ. 353. numer. 8. & 10.
Creſc. deciſ. 13. de conceſſ. præb. Rot. deciſ. 19.
eod. in nov.* aut vigore proceſſus fulminati,
in quo inſertæ erant litteræ poteſtatis, dum-
modo poſtea conſtet de originalibus litte-
ris: *Achill. deciſ. 2. de off. deleg. & deciſ. 7. de
penſ. glo. in c. ſi Romanorum in verb. deſunt 19.
diſt. Iaſ. in auth ſi quis in aliquo ſub num. 9. in
2. addit. C. de eden.* clauſula etiam in mortis
articulo omiſſa in facultate transferendi,
habetur pro appoſita, *Put. deciſ. 133. lib. 1.
atteſtatur de Stylo Sarn. in d. reg. de infir. reſig.
q. 16. in fin.* Secundo fit coram † ſummo 66
Pontifice per viam ſupplicationis, in qua
petitur, quod penſionem cum hac facultate
transferendi, vel ſine ea, conceſſam, caſſet,
ad effectum, ut ſimilis penſio in favorem al-
terius reſervetur cum clauſulis, & decretis

in prima penſione contentis, *Ferrett. conſ. 53. num. 10. Gig. depenſ. q. 88. num.* 8. Clauſu-
67 la transferendi † poſita in prima reſervatione penſionis per quaſcumque clauſulas generales in ſecunda reſervatione non cenſetur repetita, niſi de ea fiat expreſſa mentio, *Put. deciſ. 332. & deciſ. 412. ſub num. 1. lib. 2. Caput. deciſ. 303. & 304. & 319. par. 2. Franc. poſt gloſſ. in c. qui ad agendum §. ſed ſi aliquis de procurat. num. 2. & ibi Can. l. idem Iulianus §. conſtat ff. de leg. 1.* Porro caſſationes penſio-
68 nis, † ut quid aliud reſervetur, regulantur eiſdem regulis, quibus regulantur reſignationes beneficiorum cum reſervatione, & non abdicatur jus à transferente, niſi irrevocabiliter acquiratur translatario, *Rot. diverſ. deciſ. 471. n. 5. & 6. part. 1. Mohedan. deciſ. 2. de locat. & conduct. Panorm. in c. cum pridem, n. 11. de pactis. Felin. in c. ad audient. el. 2. n. 3. de reſcriptis.*

## *De rebus Eccleſiæ alienandis vel non.*

## Titulus XIII.

### SVMMARIA.

1 *Alienatio bonorum temporalium Eccleſiæ permiſſa eſt duobus copulative concurrentibus, juſta cauſa alienandi ac ſolemnitate ſive forma requiſita.*

2 *Facta ſine cauſa & ſolemnitatibus eſt ipſo jure nulla, ſi Eccleſia velit, &.*

3 *Res alienatas repetunt Prælatus male alienans abſque metu perjurii.*

4 *Succeſſor & quæcunque perſona Eccleſiaſtica.*

5 *Alienationis nomine quænam comprehendantur.*

6 *Alienatio rerum Eccleſiæ fit ex cauſa neceſſitatis vel utilitatis, quando alienatio fit ex cauſa neceßitatis tunc illi ſtatur qualemcunque exitum habuerit.*

7 *Quando alienatio fit ex cauſa utilitatis tunc non ſufficit eam utiliter captam ſed requiritur quod utilitas ſit evidens.*

8 *Et neceſſaria eſt inquiſitio quam rem magis expediat alienare.*

9 *Contractum non cedere in evidentem utilitatem Eccleſiæ quomodo probetur.*

10 *In dubio contractus initus à Prælato ſuper rebus Eccleſiæ non valet.*

11 *Princeps ex cauſa rationabili poteſt rem Eccleſiæ immobilem permutatione acquirere.*

12 *Rector Eccleſiæ poteſt permutare cum Eccleſia de conſenſu capituli data æqualitate ipſius rei.*

13 *Alienatio facta ex cauſa nō præmiſſa etiamſi interveniret ſolemnitas requiſita eſt ipſo jure nulla ſi velit Eccleſia.*

14 *Solemnitas ſive forma conſiſtit in infraſcriptis, primo requiritur tractatus.*

15 *Secundo in alienatione rerum Eccleſiæ cathedralis conſenſus capituli collegiatæ conſenſus capituli & Prælati, monaſterii conſenſus abbatis & conventus, parochialis vel alterius eccleſiæ conſenſus rectoris.*

16 *Tertio auctoritas ſive conſenſus ſuperioris & per extravag. ambitioſæ auctoritas Summi Pontificis qui diverſimode interponitur de ſtylo curiæ.*

17 *Quarto, ſubſcriptio canonicorum. Quinto, quod Prælatus non habeat fidem de pretio.*

18 *Emptor non tenetur jurare quod pretium convertatur in utilitatem eccleſiæ, niſi in tribus caſibus.*

19 *Alienatio facta ex cauſa neceßitatis vel evidentis utilitatis ſolemnitatibus nō ſervatis eſt ipſo jure nulla.*

20 *Quæ regula limitatur duobus modis.*

21 In

21 *In Alienatione immobilium & mobiliũ preciosorũ regulariter requiritur altera præfatarum cauſa ac ſolemnitas præſcripta.*

22 *Excipe ab hac regula mobilia quæ ſervando ſervari non poſſunt quæ ſolus Prælatus alienat.*

23 *Secundo, ſolus Prælatus, abſque conſenſu capituli, ac abbates conventuales ac priores conventuales ad nutum ſuperioris amovibiles cum conſenſu conventus renovant in feudum vel emphiteuſim res ſolitas concedi in feudum vel emphiteuſim ſimpliciter.*

24 *Quod res ſit ſolita infeudari quomodo probetur.*

25 *Renovatio debet fieri non pro eodem canone, ſed in evidentem tunc Eccleſiæ utilitaem.*

26 *Tertio, fallit quando immobile relinquitur mendicantibus ut illud vendat.*

27 *Quarto, ponuntur aliæ ſex fallentiæ ſubſequenter ad dictam regulam.*

28 *Alienationis contractus ſi eſt celebratus ex cauſa permiſſa & cum debita ſolemnitate ſed eccleſia læſa eſt in pratii quantitate mero jure tenet contractus datur eccleſiæ reſtitutio in integrum.*

29 *In alienatione rerum Eccleſiæ abſentes canonici non ſunt citandi.*

30 *Clerici alienantis rem Eccleſiæ abſque cauſa permiſſa vel abſque ſolemnitate requiſita pœna ſunt tres hic recenſitæ.*

31 *Clericus fabricator aut conſentiens uſurpationi jurisdictionis bonorũ ac quarumcunq; obventionum eccleſiæ vel beneficii aliorumve piorum laicorum qua pœna puniatur ex decretis Concilii Tridentini.*

32 *Ementis rem Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus pœna.*

33 *Vſurpantis alicuius Eccleſiæ vel cuiusvis beneficii aliorumve piorum locorum jurisdictiones, bona, obventiones, pœnæ, ex decretis Concilii Tridentini.*

34 *Eccleſia alienationem nulliter factam poteſt per adhibitionem requiſitarum ſolemnitatum ratiſicare.*

CLERICIS alienatio bonorum temporalium, quæ profana cenſentur, *Fab. in §. nullius n. 4. & §. ſeq. in princ. inſt. de rer. diviſ. c. adhac, & ibi Hoſt. in fin. de relig. domibus.*
ſuorum beneficiorum regulariter eſt interdicta, permiſſa † autem eſt etiam bonorum 1
ex quibus aliquis fructus percipitur, *c. ad aures hoc tit. Rot. diverſ. deciſ. 664. in princ. part. 1.* duobus copulative concurrentibus, juſta cauſa alienandi ac ſolemnitate ſive forma requiſita, *c. ſine except. 12. quæſt. 2. & ibi Can. c. 2. in princ. ibi. alienando in forma, & caſibus à jure permiſſis hoc tit. in 6. & ibi Can. Clem. 1. ibi, niſi neceſſitas &c. hoc tit. gloſſ. in ſumma 12. quæſt. 2.* tam in extraneos quam conſanguineos, quando Eccleſia per hos non læditur, *Archid. in c. Epiſcopus n. 4. 10. qu. 2 Card in Clem. 1. §. Abbates ante nu. 2. de exceſſ. præl. & Can. late Rot. diverſ. deciſ. 18. nu. 6.*
*part. 2. quæ plures cumulat.* Facta ſine † cau- 2
ſa & ſine ſolemnitatibus, eſt ipſo jure nulla, ſi placet Eccleſiæ, & defectus eorum non poteſt ab alio allegari, quam ab Eccleſia cuius favore alienatio eſt nulla, *Inſtit. de auct. tut. in fin. princ. & ibi gloſſ. & DD. Imol. in c. ſi quis presbyterorum n. 21. hoc tit. Pan. in c. diverſis nu. 6. de cler. coniug. & ibi Can. Creſc. deciſ. 1. de loc. & cond. Rot. diverſ. deciſ. 133. num. 12. part. 25.* aliud obtinet in rebus ſoli pupillaribus, ac minorum, quæ à Tutoribus & curatoribus ita demum ex decreto Prætoris, quod poteſt præcedere ac etiam ſubſequi alienationem, *l. ſi pupillorum § ſi prætor ff. de reb. eor. qui ſub tut. &c. Corſ. ſing. 88. in verb. decretum Franc. in c. 1. ſub num. xj. in fin. hoc*

*tit. in*

*tit. in 6. & ibi Can.* diſtrahi poſſunt, ſi æs alie-
num immineat, proinde ſi Prætor permiſe-
rit, ære alieno non allegato nulla eſt vendi-
tio & nullum decretum, *l. magis puto §. ne
tamen verſ. ſi æs alienum ff. de reb. eor. qui ſub
tutela l. etſi præſes C. de præd. & aliis reb. min.
&c.* ſi vero alienatæ fuerint à pupillo ſine
Tutoris auctoritate, claudicat contractus,
*Inſtit. de auct. Tut. in fin. princ. l. Iulianus §. ſi
quis à pupillo ff. de action. empt. l. ſi id quod pure.*
3 *ff. de reſcind. vend.* Rem alienatam † repe-
tunt Prælatus male alienãs, *c. ſi quis presbyte-
rorum hoc tit. & ibi gloſſ. fin. & Pan.* abſque
metu periurii, & non impetrata prius abſo-
lutione a juramento, quod forſan præſtitit
contractus confirmativum, *late Berous conſ.*
4 *92. vol. 1.* eiuſque † ſucceſſor, *c. 2. de precar.
& ibi gl. in verb. pœna, & Can. c. quod quis 35.
quæſt. 9.* & quæcumque Eccleſiaſtica perſo-
na, *d. c. ſi quis presbyterorum in fin.* per in rem
actionem à poſſeſſore, *c. apoſtolicos 12. quæſt.
2. l. 3. & l fin. C. ſi tut. vel curat. interven. gl. fin.
in d. c. ſi quis presbyterorum, & ibi Can.* Alie-
5 nationis † nomine venit omnis contractus,
per quem dominium transfertur, *l. 1. C. de
fund. dot.* etiam utile, *c. nulli, & ibi Pan. n. 4.
hoc tit. auth. de non alien. aut permut. §. nos igi-
tur verſ. alienationis autem. Rot. diverſ. deciſ.
146. ſub num. 2. & 3. part. 1. reprobata gloſſ. in
verb. eccleſiam in Clem. fin. §. fin. hoc tit.* uſus-
fructus datio ſervitutum impoſitio, pigno-
ris nexus, *l. fin. C. de reb. eccl. non alien.* hic lar-
gius accipitur, ut comprehendat hypothe-
cam ſpecialem, *d. c. nulli ibi neque ſpecialis hy-
potheca*, non generalem, quia pro obſervan-
tia contractus, Prælatus poteſt obligare res
Eccleſiæ ſine ullis ſolemnitatibus, *Pan. in d.
c. nulli num. 3. & ibi Anchar. num. 2. & Canon.*
ſubmiſſionem eccleſiarum, bonorum im-
mobilium ſeu Iurium ipſarum laicis, ipſos
ſuperiores, patronos vel Advocatos reco-
gnoſcendo perpetuo, aut ad tempus non
modicum; quæ præter capituli & prælati
conſenſum ſpecialem, requirit ſedis Apo-
ſtolicæ licentiam, *c. fin. hoc tit. in 6.* contra
regulam, quod inferiores poſſunt ſe defen-
ſionis cauſa potentioribus ſubmittere & per
illam ſalvam exiſtere juriſdictionem ordi-
narii; *c. recepimus c. ex parte el. 2. de privil. la-
te Gail. obſer. 54. lib. 2.* item locationem ad
vitam religioſi monaſterio, prioratui, eccle-
ſiæ, ſeu adminiſtrationi cuivis regulari præ-
ſidentis; ſeu aliud certum tempus; *Clem. 1.
hoc tit.* atque ex diſpoſitione *Extravag. Am-
bitioſæ de reb. eccleſ. alien. vel non*, inter com-
munes (quam non ſufficit allegare, ſed ne-
ceſſarium eſt probare, quod ſit in communi
obſervantia, & recepta moribus utentium,
*Bald. in l. rem non novam numer. 7. C. de judic.
Mohed. deciſ. 1. de conſtit. & deciſ. 8. de loc. &
cond. Creſc. deciſ. 3. de jurejur. Rodoa. de reb. eccl.
non alien. rubr. 28. caſ. 7. nu. 2. & caſ. 8. n. 21.*)
omne pactum per quod dominium trans-
fertur, & locationem, ac conductionem ul-
tra triennium factam à quacumque perſo-
na eccleſiaſtica, continet; necnon ex decre-
tis Concilii Tridentini quamlibet fabrican-
tibus, ſeu conſentientibus rectoribus, ſeu
beneficiatis uſurpationem juriſdictionis,
bonorum, fructuum, & quarumcumque
obventionum cuiuſvis ſæcularis, vel regula-
ris beneficii, aliorumque piorum locorum
complectitur, *c. fin. § fin. ſeſſ. 22.*

Alienatio rerum † eccleſiæ fit ex cauſa 6
neceſſitatis vel utilitatis; *Clem. 1. ibi, niſi ne-
ceſſitas, aut utilitas & c. hoc tit. c. 1. in fin. eod.
in 6. c. ſicut eccleſia verſ. fin. 12. q. 2. gl. in ſum-
ma 12. q. 2. Butr. in c. 1. ſub numer. 19. verſ. opi-
niones ſunt de in integr. reſt.* quando alienatio
fit ex cauſa neceſſitatis, *c. hoc ius 10. qu. 2.*
tunc illi ſtatur qualemcumque exitum ha-
buerit, dummodo ſit utiliter cœpta, *Archid.
in c.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*inc.ſine except.num.* 5. *& ibi Gemin.verſ.gl.pen.*
12.*quæſt.*2.*per l ſed an ultro* §. 1.*ff.de neg.geſt.l.*
*in pupillo ff.de ſolut.Boich.in c.tua num.* 6. *&* 7.
*de his,quæ fi.à præl.ſine conſ.c.& ibi Inn.& Can.*
*Gul.Rodoard. de reb.eccl. non alien. rubr.*18. *de*
*cauſ.prop. quas fiunt rerum eccl. alienatione, &*
*de cauſis neceßitatis.* Quando alienatio fit ex
cauſa utilitatis, tunc non ſufficit eam utiliter
cœptam, ſed requiritur quod utilitas ſit e-
videns, & eccleſiam effici locupletiorem, *l.*
*ſi pupilli, & ibi gloſſ. in verb. locupletior, & DD.*
*ff. de neg. geſt. Can. poſt gloſſ. in c. niſi cum pridem*
*in verb. effectus de renunc. Rot. diverſ. deciſ.* 605.
*& dec.* 178 *part.*2 & conſiderandum eſt præ-
ſens, & præjudicium quod evenire poteſt;
nam an evidens ſit eccleſiæ utilitas inſpici-
tur tempus litis conteſtatæ; *l. litis de neg. geſt.*
*& ibi gloſſ. & DD. l. in pupillo ff. de ſolut.* præ-
7 terea quando † fit alienatio ex cauſa utilita-
8 tis neceſſaria eſt † inquiſitio, quam rem ma-
gis expediat alienare, quia hoc eſt inquirere
de ipſa cauſa principali alienationis, *c. ut ſu-*
*per* §. *poſſeßiones hoc tit.* daturque facultas
confirmandi alienationem conditionaliter,
ſi in evidentem &c. *l. ſi Titio ff. quando dies*
*legat. l.* 1. *& ibi gloſſ.* 1. *& Bart. & DD. ff. de*
*cond. & demonſtr. Rot. diverſ. deciſ.* 108. *num.*
2. *part.* 1. non ſic videtur, quando alienatio
fit ex cauſa neceſſitatis, quia ſufficit neceſſi-
tatem ſubeſſe, *Rot. diverſ. deciſ.* 178. *num.* 9.
*part.* 2. *Fred. de ſen. conſ.* 249. *num.*2. Contra-
9 ctum † non cedere in evidentem utilitatem
eccleſiæ, deducitur ex pretio, valore bono-
rum fructibus, *c. hoc jus in fin. princ. verſ. ſit ta-*
*men ea res* 10. *quæſt.* 2. *Rot. diverſ. deciſ.* 651. *par.*
1. *& deciſ.* 650. *part.* 2, ac veriſimilitudinibus
ac conjecturis, ac ex unica conjectura ur-
genti, *Rot. diverſ. deciſ.* 720 *par.* 1. *& deciſ.* 244.
*num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *l. quia autem* §. *non ſimpli-*
*citer verſ. certe ſi ff. ſi quis om. cauſ. teſt. & c. auth.*
*quibuſcumque modis C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart.*
*& DD. Alc. de præſumpt, reg.* 1 *præſumpt.* 29. In
dubio † contractus initur à Prælato ſuper 10
rebus eccleſiæ non valet, *Rot. diverſ. deciſ.* 65.
*nu.* 19. *part.* 2. *per l. cum ij* §. *ſi prætor ff. de tranſ-*
*act.* præcipue quando alienatio facta eſt in
conſanguineos, *auth. quibuſcumq. C. de ſacroſ.*
*eccl. & ibi Doct.* quia ex officio quod admini-
ſtrat, non licet ei emere per ſe vel per alium,
*l. non licet, l. qui officij ff. de contrah. empt.* & ob
carnis vinculum contra eam præſumitur.
Dictiſque cauſis gloſſ. *in ſumma* 12. *quæſt.* 2.
addit duas alias, cauſam pietatis pro redem-
ptione captivorum, & alimonia pauperum,
*c. aurum* 12. *quæſt.* 2. §. *ſacræ inſtitutiones de rer.*
*diviſ.* & cauſam incommoditatis vel minoris
utilitatis, *c. ſi quis c. terrulas, c. ſi quis* 12. *quæſt.*
2. *& utrobique notata c. ut ſuper* §. *fin. hoc tit.*
quæ ad duas priores reduci poſſunt, limita
dictam regulam in Principe † qui ex cauſa 11
rationabili poteſt rem eccleſiæ immobilem
permutatione acquirere, data re meliori vel
æquali, ceſſante neceſſitate vel utilitate ec-
cleſiæ, ſatis enim eſt, quod non deteriore-
tur, *c.* 1. *de rer. permut. & ibi Panor. & Can.*
quod ſi Prælatus non vult conſentire huic
permutationi, poteſt compelli per ſuperio-
rem, *arg. c. nullus de jure patr.* Limita ſecun-
do, in quolibet Rectore cujuslibet † eccle- 12
ſiæ, ut poſſit permutare cum eccleſia, de
conſenſu capituli data æqualitate ipſius rei,
*c. injuſtum* §. *fin. cum duob. cc. ſeqq.* 12. *quæſt.* 2.
*Pan. in d. c.* 1. *num.* 3. *de rer. permut.* Alienatio
facta † ex cauſa non permiſſa quia non ſub- 13
eſt neceſſitas vel utilitas eccleſiæ, etiamſi in-
terveniret ſolemnitas requiſita, eſt ipſo jure
nulla, *c.* 1. *Archid. c.* 2. *hoc tit. in* 6. *Butr. in c.* 1.
*ſub n.* 19. *Pan. in c.* 17. *Imol. n.* 1. *&* 16. *de in in-*
*teg. reſtit.* ſi velit eccleſia, *ex ſupra alleg. in prin.*

Solemnitas ſive forma conſiſtit in infra-
ſcriptis, Primo requiritur tractatus, an ex- 14
pediat, vel non, & ſufficit unus diligens, *c. ſi-*

*ne exceptione 12.q.2.c.1.verſ. quia etiam tracta-
tus h.t.in 6.* de quo debet fieri ſcriptura ſe-
parata, quia non probatur ex aſſertione prę-
lati, *l. minorum. & ibi Bart. & DD. & l. fin. C. de
præd. min l. ſi forte, & ibi Bart. in fin. per illũ tex.
ff. de Caſtr. pecul. Rot. diverſ. deciſ. 716. 2. & 3.
plures cumulans part* 1. Secundo in alienatio-
ne † rerum eccleſiæ cathedralis, conſenſus
15 capituli, *c. ut ſuper §. fin. h. tit. c. 1. 2. & 3. de his,
quæ fi. à præl.* collegiatæ eccleſiæ conſenſus
capituli, & prælati; *Franc. in c. 1. nu. 22. & 23.
h.t. in 6.* monaſterii, conſenſus Abbatis, &
Conventus, *c. abbatibus 12.q.2 c. in venditioni-
bus 17.q.4.* capitulariter, non ſingulariter
præſtandus, *Imol. in c. cum conſuetudinis ſub n.
5. de conſuet. contra glo. in c. 1. h. tit. in 6. in verb.
tractatus Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 28.
eccl. vac. quom. proced. ſit caſus* 5. parochialium
eccleſiarum, vel alterius eccleſiæ, conſenſus
rectoris, *c. placuit 12. quæſt. 2. c. ſi quis epiſcopus
10.q.2. gl. in ſumm. circa fin. 12.q.2. Clem. 2. &
ibi gl. in verb. rector hoc tit. ſpecul. de empt. §.
nunc dicendum num. 9.* Tertio auctoritas † ſi-
16 ve conſenſus, & non decretum, *Rodoan. de
reb. eccl. non alien. rub. 30. de auct. præl. in alien.
interpr. caſ. 5. num. 39. Gemin. in c. 1. num. 13. &
14. hoc tit. in 6. & Io. Andr. num. 6. & ſeq.* ſupe-
rioris. *c. abbatibus c. placuit 12. quæſt. 2. c. nullus
c. in venditionibus 17. quæſt. 4. Ioan. Petr. de fer-
rar. in pract. in form. lib. act. real. ſuper verb. veris,
ac legitimis titulis nu. 48 & 56. Gal. Rodoan. de
reb. eccl. alien. rub. 30. de auct. præl. in ali. interp.
caſ. 1. & ſeq.* nempe in non exemptis, ſive alie-
natio fiat à regulari prælato, *c. abbatibus 12.
quæſt. 2. c. in venditionibus 17. quæſt. 4. Rodoan.
de reb. eccl. non alien. rub 30. num. 10.* ſive à ſæ-
culari prælato, *c. quicquid c. alienationes §. il-
lud & c. abbatibus 12.q.2.* epiſcopi: *c. in vendi-
tionibus 17.q.4. c. abbatibus 12. q. 2.* in exem-
ptis ſedi Apoſtolicæ immediate ſubjectis,
Papæ, *c. ut ſuper & ibi gl. in verb. Sacramento, &
Can. h.t.* in aliis exemptis, prælati, ſive abba-
tis, cui pleno jure ſubſunt, ex quo habet
quaſi epiſcopalem juriſdictionem, *gloſſ. in
clem. 1. in verb propriỹ hoc tit. Gal. Rodoa. de reb.
eccleſ. non alien. rubr. 26. de abbatibus, & Abba-
tiſſis, & aliis monaſteriorum præfectis. Franc.
Marc. q. 1081. part. 1. Redoa. de reb. eccl. non a-
lien. rub. 30. de auct præl. in al. interp. nu. 60. 61.
& ſeq.* quæ in ipſa alienatione debet inter-
poni, *Bald. in l. fin. §. neceſſitate num. 26. C. de
bon. quæ lib. & c. Bartol. in l. quis mihi bona §.
juſſum num. 5. & ibi Alex. num. 10. & ſeq. ff. de
acq. hær. Cap. Tholoſ. quæſt. 98. & ibi Add.* vel ex
aliorum opinione ſufficit, quod expoſt fa-
cto interponatur, *c. cura de jure patr. c. ſi qua de
rebus 12. quæſt. 2. c. fin. §. quod autem 16. quæſt. 1.
Franc. in c. 1. ſub num. 12 Hoſt. num. 16. Anchar.
ſub nu. 5. hoc tit. in 6. c. 2 & ibi Pan. num. 1. de
pact. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona §. juſſum num. 15.
& 32. ff. de acq. hær.* cum cauſæ cognitione,
*late Redoa. de reb. eccl. non alien. rub. 30. n. 30. &
plur. ſeqq. & per extravag. ambitioſæ hoc titul.
inter communes*, requiritur auctoritas
ſummi Pontificis, quæ de Stylo Curiæ di-
verſimode interponitur; quando prædii a-
lienandi valor non excedit centum duca-
tos, aut annuus ejus valor non excedit ſum-
mam quinque Ducatorum auri de Camera,
interponitur per breve cum introcluſa ſup-
plicatione, vel per reſcriptum Apoſtoli-
cum, in forma dilectus: quod ſi valor, aut
annuus redditus, præfatas ſummas tempore
contractus, *Guid. Pap. q. 157. gl in c. ad aures in
verb. tunc hoc tit. & ibi Can. glo. in c. cum dilecti
in verb. tunc de empt. & vend. & Can.* excedant,
extra Romanam Curiam, debent expediri
litteræ, ſive bullæ, in urbe ſufficit ſola ſigna-
tura: *Staphyl. de reſcript. apoſtol. in forma brevi §.
datur per Breve numer. 1. & 2. Mandoſ. de ſign.
grat. tit. ſi in evidentem in princ. & verſ. ſi valor
rei excedit, & verſ. ſeqq.* In reſcriptis, ſi in e-
viden-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

videntem, non attenditur falſa expreſſio, quando non verſatur circa ipſam cauſam alienationis, quia Papa tantum habet præ oculis evidentem utilitatem, *Ruin conſ. 137. num. 28. verſ. non obſtat, & numer. 26. vol. 1. Rot. diverſ. deciſ. 651. ſub numer. 1. part. 1. deciſ. 18. ſub num. 2. verſ. 3. in fin. & deciſ. 78. nu. 8. part. 2.* etſi committat ſimpliciter commiſſario à ſe deputato, ut ſe informet, ſolet derogare dictæ extravaganti *Ambitioſæ*, ſtaturque circa evidentem utilitatem ejus aſſertioni; ſi vero committit, ut ſe informet per receptionem teſtium, & probationum juxta formam Paulinæ, tunc evidens utilitas aliunde probari debet, quam ex aſſertione executoris, ſive commiſſarii deputati, *Iaſ. in l. nec quicquam §. ubi decretum numer. 79. & ſeqq. ff. de off. proconſ. Rot. diverſ. deciſ. 716. num. 4. part. 1.* In teſtium, & probationum receptione non requiritur proceſſus judiciarius, articuli, partis citatio, ſed ſufficit extrajudicialis informatio, quia proceditur inter volentes: *Rot. diverſ. deciſ. 479. num. 2. deciſ. 36. & deciſ. 636. num. 1. & 4. & deciſ. 716. in princ. part. 1. gl. in c. 1. in verb. tractatus in fin. de reb. eccl. al. vel. non in 6. & ibi Franc. num. 11. & ſeqq. Panor. conſ. 41. ſub numm. 1. circa fin. vol. 1.* clauſula ſolita apponi, vocatis qui erant vocandi, intelligitur de aliis, qui forſan potuiſſent prætendere jus, vel ratione poſſeſſionis, vel proprietatis, non autem de ipſo rectore, aut beneficiato, qui ſupplicavit, *Rot. diverſ. deciſ. 636 ſub num. 4. & 5. part. 1. l. proinde l. 2. §. notandum ff. ad l. Aquiliam.* Verum hujuſmodi receptis probationum nullam fidem facit, ubi utilitas Eccleſiæ deducitur in controverſiam, quia facta in ſummario judicio, *Rot. diverſ. deciſ. 463. part. 1. l. à divo Pio §. ſi ſuper rebus, & ibi not. ff. de re jud. l. pen. & ibi gloſſ. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alicui juris.* Decretum ſuper confirmatione alienationis factæ in evidentem utilitatem interponendum eſt in ſcriptis, quia aſſimilatur ſententiæ diffinitivæ, & in ea virtute magna cauſæ cognitio, *l. minorum C. de præd. min. in fin ibi decretum ſolemniter interponatur, Iaſ. in d. l. nec quicquam §. ubi decretum num. 69. & ſeqq. Rot. deciſ. 5. de ſent. & re jud. in antiq. Guid. Pap. deciſ. 582. Achill. deciſ. 3. de probat.* facit preſumi alienationem eſſe utilem, prout exprimitur, quando adhibita fuit cauſæ cognitio, nedum quoad juſtitiam, ſed etiam quoad ſolemnitates requiſitas, *l. 1. C. de fid. inſtr. & ibi gl. in verb. omni libr. 10 l. actor, & ibi gloſſ. in verb. omnimodo. verſ. etſi conſtaret ff. rem rat. hab. l. Herennius §. Caja ff. de evict. Rot. diverſ. deciſ. 479 num. 1. & 2. part. 1. Bald. in c. 1. num. 7. de iis, qui feud. dar. poſſ. Bald. in c. ſunt nobis de re jud. Iaſ. in l. pacta noviſſima num. 8. C. de pact. Dec. in c. quoniam contra num. 41. de prob. l. 1. C. de præd. decur. ſin. decr. non alien. lib. 10.* quæ præſumptio ceſſat, quando confirmatio Apoſtolica ſupplet formam, & ſolemnitates, *Rot. diverſ. deciſ. 181. num. 3. & 4. part. 1. Felin. in c. 2. numer. 42. de reſcript. Pan. in c. inter dilectos num. 8. de fid. inſtr. Dec. conſ. 541. viſa donatione numer. 24. & in fin. & conſ. 407. viſis in fin.* Actio etiam perſonalis ex decreto orta transfertur in eccleſiam, ſuper cujus rebus contractus fuit celebratus, *l. tutor ff. quand. ex fact. tut. vel curat. minor. agit vel conven. & c. l. 2. & l. penult. & l. fi. C. eod. Rot. diverſ. deciſ. 761. num. 2 & 3. part. 1.* Beneplacitum ſedis Apoſtolicæ præſumitur ex lapſus triginta annorum cum poſſeſſione rei alienatæ, *Rot. diverſ. deciſ. 179. num. 1. part. 2. Bald. in l. 2. num. 3. C. de legit. hær. Rom. in l. ſciendum ſub num. 33. verſ. mihi nulla baram. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. num. 16. & ſeqq. & Doct. communiter Guliel. Redoa. de reb. eccleſ. non alien. rubr. 30. caſ. 8. Card. Seraph. deciſ. 792. plures cumulans, & deciſ. 1042. ſpecul.*

*de empt. & vend.* §.*nunc dicendum nu.* 5. *Greg.* 15.*deciſ.* 52.*n.*2.*& deciſ* 354 *num.*25.*& ſeq.*
17 *& ibi late annot.* Quarto requiritur † ſubſcriptio canonicorum, c. *tua c. cum Apoſtolica, & ibi Pan.n.* 5. *de his, quaſi. à præl. ſin. conſ. cap.* Quinto quod prælatus non habeat fidem de pretio *gl. fin. in l. ſi procurator Cæſaris ff. de iur. fiſc. & ibi Bartol. & DD. Pan. in c.* 2. *num.*6.*de precar. Greg.*15.*deciſ.*23.*n.*2. Confeſſionem de pretio recepo facere poteſt, *l.* 2.§.*fin. C. de quadr. præſcript. & ibi DD. in d. c.*
18 2.*in fin. de precar. Panorm. & ibi Can.* Non † ſpectat ad emptorem curare quod pretium convertatur in utilitatem eccleſiæ, ſed ſufficit quod in dictam cauſam ſolvat, *Auth. hoc jus porrectum & ibi Bartol. num.* 13. *Faber num.* 40. *& DD. C. de ſacroſ. eccl. Surd. deciſ.* 156.*num.*7.*Greg. xv. deciſ.*511.*n.*11.*& ſeqq. l.*1.§.*non autem & l. fin. & ibi DD ff. de exercit. act. Bart. in l. alio hærede nu.*24.*ff. de alim. & c. leg.* præterquam in tribus caſibus mutuo, *l. civitas ff. ſi cert. pet. & ibi Iaſ. numer.*15. *& DD.* depoſito, c.1. *de depoſ.* & quando res eccleſiæ venditur pro debito, *Auth. hoc jus porrectum & ibi Bald. num.* 22. *& ſeqq. C. de ſacroſ. eccl.* regulariter quis debet eſſe curioſus de converſione pecuniæ in cauſam expreſſam quã do ex ſolutione uni facta vult alium ſibi obligari, vel alteri præjudicare, *Bart. in l. doli mali n.*7.*&* 8.*ff. de novat. l.* 3.§.1. *in fine verſ. ſed ſi accepit ff. de in rem verſo Gregorius xv. de-*
19 *ciſ.*511.*n.*12.*& ſeqq.* Alienatio facta † ex cauſa neceſſitatis vel evidentis utilitatis, forma & ſolemnitatibus non ſeruatis, eſt ipſo jure nulla, c.1.*& ibi Butr. ſub num.*19.*& Im. num.* 17. *& Can. de in integr. reſt.* in foro animæ tutus eſt is, in quem facta eſt alienatio, quãdo intervenit conſenſus eorum, qui habent
20 conſentire, quia ſufficit quoad forum † cõſcientiæ, quod contractus teneat ſecundum limites juris naturalis, ſeu gentium, *Pan. in c.* 1, *num.*19. *de in int. reſt. poſt Antonium de Butrio, & ibi Can.* Secundo limita, quando eccleſia dedit res pignori permiſſu ſuperioris, & ſervatis ſolemnitatibus, quas creditor poteſt vendere ſine ſolemnitatibus, quia jus ſuum exequitur, *l. ſi pupillorum in princ. verſ. ſi pupillus ff. de reb. eorum qui ſub tut. vel curat. ſunt & c. Bart. in l. creditores num.*7.*in fin. C. de pign. & c.*

In alienatione † immobilium, & mobi- 21
lium pretioſorum regulariter requiritur altera præfatarum cauſa, ac forma, ſive ſolemnitas præſcripta; *c. nulli hoc tit. & ibi Pan. & Can. c. placuit c. ſine except.* 12.*q.*2. redditus annui ſive annonæ civiles *l. jubemus la* 2.*& ibi Bal. in* 1. *not. C. de Sacro S. eccleſ.* inter immobilia computantur, *Clem. exivi* §.*cumque annui redditus de verb. ſign.* actiones, jura, ac nomina debitorum judicantur ſecundũ naturam rei, ſuper qua ſunt fundata, *Franc. in c.*2.*ſub n.*4.*verſ. ſed adverte hoc tit. in* 6. Ex-
cipe ab † hac regula Primo, quia ſolus Præ- 22
latus abſque ſolemnitate alienat mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ad inſtar tutoris. *l. lex quæ in fin. C. de admin. tut. l fin. C. quand. decr. opus non eſt gl.* 2. *in c. nulli hoc tit.*
*& ibi Can.* Secundo ſolus † Prælatus, *c.*1.*&* 23
*ibi Bald. n.*3. *de his, qui feud. dare poſſ.* abſque conſenſu capituli, *Gail. obſerv.*161.*lib.*2. *per c. ex parte de feud. c.*1. *de iis, qui feud. dar. poſſ. & ibi Affl. nu.*18. *& DD.* ac etiam abbates conventuales, ac priores conventuales ad nutũ ſuperiores amovibiles cum conſenſu conventus, *Rot. diverſ. deciſ.* 554. *part.* 1. *c.* 1. *epiſcopum, vel Abb. feuda dare non poſſe Bald. in c.* 1. *num.*5.*& ibi Præp. num.*35. *de his qui feud. dar. poſſ.* abſq; alia ſolemnitate renovant in feudum vel emphyteuſim res ſolitas concedi in feudum, vel emphyteuſim ſimpliciter non ad certum tempus, *Collect. in c.*2. *num.*24. *in fin. de feud.* vel ob certam cauſam, *Pan. in c.*

*ut ſuper*

ut ſuper num. 10. & 11. hoc tit. & ibi Can. vel
ad certas perſonas, Mynſ. obſ. 88. cent. 4. argo
§. ſimiliter de lege Corradi. reverſas ad eccle-
ſiam, Extravag. ambitioſæ hoc tit. in communib.
Mohed. deciſ. 8. & deciſionib. ſeqq. de loc. & cond.
infra annum à die reverſionis computan-
dum, Zab. in c. 2. quæſt. 12. & ibi Imol. n. 40. de
feud. Archid. in c. 1. 35. quæſt. 8. conſanguineis
& extraneis, Pan. in c. ut ſuper n. 18. & ſeqq.
hoc tit. & ibi Can. anchar. in c. 1. n. 20. de exceſſ.
præl. Mynſing. obſer. 47. cent. 5. nam utilitas
caducitatis cedit commodo prę lati, & com-
putatur inter fructus, Collect. in c. 2. n. 24. de
feud. & abbates conventuales, necnon prio-
res conventuales habent adminiſtrationem
rerum ipſius monaſterii, c. nullum 18. quæſt.
2. c. cum ad monaſterium §. tales de ſtat. mo-
nach. niſi Eccleſia eſſet depauperata, quia
tunc Prælatus debet retinere pro eccleſia,
Alvarot. in c. 1 ſub nu. 16. de his, qui feud. dar.
poſſ. Præpoſ. n. 32 in fin per c. 2. de feud. in verb. ſi
videris expedire. aut eccleſia habuiſſet feudi
recaduti poſſeſſionem, vel abbas verbo, vel
facto declaraviſſet illud incorporaviſſe, Ioan.
de anan. in c. 2. ſub n. 19. de feud. Bart. in l. fin.
num 8. C. de bon. vacan. lib. 10. Quod res ſit ſo-
24 lita infeudari, † debet legitime probari, nec
ſtatur aſſertioni prælati, Bart. in auth. ſi quis
in aliena n. 12. & ibi DD. de edend. Zab. in c. 2.
quæſt. 11. de feud. Bald. in c. 1. n. 7. de his, qui
feud. dar. poſſ. Probatur per duos conceſſio-
nes cum curſu quadraginta annorum, aut
unam conceſſionem ſolemniter factam ſine
aliquo curſu temporis, Iul. clar. in §. feudum
quæſt. 13. n. 4. Rot. diverſ. deciſ. 160. n. 4. & 5.
25 part. 2. Renovatio debet † fieri non pro eo-
dem canone, ſed in evidentem tunc eccle-
ſiæ utilitatem, nulla alteratione in præjudi-
cium eccleſiæ facta, in quo inſpicitur tem-
pus renovationis, & non tempus primæ cō-
ceſſionis, d. Extravag. ambitioſæ in verb. &
tunc in Eccleſiarum evidentem utilitatem c. 2. in
verb. ſi videris expedire de feud. c. ad aures verſ.
niſi forte tunc. & ibi Pan. hoc tit. late Cæſ. deciſ.
4. & 5. eod. ac eius probatio incumbit ei, cui
facta eſt renovatio, quia facultas renovandi
res ſolitas alienari eſt hoc pacto à jure quali-
ficata: §. non ſolum verſ. quod autem Inſt. de le-
gat. Rot. diverſ. deciſ. 607. in princ. & numer. 1.
part. 1. quanta debeat eſſe utilitas tempore
renovationis, arbitrio judicis relinquitur,
cum jure cautum non reperiatur: cognati
vaſſalli, vel emphyteutæ, data paritate, cæte-
ris videntur præferendi, l. ſi in emptionem ff.
de minor. l. fin. ff. ſin autem in tempore C. de iur.
dom. impetr. late Rip. in l. 1. n. 6 & ſeqq. uſque ad
num. 17. ubi dat quinque Notabiles declaratio-
nes ff. de privil. cred. An autem præferendi
ſint pro antiqua penſione extraneis maio-
rem offerentibus, quando probant terras
ſteriles reductas ad culturam à prædefun-
cto, controvertitur inter Doctores, Rip. in d.
l. 1. n. 14. & ſeqq. de privil. cred. Cæſ. deciſ. 4. nu.
10. & 11. hoc tit. Fallit tertio, dicta regula,
quando immobile † relinquitur mendican- 26
tibus, & illud vendant, & in ſuos uſus pre-
tium convertant, Bald. in auth. ſi qua mulier
n. 15. C. de ſacroſ. eccl. per l. 2. C. de præd. & aliis
reb. minor. &c. Bald. in c. cum cauſa nu 4. de re
jud. Fallit † quarto quando eccleſia eſt coa- 27
cta alienare, utpote ſi eſſet gravata alienare
fundum per fideicommiſſum, l. 1. & l. magis
§. ſi fundus. & l. fin. ff. de reb. eor. qui ſub tut. &c.
l. 1. & l. 3. C. quand. decr. opus non eſt & in
terminis Lap. alleg. 25. diſputat. hic 1. n. 4. Rebuff.
de reb. eccl. alien. n. 29. & ſeqq. Fallit quinto,
quando intervenit auctoritas Papæ legiti-
me, & valide interpoſita, l. 2. C. quand. decr.
opus non eſt Rot. diverſ. deciſ. 65. n. 1. & 2. part.
2. plures cumulans. quæ ſupplet omnes ſole-
mnitates, d. l. 2. C. quand. decr. &c. non defe-
ctum cauſæ, quia ea ceſſante nō verificatur

conditio, ſub qua reſcripſit Papa, ſi in evidentem neceſſitatem, vel utilitatem, §. *non ſolum, verſ. quod autem Inſt. de leg. Ruin. Conſ. 68. num. 5. verſ. eſt ergo videndum vol. 1. Rot. diverſ. deciſ. 178. n. 2. & ſeqq. part. 2.* Sexto, fallit in proviſione officiorum ad vitam cum augmento ſalarii exceſſivo, quia iſta quotidie vacare contingit, & Extravag. ambitioſæ loquitur de alienatione rerum, quæ nunquam vacant, *Rot. diverſ. deciſ. 612. part. 3. lib. 3. c. 1. de feud guard. & caſtr. arg.* c. *relatum cum gl. de præb.* Septimo, in alienatione terrularum, & vineolarum exiguarum, c. *terrulas 12. quæſt. 2. & ibi gloſſ. ord. & marg. explicat quæ dicantur terrulæ.* Octavo, Prælatus nocet eccleſiæ, ubi res cedit ad jus commune, c. *veniens, & ibi Felin. nu. 5. de præſcript. & Can.* c. 1. *de pact. in 6.* Nono, prælatus ſolus in acquirendis præiudicat eccleſiæ, cui tenetur de ſuo, ſi habet, damnum reſarcire, *Pan. in c. tua nuper n. 9. hoc tit. idem in c. 2. n. 9. de in integ. reſt. c. quicumque & ibi gl. 1. 12. qu. 4 gloſſ. in c. fin. 16. qu. 6. Pan. in c. 1. de dol. & cont. n. 20. & 21. & ſeqq.*

28 Quando contractus † eſt celebratus ex cauſa permiſſa, & cum debita ſolemnitate, ſed eccleſia læſa eſt in pretii quantitate, mero iure tenet contractus, daturque eccleſiæ reſtitutio in integrum, quia ſub eſt primaria cauſa utilitatis, aut neceſſitatis, propter quá contrahentes fuerunt moti ad faciendam alienationem, licet non fuit utiliter contractum de pretio, c. 1. *de in integr. reſtit. & ibi gl. Pan. n. 17. & DD omnes Rot. diverſ. deciſ. 180. n. 2. & deciſ. 181. per tot. part. 1. Covar. var. reſol. lib. 2. c. 17. n. 2.*

29 In alienatione † rerum Eccleſiæ abſentes canonici non ſunt citandi, c. *hoc jus porrectum in verb. ibidem ſervientium 10. quæſt. 2. Pan. in c. cum omnes ſub nu. 7. verſ. venio ad teſtium in fin. quæſt. de conſtit. gloſſ. in c. cum in eccleſiis in verb. ſi commode in fin. de præb. in 6. & ibi Can. Redoa. de reb. eccl. non alien. rub. 28. eccl. vacan. quomod. proced. ſit caſ. 6. Guid. Pap. quæſt. 160.*

Pœnæ clerici † alienantis rem eccleſiæ 30
abſque cauſa permiſſa, vel abſque ſolemnitate requiſita ſunt tres: alienatio non tenet, de rebus propriis, ſi quas habet, eccleſiam indemnem ſervare tenetur, daturque eccleſiæ contra eum actio perſonalis, c. *apoſtolicos 12 quæſt. 2. l. 3. & l. fin. C. ſi tut. vel curat. interv.* nec ei ſolventi cogitur cedere actiones ſuas contra poſſeſſorem, quia convenitur ex ſuo maleficio, c. *ſi plures tutelam ff. de admin tut.* & eſt communione privandus, c. *monemus, & ibi gl. c. ſtatuimus 12. quæſt. 2. & cc. ſeqq.* ad deponendus, niſi cæteri reſtitutione ſibi proſpexerit; c. *apoſtolicos 12. quæſt. 2. juncto* c. *ſi quis hoc tit.* per Extravag. ambitioſæ, alienans, & res alienatas recipiens, ſententiam excommunicationis incurrunt. *d. Extravag ambitioſæ hoc tit. ubi aliæ pœnæ imponuntur prælatis alienantibus.* Ex decretis
Conc. Tridentini clericus † fabricator, aut 31
conſentiens uſurpationi juriſdictionis, bonorum etiam feudalium, ac quarumcumq; obventionem alicuius eccleſiæ, ſeu cuiuſvis ſæcularis, vel regularis, beneficii, aliorumq; piorum locorum vi, vel timore incurſo, ſeu quacumque arte, aut quocumque colore factæ, anathemati tandiu ſubjacet, quandiu integra fuerit facta per uſurpatores reſtitutio, & deinde à Romano pontifice abſolutionem meruerit, necnon quibuſcumque beneficiis privatus eſt, & ad quæcumque alia inhabilis efficitur, ac poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem à ſuorum ordinum executione arbitrio ordinarii ſuſpenditur, c. *fin. ſeſſ. 22.* Emens rem † eccleſia- 32
ſticam ſine requiſitis ſolemnitatibus, etiam interveniente traditione nullam acquirit poſſeſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſeſſionem, quia ex inutili contractu non
transfertur poſſeſſio, quando perſona eſt ta-
lis, quæ non poteſt perdere poſſeſſionem, ut
pupillus, & eccleſia, Bart. in l. 1. § ſi vir nu. 3.
ff. de acq poſſ. l. pupillus ff. de acq. rer. domin. te-
netur ad reſtitutionem una cum fructibus,
c. non liceat 1. & ibi gloſſ fin. 12. quæſt. 2. c ſi quis
presbyterorum, & ibi Pan. n. 1. & 6. hoc tit. ipſa
eccleſia volente; fructus vero perceptos,
antequam eccleſia daret de nullitate, non
cogitur emptor reſtituere, nam quamdiu
eccleſia tacuit, emptor juſte fructus, & red-
ditus percepit, c. ſi qua de rebus 12. quæſt. 2.
Imol in c. ſi quis presbyterorum n. 9. hoc tit. Butr.
in c. 1. num. 5. de his quæ ſi. à præl. &c. & ibi
Can. Gonz. ſuper reg. Canc. de menſ. & alter.
gloſſ 56. n. 94. & plurib. ſeqq. Redoa. de reb. eccl.
non alien. rub. 28. c. 6. nu. 7. & ſeqq. perdit o-
mnes meliorationes, Pan. in d. c. ſi quis pres-
byterorum n. 6. eſt excommunicandus, niſi
celeri reſtitutione ſibi proſpexerit, c. apoſto-
licos 12. quæſt. 2. juncto d. c. ſi quis hoc tit. da-
turque eccleſiæ electio, an velit agere per-
ſonali contra alienantem, an reali actione
contra poſſeſſorem, l fin. C. ſi tut. vel curat.
interv. l. 1. §. ſi apud ff. depoſiti, & ſola ſolutio
imponit ei ſilentium, l. 1. §. ſi plures ff. de eo
per quem fact. & &c. d. c. ſi quis presbyterorum
& ibi gl. fin. hoc tit. reſpectu intereſſe, non
autem reſpectu pœnæ, ne delicta remane-
ant impunita, & celeri ſatisfactione evitant
pœnam excommunicationis, non aliam, gl.
fin. in fin. in c. quod ſicut, & ibi Can. de elect.
Pan. in d. c. ſi quis presbyterorum n. 10. & ibi
Can. Præterea emptor, ſi fuit in mala fide,
perdit pretium, quod applicatur eccleſiæ, l.
jubemus la 2. §. 1. & auth. qui res C. de ſacroſ.
eccleſ. niſi proſpexerit ſibi in contractu de e-
victione contra male alienantem, l. ſi fun-
dum C. de evict. gloſſ. fin. in c. ad audientiam hoc
tit. & ibi Can. ſi fuit in bona fide repetit pre-
tium à male alienante, & in defectum eius
ab eccleſia, quatenus facta eſt lucupletior
ex pretio, arg. l. primi de depoſit. c. Vulterana &
ibi gl. in verb. emptoribus 12. quæſt. 2. Ioan. Andr.
in c. ad audientiam hoc tit. ſub n. 3. Pan. in c. ſi
quis presbyterorum n. 13. hoc tit. Ex decretis
Conc. Tridentini uſurpans † alicuius eccle- 33
ſiæ, ſeu cuiuſvis ſæcularis, vel regularis be-
neficii, aliorumque piorum locorum juriſ-
dictiones, bona etiam feudalia, fructus, ſeu
quaſcumque obventiones per ſe, vel alios,
vi, vel timore incuſſo, ſeu quacumque arte,
aut quocumque colore, aut impediens, ne
ab iis, ad quos jure pertinent percipiantur,
anathemati tamdiu ſubjacet, quandiu juriſ-
dictiones, fructus, bona, quæ occupaverit,
vel ad eum quomodocumque pervenerint,
eccleſiæ, eiuſque adminiſtratori, ſive bene-
ficiato integre reſtituerit, & deinde à Ro-
mano Pontifice abſolutionem meruerit,
patronus eiuſdem eccleſiæ ultra præfatas
pœnas etiam jure patronatus eo ipſo priva-
tus exiſtit, d. c. fin ſeſſ. 22. Eccleſia alienatio-
nem † nulliter factam poteſt per adhibitio- 34
nem requiſitarum ſolemnitatum ratificare,
non is, in quem alienatio facta eſt, Iaſ. in l.
cum hi §. eam tranſactionem ſub n. 2 ff. de tran-
ſact. Matheſ. ſing. 155. add fin. ad Cap. Thol. de-
ciſ. 98. Redoa. de reb. eccl. non alien. rub. 30.
caſ. 6. n. 9. & ſeq quia contractus claudicat,
Innoc. in c. 1, in princ. de his, quæ ſi. à præl. Inſt.
de auct. tut. in fin. princ. & ibi poſt gloſſ. fin. DD.
ſed ne cogatur ſtare in ſuſpenſo, poteſt a-
gere, ut eccleſia compellatur ad declaran-
dum ſolemniter, an velit ſtare contractui,
vel ab eo diſcedat, tex. in l. Iulian. §. ſi quis
colludente ff. de act. empt. & ibi Bart. & DD.
Redoa. de reb. eccl. non alien. rubr.
28. c. 6. num. 6.

De

## *De Precariis.*

## Titulus XIV.

### SVMMARIA.

1 *Contractus precaria dicitur quando ſit conceßio rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium renovanda.*
2 *Precaria quid ſit.*
3 *Precarium quid ſit & in quibus rebus conſiſtit.*
4 *Accipiens precarium de qua culpa teneatur.*
5 *Quomodo finatur precarium.*
6 *Superficies & variis modis conceditur frequentius in utile dominium interdum & ad quaſi uſumfructum ſeu ad uſum quemdam.*
7 *Superficies conceditur ſub recognitione annua & ſolutione laudemii in caſu alienationis & interdum ut nihil ſolvatur.*
8 *Superficiei conceßio ad uſum tantum eſt frequens in germania.*

PRECARIÆ ſunt quædam ſpecies alie-
nationis; ideo præcedenti annectitur
1 hic titulus. Contractus precariæ † dici-
tur, quando fit conceſſio rei immobilis pro
annua penſione de quinquennio in quin-
quennium, vel de novennio in novennium
renovanda, c.1 *& 2. hoc tit.* c. *precaria 2. &* c.
*ſeq.* 10. *quæſt.* 2. non petita renovatione, la-
pſo quinquennio, is, cui conceſſio fuit fa-
cta, cadit à jure ſuo, c. *longinquitate* 12. *quæſt.*
2. *Pan. poſt gl. in d. c.* 1. *in fin. Gregor. xv. deciſ.*
567. *in princ.* quia aliud eſt pactum de reno-
vando, aliud renovatio, hæc tribuit jus in re,
illud nō tribuit jus in re ſed actionem perſo-
nalem ad factum, ut fiat renovatio. *l. ne cui* C.
*de loc. Ang. Aret. conſ.* 184. *ſub n.* 3. *verſ. & illa*
*verba ad renovandum Greg.* 15. *deciſ.* 348. *& ibi*
*annot. Greg. xv. deciſ.* 567. *n.* 2. Eſt eiuſdē fere
naturæ cuius eſt contractus emphiteuticus,
tranſit in hæredem, & pro voluntate con-
cedentis non revocatur, c. *fin. in fin. hoc tit. in*
*fin.* quod per precarias poſſidetur non præ-
ſcribitur, c. *clerici, &* c. *ſequenti* 16. *quæſt.* 3.
Ab his differt Precaria, quæ † eſt tempora- 2
lis conceſſio uſusfructus prædiorum ad jus
Eccleſiaſticum pertinentium, ſive in finem
vitæ accipientis ſive eius temporis, quod in-
ter eum & eccleſiam convenerit; c. *hoc jus*
*in fin.* 10. *quæſt.* 2. conceſſa in compenſatio-
nem proprietatis datæ eccleſiæ, c. *precariæ*
1. 10. *quæſt.* 2. ſive ob benemerita, c. *clerici, &*
c. *ſeq.* 16. *quæſt.* 3. aut monaſteriis intuitu
Religionis, vel ob neceſſitatem peregrinis,
c. *poſſeßionis* 16. *quæſt.* 1. c. *ſæpe fit in fin.* 12. q. 2.
non tranſit in hæredem; *anch. de alien. &*
*emphyt. in princ. verſ. ſi vero aliquis* c. *ſæpe fit* 12.
*qu.* 2. & non multum ab uſufructu differt,
*gloſſ in d.* c. *ſæpe fit in verb. ſub precaria.* Ab his
differt precarium, † quod precibus petenti 3
utendum conceditur tamdiu, quamdiu is,
qui conceſſit, patitur, *l.* 1. *ff. hoc tit. &* c. *fin.*
*eod.* & eſt ſimile commodato, conſiſtit in
Iuribus ſeu ſervitutibus & re mobili & im-
mobili, *l.* 2. §. *fin. cum duab. ll. ſeqq. ff. hoc tit.*
Daturque ut plurimum ad uſum incertum
& tempus incertum, vel ad certum uſum,
non tamen ad tempus determinatum ex-
preſſe vel tacite: *l. lucius ff. de donat. Bart. in l.*
*aquilius regulus in princ ff. de donat.* Nicol. Ever.
*in loco à comm. ad precar. num.* 10. transfert in
accipientem naturalem poſſeſſionem, civili
remanente penes concedentem precario,
*l. & habet* §. *fin. ff. hoc tit.* Tenetur † accipi- 4
ens de dolo & lata culpa niſi lite cum eo cō-
teſtata differat reſtituere, *l. quæſitum* §. *cum*
*quoque, &* §. *ſeq. ff. hoc tit.* poſtquam tenetur
de culpa & omni cauſa finitur † voluntate 5
eius

ejus qui conceſſit, etiamſi ſit pactum, quod
precarium non poſſit revocari, aut ad cer-
tum tempus ſit conceſſum, qualia pacta vi-
tiantur, & non vitiant, quia ſunt appoſitæ
contra ſubſtantiam contractus, qui non
poteſt tranſire in alium contractum, quia
verborum ſignificatio hoc non patitur, ut
tranſeat in formam alterius contractus, *l.
cum precario ff. hoc tit. Bart. in l. ubi ita donatur
ff. de mort. cauſ. donat. &c. & ibi DD.* Secundo
finitur morte ejus qui precario rogavit, *d. l.
cum precario ff. hoc tit*, ad hæredem ejus, qui
precario conceſſit tranſit, *l. quæſitum §. ſi à Ti-
tio ff. hoc tit.* Tertio alienatione ipſius rei fa-
cta alicui revocare volenti, quia per con-
ventionem hujuſmodi non licet alienam
rem invito Domino poſſidere, *c. fin. & ibi*
9 *Pan. & hoc tit.* Superficies variis † modis con-
ceditur, frequentius in utile dominium, *l. in
provinciali §. ſi ego ſuperficiarius ff. de nov. oper.
nunc l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de ſuperfic. l. ſuperficiaria
ff. de rei vend. l. obligationum 2. § ſic & in traden.
ff. de act. & oblig. l. in conventionibus ff. de verb.
ſign. c. olim 1. de reſtit. ſpol. Bald. in auth. hoc jus
porrectum à num. 4. uſque ad num. 9. C. de ſa-
croſ. eccleſ. Iaſ. in l. ſi domus § fin. in not. ff. de leg.*
1. interdum ad uſumfructum, aliquando ad
uſum, *l. 1. § ſi ſoli verſ. quod autem & ibi gloſſ. ff.
de ſuperfic. l. qui tabernas ff. de contrah. empt.
&c. Bald. in auth. hoc jus porrectum à num. 4. uſ-
que ad num. 9. C. de ſacroſ. eccleſ. itus Anton in
ſumm. par. 3. c. 3. §. 1. verſ. ſecundo propter pro-
prietatis excluſionem & §. 4. in princ. & verſ.
ſecunda dominij diviſio l. ſi tibi homo §. valet le-
gatum & ibi Iaſ. ſub num. 2. ff. de leg.* Item ſu-
7 perficies † conceditur ſub recognitione an-
nua & ſolutione laudemii in caſu alienatio-
nis, & interdum ut nihil ſolvatur, *Præpoſ. in
prælud. feud. num. 92. Bald. in rubr. Cod. de jur.
emphyt. num. 2.* Præterea conceditur ſuperfi-
cies liberis hominibus & interdum homi-
nibus propriis & ſervis. *Sylveſt. in verb. domi-
nium quæſt. 9.* In Germania frequens † eſt 8
conceſſio ſuperficiei ad uſum tantum ſub-
ditis qui ſi ſervi ſunt, aut homines proprii &
ſuperficie habent pro peculio, Dominus
poteſt ad libitum revocare, ſi autem ſubditi
ſint perſonæ liberæ & res proprias habeant,
tunc Dominus non poteſt eis auferre ſuper-
ficiem ad uſum conceſſam, *Sylveſt. in
verb. dominum quæſt. 9. Tab. in verb. dominus
quæſt. 9.*

## *De commodato.*

## Titulus XV.

### *SVMMARIA.*

1 ***Commodans rem ſuam ſic commodat ut non faciat eam accipientis.***

2 *Videatur* §. Item is cui Inſtit, quib. mod. re contr. obligat.

PRECARIUM commodata ſimile eſt, id-
eo annectit hunc titulum, nam qui † 1
commodat ſuam rem ſic commodat, ut non
faciat rem accipientis, ſed ut ei uti re com-
modato permittat, *l. 1. ff. de precar. l. rei, &
l. ſeq. ff. hoc tit.* De commodato vide † Inſtit. 2
*Imper. Tit. quib. mod. re contrah. oblig. § item is
qui & ibi DD.*

## *De depoſito.*

## Titulus XVI.

### *SVMMARIA.*

1 ***Depoſitum fit gratia deponendis.***

2 *Videatur* § præterea inſtit, quib. mod. re contr, oblig.

VIsum fuit de precariis & commodato,
quæ fiunt gratia recipientis, non ſubji-
1 citur *de depoſito*, quod fit gratia † conceden-
tis, de quo vide §. *præterea. Inſtit. quib. mod. re
contrah. oblig. & ibi Doctores.*

## *De Emptione & venditione.*

## Titulus XVII.

### SVMMARIA.

1 *Videantur inſtit. imperiales hoc titulo.*

2 *Res præſumitur juſto pretio vendita.*

INter contractus qui fugiunt gratia u-
1 triuſque magis frequens eſt emptio † &
venditio, de quo ponit & lector videat *Inſtit.*
2 *Imper. hoc tit.* Res præſumitur † juſto pretio
vendita, *l. ſi fundus §. quanquam & ibi Bal. ff. de
reb. eorum &c.* ac valor & læſio ſunt conſide-
randa ſecundum tempus contractus, *l. 2. &
ibi gl. & Bart. l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit.*
c. *ad aures & ibi gl. fin. & Can. de reb. eccl. non a-
lien. Greg.* 15. *deciſ.* 553.

## *De locato & conducto.*

## Titulus XVIII.

### SVMMARIA.

1 *Videantur* inſtit. imp. hoc titulo.

2 *Locationes bonorum Eccleſiarum repræſentata pecunia nullatenus validæ ſunt in præjudicium ſucceſſorem.*

3 *Quæ regula indubitata eſt in præbendario ſive ſimplici beneficiato.*

4 *In prælato adhibenda eſt diſtinctio an locaverit nomine eccleſiæ pro ejus utilitate obſervatis ſolemnitatibus, & ſucceſſor tenetur ſtare locationi.*

5 *An vero nomine ſuo non intendens obligare Eccleſiam aut nomine Eccleſiæ inutiliter aut neglecta ſolemnitate & ſucceſſor non tenetur ſtare locationi.*

6 Lex Conductores C. hoc tit. *non habet locum in ſucceſſore in beneficio.*

7 *Locatio an probet dominium vel poſſeſſionem.*

8 *Conductor male verſatus poteſt expelli, ſed non perdit melioramenta.*

LOcatio tantam † ſimilitudinem ha- 1
bet cũ venditione, quod in quibuſdam
caſibus dubitari contingat, an ſit locatio
vel venditio, *l. 1. ff. h. t. Bart. in l. cum in plures ff.
eod. & in l. item §. qui maximos ff. de public. §. i-
tem quæritur Inſtit. hoc tit.* merito poſt præce-
dentem rubricam ſubjicitur iſta de qua vi-
de *Inſtit. Imper. hoc tit.* Locationes bonorum
Eccleſias repræſentata pecunia, ſive antici-
patis ſolutionibus, factæ, nullatenus validæ
ſunt † in præjudicium ſucceſſorum, quo- 2
cumque indulto aut privilegio non obſtan-
te, nec hujuſmodi locationes in Romana
Curia vel extra eam confirmatur, c. *magnam
ſeſſ.* 25. & graves pœnæ in eis appoſitæ non
ligant ſucceſſores, c. 2. *de precar. c. de precariis,*
10. *quæſt.* 2. quæ regula † indubitata videtur 3
in præbendario ſive ſimplici beneficiato,
qui non poteſt ultra tempus vitæ ſuæ loca-
re, c. 2. *in fin. de præb. c. de pec. cler. Rot. deciſ. 1.
ſub num. 1. verſ. & præmiſſa hoc tit. in nov. Pan.
in c. fin. ne prel. vic. ſuas &c. num.* 4. 5. *& ſeqq.
ubi late diſtinguit.* Imo *per Extravag. ambitioſæ,
de eccl. non alien. inter communes.* prohibetur
locare fructus & redditus ultra triennium,
*pulchre Covar. var. reſol. lib. 2. c. 16. num. 3. &
per totum Boer. deciſ. 224 num. 2. Rebuff. in re-
pet. §. qui vero c. extirpanda in 7. & ult. notab.
verſ. circa primam, quando in arrendamentum.*
In prælato adhibenda † eſt diſtinctio, an 4
locaverit nomine Eccleſiæ, pro ejus utilita-
te, ob-

te, obſervatis ſolemnitatibus, pecuniaque inde recepta in utilitatem eccleſia converſa fuerit, & ſucceſſor tenetur ſtare locationi, *c. 1. de ſolut. c. hæc hujus placiti c. quicunque ſuffragio 12. quæſt. 2. c. 1. de depoſit. c. hoc jus in fin. princ. verſ. is creditore 10. quæſt. 2. Rot. deciſ. 1. in princ. hoc tit. in nov. Franc. Marc. quæſt. 196. par.*
5 *2. Covar. var. reſolut. lib. 2. c. 15. num.* 5. an vero † nomine ſuo, non intendens obligare Eccleſiam, aut nomine Eccleſiæ inutiliter, aut neglecta ſolemnitate, & ſucceſſor non tenetur ſtare locationi: *d. c. magnam ſeſſ. 25. c. 2. de precar. c. fin. & ibi Can. poſt gloſſ. ne præl. vic. ſuas & c. Rot. deciſ. 1 & deciſ. 2. hoc tit. in nov.* quia cum beneficia Eccleſiaſtica perſonalia ſint, contractus locationis circa illa habitus, perſonas obtinentis non excedit, *c. niſi de præl. c. adhoc de auct. & uſu pall.* per obitum ipſo jure expirat, *Rot. d. deciſ. 1. num. 2. hoc tit. in nov. c. fin. & ibi gloſſ. in verbo terminum & Can. ne præl. vic. ſuas, & c. c. poſſeſſiones 16. quæſt. 1. & ibi gl.* ſi conductor aliquid ultra ſolvit, ſibi imputet, quia providere debuit, *l. ſi quis domum §. 1. ff. de loc.* ſed & ſi ſucceſſor receperit penſionem certis temporibus, cenſetur ratificaſſe locationem tacite pro tempore quo recepit penſionem, & nulla cenſetur pro futuro tempore locatio nova introducta, *Put. deciſ. 175. & 178. lib. 1. Rot. d. deciſ. 1. num. 2. & deciſ. 2. verſ. ſed pone hoc tit. in nov. l. item quæritur §. qui impleto ff. de loc.* Prælatus enim in vita æquiparatur uſufructuario, & uſusfructuarius morte finitur, *c. præſenti de off. ord. in 6. & ibi Can.* tum quod ſucceſſor in beneficio, venit ex novo titulo, non jure hæreditario, *c. 2. de conceſſ. præb. c. ad decorem de*
6 *inſtit. c. ad extirpandas de fil. presb.* Pœna † legis *conductores C. hoc tit.* non habet locum in ſucceſſore in beneficio, ut conductor in judicio contradicens teneatur ad æſtimationem bonorum locatorum, *Rot. deciſ. 2. in princ. hoc tit. in nov. l. emptorem & ibi gl. in verb. colono, & DD. C. de loc.*

Locatio non probat † dominium, *c. inter* 7
*dilectos de fid. inſtr. l. ad probationem C. hoc tit.* niſi concurrentibus adminiculis, *Bart. in l. ad probationem Felin. in c. inter dilectos numer. 8. & ibi Can.* aut poſſeſſionem, *l. nemo C. hoc tit.* contra extraneos, ſed bene inter ipſos contrahentes, *l. prædia ff. de acq. poſſ. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtr. in antiq. Monach. remed. 3. retinenda num. 571. & ſeqq. Greg. XV. deciſ. 6. & ibi late add.* aut valorem annui redditus, *Rot. diverſ. deciſ. 116. num. 2. & 3. par. 2. Sarn. in reg. de valore, quæſt. 11. in princ.* con-
ductor † male verſatus poteſt expelli, *l. edæ* 8
*C. locat.* Sed non perdit meliorationes, *l. colonus ff. hoc tit.*

### *De rerum permutatione.*

## Titulus XIX.

### *SUMMARIA.*

1 *Permutatio eſt contractus innominatus quo certa ſpecies pro certa ſpecie vicaria præſtatione mutatur.*

2 *Contrahitur nudo pacto & re tradita etiam ex altera parte tantum & accipientis facta.*

3 *Datur ei qui ex parte ſua permutationem implevit actio præſcriptis verbis bonæ fidei contra compermutantem ut fides placiti ſibi ſervetur &.*

4 *Condictio ob cauſam quæ non oritur ex permutatione, ut datum recipiat.*

5 *In permutatione quæ fit de eccleſia ut de proprietate, pactum intervenire poteſt.*

6 *In qua requiritur authoritas ſuperioris & conſenſus capituli expreſſus in expletione actus propter alienationem juris eccleſiæ.*

7 *In permutatione eccleſiarum ſeu beneficiorum in titulum requiritur primo quod nõ interveniat pactio licet poſſit interuenire tractatus.*

8 *Secundo, iuſta cauſa.*

9 *Tertio, quod ſpirituale permutetur cum ſpirituali & temporale cum temporali.*

10 *Quarto, anthoritas epiſcopi cum conſenſu ſui capituli expreſſo vel tacito in quocunque mente fiat permutatio quando ad eum pertinet collatio inſtitutio electionis cõfirmatio & beneficia ſint eiuſdem diœceſis.*

11 *Vel inferioris prælati habentis ius quaſi Epiſcopale.*

12 *Aut capituli, ſede vacante, cum aliqua diſtinctione.*

13 *Cum conſenſu illorum ad quos pertinet collatio vel electio aut iuſpatronatus Eccleſiaſticum vel laciale.*

14 *Quinto, requiritur quod vterque ius habeat in beneficio permutato.*

15 *Sexto, quod exprimantur obtenta beneficia ſi fiat permutatio in manibus alicuius non ordinarii.*

16 *Septimo, vt beneficia ex cauſa permutationis reſignata & vacantia ipſis permutantibus conferantur.*

17 *Beneficiorum vacantium per reſignationem ex cauſa permutationis, collationi non eſt præfixum certum tempus.*

18 *Beneficia & dignitates quæ nam poſſunt ad inuicem permutari.*

19 *In permutationibus poſtquam ſuperior illas admiſit eſt vera beneficiorum vacatio, quia in eis interuenit voluntaria reſignatio.*

20 *Et debet ſequi vera collatio & inſtitutio.*

21 *Reſeruata beneficia in manibus epiſcopi ex cauſa permutationis renunciata vere vacant, licet Epiſcopus ea compermutantibus conferre non poſſit ſed recurrendum eſt ad ſummum pontificem pro perficienda permutatione.*

22 *Si ſuperior permutationem non admittat, vel ex cauſa admiſſa non perficiatur, vnicuiq; permutantium licitum eſt, ad ſuum beneficium redire abſque noua collatione.*

23 *Permutatio contrahitur inter duos, inter tres non eſt vera permutatio.*

24 *Beneficia reſignata in curia ex cauſa permutationis non vacant in curia.*

25 *Non admiſſa permutatione ſine culpa vtriuſque vacant extra curiam ſi permutare volentes moriantur extra curiam.*

26 *Si vnus permutantium moriatur extra curiam non facta permutatione ſuperuiuenti confertur beneficium mortui ac beneficium ſuperuiuentis vacat per reſignationem.*

27 *Permutatione completa ex vna parte ſi per alterum ſtet quominus impleatur, is qui impleuit reſtituitur ad ſuum beneficium authoritate ſuperioris.*

28 *Idem obtinet ſi beneficium permutatum euincatur, vel alterum ex duobus beneficijs cum vno permutatis ſi aliud dimittat.*

SVBIICIT titulum *de permutatione* quæ etiam proxima eſt emptioni & venditione, § *item pretium Inſt. de empt. & vend. l. 2. C. hoc tit. l. fin. ff. eod.* Eſt contractus † innomi- 1
natus, quo certa ſpecies pro certa ſpecie vicaria præſtatione mutatur, *l. cum precibus l. quoniam, & ibi gl. fin. in l. 1. C. hoc tit. & ibi poſt n. 3. Bald. & DD.* quando datur genus pro genere vel ſpecie, vel ſpecies pro genere, eſt alius contractus innominatus, *do vt des, l. naturalis §. 1. & 2. ff. de præſcript. verb. gl. fin in d. l. 1. C. hoc tit. & ibi DD.* Contractus enim omnes tam innominati, quam nominati cognoſcuntur per modum ineundi, *Bart. in l.*

*expla-*

*explacito n.* 10. *& ſeq. C. hoc tit.* Contrahitur
2 † nudo pacto, & re tradita etiam ex altera
parte tantum, *l. explacito C. hoc tit. & ibi gl.*
*& DD. l.* 1. *§. permutatio ff. eod. & ibi gl. in*
*verb. traditæ, & Doct.* Et accipientis facta,
habita compermutanti fide de re danda, *gl.*
*in l. proponas, & ibi Bart. n.* 9. *C de dol. & ple-*
*nius Bart. poſt gl in l. ſi ſeruus communis §. loca-*
*ui n.* 1. *ff. de furt. vbi tenet quod §. vendita Inſt.*
*de rer. diuiſ. habet locum in omnibus contracti-*
*bus nominatis, & innominatis per tex. in l* 3. *ff.*
*de pignor. act.* quia ſolo conſenſu non perfi-
citur, quod in his tantum receptum eſt, qui
nomen ſuum habent, *l. iurisgentium in princ.*
*& §.* 1. *ff. de pact. d. l.* 1. *§. permutatio ff. hoc tit.*
*Bart. in d. l. ex placito numer.* 1. alienam rem
dans nullam contrahit permutationem, *l.* 1.
3 *§. ideo pædius ff. hoc tit.* datur ei † qui ex ſua
parte permutationem impleuit, actio præ-
ſcriptis verbis bonæ fidei, *§. actionum autem*
*quædam Inſt. de act.* 2. *C. hoc tit.* orta ex pacto
præambulo re ſecuta, *Bart in d. l. explacito n.*
2. *&* 3. *C. hoc tit.* quia cum interueniat res
ad implementum pacti præambuli, non
agitur ex implente, ſed ex impleto, *l. ſi ita fu-*
*tro ſtipulatus §.* 1. *& l. ſeq. ff. de nouat. & deleg.*
contra compermutantem, vt fides placidi
ſibi ſeruetur, & promiſſa præſtentur, *l. cum*
*precibus l. rebus, & l. fin. C. hoc tit.*. vel intereſ-
ſe, *d. l cum precib. & ibi gl. in verb. ſeruetur gl.*
1. *in d. l. fin. C. hoc tit. l. naturalis §.* 1. *l. ob eum*
4 *ff. de præſcr. verb.* & condictio ob cauſam, †
quæ non oritur ex permutatione, vt datum
recipiat, quaſi ob rem datum quæ non eſt
ſecuta, *d. l. naturalis §.* 1. *d. l. quoniam l.* 1. *in fin.*
*ff. hoc tit. l.* 1. *& ſeq. ff. de cond. cauſ. dat. & c.* al-
teri qui non adimpleuit, nulla datur actio,
*d. l. ex placito, & ibi DD. & gl. & Bart. n.* 5.

His generalibus præmiſſis, dicendum eſt
de permutatione eccleſiarum, & beneficio-
rum, quæ fit de eccleſia, aliquãdo vt de pro-
prietate, aliquando fit in titulum. In per-
mutatione quæ fit de eccleſia † vt de pro- 5
prietate, ex cauſa expedientiæ perſonarum,
commoditatis, ſiue vicinitatis, *Pan. in c. pe-*
*nult. n.* 7. *tit.* pactio interuenire poteſt, vt
quando duæ parochiales eccleſiæ, vna con-
uentuali, altera regulari, eccleſiæ incorpo-
ratæ per ſe, ipſorumque poſſeſſiones, ſi al-
tera ratione poſſeſſionum alteri præpende-
ret, refuſa certa pecunia, per ſe, ita quod il-
li contractus nequaquam quoad animum,
aut verba ſibi inuicem miſceantur, ne eccle-
ſia pro temporalibus concedi, aut reditus
ſpirituales pecunia interueniente compen-
ſari videantur, *c. fin. hoc tit.* ad inuicem per-
mutantur auctoritate ſuperioris: *c. ad quæ-*
*ſtiones h. t. & ibi Pan. n.* 3. *&* 5. *Anch. poſt nu-*
*mer.* 4. *verſ. oppono, & Can. communiter facit.*
*l. ſi ſponſus §.* 1. *& ibi glo. ff. de donat, inter vir.*
*& vxorem,* requiritur † auctoritas ſuperioris 6
& conſenſus capituli ſui expreſſus, *Franc. in*
*c. vnico nu.* 7. *in fin. hoc tit. in* 6. in expletione
actus, propter alienationem iuris eccleſiæ,
quæ intervenit in permutatione, nam regu-
lariter iura eccleſiarum non alienantur ſine
auctoritate ſuperioris: *c. nulla de reb. eccl. non*
*alien. c. ſine exceptione* 12. *q.* 2. In permuta-
tione eccleſiarum & beneficiorum † in titu- 7
lum plura requiruntur, Primo quod non
interueniat pactio, licet poſſit interuenire
tractatus ſubijciendo ſe diſpoſitioni ſuperi-
oris, *c. vnico hoc tit. in* 6. *& ibi Franc. num.* 2.
*Anch. in clem. vnica ſub num.* 6. *hoc tit.* quia
pactio circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritu-
alibus labem ſemper continet Simoniæ, *cap.*
*quæſitum hoc tit & ibi Pan. num.* 10. *& Can.* Se-
cundo iuſta † cauſa, *d. c. quæſitum in fin. c. mu-* 8
*tationes c. ſcias c. omnis qui* 7. *qu.* 1. *c. valet* 81.
*diſt. Garc. de benef. part. xj. cap.* 4. *à n.* 45. *vſque*
*ad num.* 56. In maioribus beneficijs non ad-
mittitur permutatio, niſi neceſſitas, vel vtili-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas eccleſiæ expoſcat; in minoribus ſufficit
expedientia perſonarum, *Pan. in d. c. quæſitũ
num. 6. & ſeq. & ibi But. nu. 9. Anch. in d. clem.*
9 *unica n.* 7. Tertio quod † ſpirituale permu-
tetur cum ſpirituali, & temporale cum tem-
porali, & ſi ex altera parte minus valeat, ſup-
pleatur; *d. c. quæſtiones c. fin. & ibi glo. in verb.
temporalia hoc tit. d. c. ſtatuimus, & ibi gloſſ. 1.
de tranſact.* Sola minoritas fructuum alte-
rius beneficii non inducit fraudem, *l. dolus
C. de reſcind. vend. Ioan. And. in c. unico num. 6.
hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 2. eod. in antiq. Dec. conſ.*
10 209. *num. 5. & ſeq.* Quarto † auctoritas epi-
ſcopi cum conſenſu ſui capituli expreſſo,
vel tacito; *Franc. in c. unico ſub num. 7. verſ.
ſed an in permut. hoc tit. in 6.* in quocumque
menſe fiat permutatio, *Gonzal. ſuper reg. de
menſ. & alter. gl. 14. num. 32. & 33.* quando
ad eum pertinet collatio, inſtitutio, electio-
nis confirmatio, quando beneficia permu-
tanda ſunt eiuſdem diœceſis; *d. c. quæſitum
& ibi Pan. num. 4. dicens eſſe caſum reſervatum
dignitati epiſcopali gloſſ. pen. in d. clem. unica
hoc tit. & ibi Can. c. unic. eod. in 6. & ibi gloſſ.
in verb. collationem,* quando ſunt diverſarum
diœceſum, quilibet renunciabit in manibus
ſui epiſcopi, vel alter alteri committet; *c.
unico, & ibi poſt gloſſ. in verb. collationem Can.*
11 *hoc tit. in 6.* vel inferioris † prælati habentis
jus quaſi epiſcopale; *c. abbates, & ibi poſt gl.
Can. de privil. in 6.* aut capituli, ſede vacante;
quia admiſſio permutationis ſpectat ad ju-
riſdictionem epiſcopalem, in qua ſuccedit,
niſi beneficia illa, vel alterum eorum ſpe-
ctarent ad collationem, electionem, præ-
ſentationem ſolius epiſcopi, ſine capitulo;
quia cum in talium beneficiorum collatio-
nem non ſuccedat, ergo nec in conſenſu,
quem præſtare habet collator permutatio-
ni: *c. 2. ne ſed. vac. & ibi DD.* ſi una cum ca-
pitulo habet facere præfata, cum ſede va-
cante † capitulum tunc poſſit conferre, eli- 12
gere, vel præſentare, *c. unico ne ſed. vac. & c. in
6.* poterit ut capitulum conſentire, & ut e-
piſcopus auctoritatem interponere: *Imol.
poſt gl. pen. in d. clem. unica hoc tit. n. xj. & Zab.
num. 17.* quod ſi collatio permutandorum
beneficiorum ſpectet communiter ad epi-
ſcopum, & ad alium, vel ad alium tantum
ſpectet collatio, electio, aut præſentatio,
tunc epiſcopus permutationi auctoritatem
adhibebit cum † conſenſu illorum, ad quos 13
ſpectat collatio, vel electio, *d. c. quæſitum, &
ibi Pan. num. 9. Butr. num. 8. in fin. c. unico, &
ibi gloſſ. in verb. collationem hoc tit. in 6. & ibi
Franc. poſt Ioan. And. ſub num. 6. verſ. conclude,
quod ſi permutatio,* aut jus patronatus, *gloſſ. in
c. nemo deinceps, in verb. commendare, verſ.
nunquid ad talem commendam de elect. in 6.
Franc. in d. c. unico num. 7. hoc tit. in 6.* eccle-
ſiaſticum, vel laicale, *Franc. in d. c. nemo ſub
num. 7.* eorumque conſenſus poteſt præce-
dere, & ſubſequi permutationem, quia fa-
cta ſine prædictorum conſenſu non eſt ipſo
jure nulla, ſed annullanda, ſi agant de con-
temptu, *Collect. in c. cum olim num. 3. & ſeq.
& numer. 11. hoc tit. Rot. deciſ. 5. eod. in nov.
Franc. in d. c. unico num. 7. licet Bellam. deciſ.
177. numer. 2. aliter videatur ſentire. Covarr.
pract. quæſt. c. 36. num. 9. Garc. de beneſ. part.
xj c. 3. num. 19. & ſeqq. & num. 21. & ſeq.*
Quando permutatio fuit facta bona fide,
& nulla culpa permutantibus poteſt impu-
tari, quilibet ipſorum permutantium etiam
invitis patronis, mediante nova collatione,
ad ſuum beneficium poteſt reverti; ſecus ſi
fuerint in culpa, quia ſciebant eccleſias ha-
bere patronum: nam tunc poterunt patro-
ni etiam tali permutatione non caſſata a-
lium præſentare, *Franc. in d. c. nemo ſub num.
7. Anchar. in fin. late Franc. in c. 1. num. 7. &
8. hoc tit. Rot. deciſ. 5. hoc titul. in nov. in fin.*

Garc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Garc.de benef part.xj.c.3.ſub nu. 19. ubi refert
deciſ.Rot.& n. 29. & ſeqq. Permutatio facta
coram ordinario,patronis, collatoribus, &
electoribus invitis, & contradicentibus eſt
nulla; ita quod abſque alia ceſſatione pote-
rit præſentatio,collatio,& electio fieri, niſi
talis permutatio fiat propter neceſſitatem,
vel utilitatem ipſarum eccleſiarum,Garc. de
benef.part.xj.c.3.num.23. & ſeqq. Franc. in c.
unico ſub num. 7. & ibi Can. communiter hoc
tit.in 6. Collatio ordinarii ex cauſa permu-
tationis abſque mentione juriſpatronatus
non tollit ultimum ſtatum quaſi poſſeſſio-
nis præſentandi patronis, Calder.conſ. 15. de
jurepatr. Caput. deciſ. 134.part. 1. quod per
non uſum non amittat quis poſſeſſionem,
niſi appareat eum ſpoliatum, & ordinarius
per admiſſionem permutationis non in-
tendit ſpoliare; ratio præmiſſorum eſt,quia
in permutatione interuenit renunciatio,
& beneficium non poteſt renunciari, niſi
in manibus eius, qui poteſt inuitum deſti-
tuere,dictum eſt ſupra tit. de renunciat. ac ſine
titulo, & auctoritate epiſcopi non poteſt
obtineri, c.1.de reg.jur. in 6.item auctoritas
epiſcopi purgat vitium Simoniæ,quod præ-
ſumi poſſet, d. c. quæſitum c. niſi de præb. Ar-
chid.in c. quam pio num.3.1. quæſt. 2.permu-
tantes ſine auctoritate ſuperioris privandi
ſunt beneficiis permutatis,c.cum olim hoc tit.
14 Quinto requiritur,quod † uterque jus ha-
beat in beneficio permutato; l.1.ff. hoc tit.
c.unico,ibi ſua beneficia eod.in 6.c.cum venera-
bilis & ibi Pan. numer. 22. §. ad hæc de except.
Collect.in c.1.num. 3. & ſeqq. hoc tit. petenti
beneficium ex cauſa permutationis, ſufficit
probare communem reputationem, & pa-
cificam compermutantis poſſeſſionem, nō
obſtante clauſula quod Papa non intendit
plus juris conferre proviſo, quam renunci-
anti competeret, Ioan. Andr. in c. unico ſub
num.2.hoc tit.in 6.in fine litterarum permu-
tionis apponi conſueta; Rot.deciſ.10. hoc tit.
in antiq.arg. notab.per Inn. & Hoſt.in c. illud de
præſumpt. & per Innoc. in c. innotuit de eo, qui
fuit. ord. ſuſc. & impugnanti titulum per-
mutantis incumbit onus probandi, c. cum
venerabilis §.ad hæc,& ibi not. Doct. de except.
Pan.num.24.Rot.deciſ 4 hoc tit.in nov. Sexto
quod exprimantur † obtenta beneficia, ſi 15
fiat permutatio in manibus alicuius non or-
dinarii, Rot.deciſ.13.hoc tit.in antiq. atteſtans
ita ſervare Rotam, Septimo ut beneficia ex
† cauſa permutationis reſignata, & vacan- 16
tia ipſis permutantibus conferantur, & col-
latio aliis facta nullius eſt momenti: cui
conformis eſt Stylus Cancellariæ Apoſto-
licæ,juxta quam ſi alicui permutant ſua be-
neficia, unus ſine alio non poteſt habere
litteras,ſive bullas; licet alius cum alio libe-
re poſſit, Rot. deciſ.17.de conſuetud.in antiq.
clem. unica hoc tit.c. inter cætera de præbend.
Collationi autem beneficiorum † vacan- 17
tium per reſignationem ex cauſa permuta-
tionis tempus nō eſt præſtitutum nec habet
locum c.2. § pen. & fin. de conceſſ. præb. quod
in collatione neceſſaria non habet locum,
ſed tantum in voluntaria & habente libe-
ram poteſtatem conferendi, Franc.in c. uni-
co num. 10. hoc tit. in 6. & ibi Gamm. in §. 1.
num. 137. Beneficia & dignitates diverſæ
ſpeciei, & qualitatis poſſunt ad invicem
permutari,c.cum olim.& ibi Pan.n.1. & ſeqq.
h.t.& ibi Can.& poteſt una eccleſia cum plu-
ribus,ſive Iure proprietatis ſive tituli, per-
mutari,c.cum venerabilis §.1.& ibi Ioan.Andr.
ſuper verb. eccleſiis,Felin.in c.1.qui limitat duo-
bus modis Pan.n.4.de except.Rot.deciſ.3.hoc tit.
in nov.& deciſ.9.eod.in antiq. beneficium †
cum præſtimonio non poteſt permutari,
quia hoc cadit in laicum,niſi detur in titulū;
Gemin.in c.1.nu.9.hoc tit.in 6.& ibi Anchar.
col.3.

*col. 3. verſ. ſed juxta hoc quæro*, eadem ratione
beneficium nõ poteſt permutari cum pen-
ſione etiam aſſignata pro titulo recipiendo-
rum ordinum, quia per hoc non cenſetur
beneficialis titulus, *Zab. in clem. 1. §. 1. in 8. &*
*9. quæſt. de ſuppl. negl. pral.* Iura quæ quis ha-
bet ad beneficia etiam vacantia, ac debita
ante collationem & acceptationem nõ pot-
eſt permutare, cum alio ſimile jus habente,
aut cum obtinente beneficium, quia ſunt
jura perſonalia, quæ non poſſunt de uno ad
alium tranſire, niſi mediante Papa, *Anch. in c.*
*1. col. 3. verſ. 3. collige hoc titul. in 6. & ibi late*
*Franc. à n. 14. uſque ad fin. tract. qua benef. poſſ.*
*permut.* Ius quod quis habet in beneficio
poteſt ante adeptam poſſeſſionem permu-
tari, *Franc. in c. 1. n. 16. verſ. 6. hoc tit. in 6. & ibi*
*Gamm. n. 86. Prob. ad Monach. in c. licet epiſco-*
*pus n. 6. de præb. in 6.* An autem in parochia-
libus vacantibus ex cauſa permutationis ſit
faciendum examen per concurſum, *vide*
*Garc. de benef. par. 9. c. 2. §. 1. num. 161. & plu-*
*rib. ſeqq.* Permutatio beneficii ad cuius titu-
lum quis fuit ordinatus eſt nulla non facta
permutatione mentione de hac qualitate,
quæ tamen ſuſtinetur ſi permutans aſſecu-
tus fuerit pacificam poſſeſſionem alterius
beneficii ad ſui congruam ſuſtentationem
ſufficientis, *Greg. 15. deciſ. 441. c. 2. ſeſſ. 21.* In
19 permutationibus † poſtquam ſuperior illas
admiſit, *Rot. deciſ. fin. ſub num. 7. in fin. hoc tit.*
*in antiq. c. 2. de renunc. in 6. juncto c. unico hoc*
*tit. in 6.* eſt vera beneficiorum vacatio quia
in eis intervenit voluntaria reſignatio, *Clem.*
*1. & c. cum olim, c. cum univerſorum hoc tit. c. 1.*
*eod. in 6. & ibi Franc. n. 4. gloſſ. in c. ſi propter in*
*verb. vacabunt. de reſcript. in 6. & ibi Can. Garc.*
*de benef. part. xj. c. 3. nu. 3. & ſeqq.* per quam
permutantes amittunt proprietatem & poſ-
ſeſſionem, c. *admonet* c. *quod in dubiis* c. *ſuper*
*hoc, & ibi Inn. de renunc.* ideo permutanti de-
negatur interdictum unde vi, & remedium
*c. reintegranda, 3. quæſt. 2. Rot. deciſ. 2. hoc tit.*
*in nov. & deciſ. 8. eod. in antiq. c. ſuper hoc de re-*
*nunc. c. excepta, de reſt. ſpol.* & poſt reſignatio-
nem ſequi † debet vera collatio, & inſtitu- 20
tio, *d. clem. unica d. c. unico hoc tit in 6. Rot. de-*
*ciſ. 7. eod. in antiq. & deciſ. 10 de renunc. in an-*
*tiq.* quæ fieri non poſſunt de beneficiis non
vacantibus, *c. 1. & 2. de conceſſ. præb.* & inter-
veniente collatione, & non antea, acquiri-
tur compermutantibus jus in beneficiis
compermutatis, *Zab in clem. unica quæſt. 15.*
*hoc tit. aſſerens de facto ita ſervari, & ibi Cano-*
*niſtæ,* Qualitas quoque requiſita in benefi-
ciis vacantibus requiritur etiam in benefi-
ciis vacantibus ex cauſa permutationis, *Pa-*
*riſ. de reſign. lib. 4. q. 9. n. 25. Put. deciſ. 323. lib.*
*1. Mohed. deciſ. 7. de conceſſ. præb.* ac ſtatuta &
privilegia diſponentia de beneficiis vacanti-
bus, obtinent etiam in vacantibus ex cauſa
permutationis, *c. ſi propter, & ibi poſt gloſſ. in*
*verb. vacabunt, Can. de reſcr. in 6. Garc. de benef.*
*part. xj. c. 3. nu. 7. & 8.* ſed & beneficia † re- 21
ſervata in manibus epiſcopi ex cauſa permu-
tationis renunciata, vere vacant, & permu-
tantes amittunt tam proprietatem, quam
poſſeſſionem, *Rot. deciſ. 1. in 1. dub. hoc tit. in*
*nov. & d. deciſ. 10. de renunc. in antiq. in princ. c.*
*unico hoc tit. in 6. & ibi Can. licet Ioan. Monach.*
*ibidem videatur dixiſſe contrarium clem. unic.*
*hoc tit.* licet epiſcopus ea permutantibus
conferre non poſſit; quia reſervatio afficit
beneficium ſuper quo fit, & aufert inferio-
ribus omnem poteſtatem conferendi, & de
eo diſponendi, c. *ut noſtrum de appell. c. ſi &*
*tempore de elect. in 6. c. 2. & c. dudum de præb.*
*in 6.* neque unuſquiſque permutantium
propria auctoritate recurſum habere ad
proprium beneficium poteſt, nam cum ve-
re vacaverit per reſignationes, c. *quam peri-*
*culoſum 7. q. 1. & ibi gloſ. & DD,* non poſſunt
re ha-

re haberi ſine nova collatione & canonica
inſtitutione, c. *ex frequentibus de inſtit.* c. 1. *de*
*reg jur. in* 6. ſed recurrendum eſt ad ſum-
mum Pontificem pro perficienda permuta-
tione: *Rot. deciſ.* 1. *in* 2. *&* 3. *dub. hoc tit. in nov.*
*& deciſ.* 10. *de renunc. in antiq. Freder. de ſen. de*
22 *permut. quæſt.* 30. ſi vero ſuperior † permuta-
tionem non admittat, vel ex cauſa admiſſa
non perficiatur, unicuique permutantium
licitum eſt ad ſuum beneficium redire abſq;
datione alterius executoris, vel alia nova
collatione, *Rot. deciſ. fin. num.* 6. *in fin. & num.*
7. *hoc tit. in antiq. Rot. deciſ.* 1. *num.* 6. *in fin. at-*
*teſtans ita ſervari hoc tit. in nov. licet Garc. de be-*
*neſ. par. xj.* c. 4. *num.* 7. *& ſeq. dicat id eſſe ſpecia-*
*le in permutatione facta in manibus Papæ*, quia
tunc beneficia permutata vacant de Iure, de
facto; & in permutatione, licita eſt pœni-
tentia, re integra; *Vital. in clem. un. num.* 83. *&*
87. *& ſeqq. hoc tit. & ibi Anchar. num.* 5. *Rot. d.*
*deciſ.* 1 *num.* 6. *in fin. hoc tit. in nov.* Permutatio
23 † contrahitur inter duos, inter tres non eſt
vera permutatio, *Imol. in clem. unica num.* 40.
*& ibi Can. Collect. in* c. 1. *nu.* 9. *& Achill. deciſ.* 2.
*hoc tit.* unde ſi Antonius renunciaret benefi-
cium ſuum in favorem Alexandri, & Alexan-
der beneficium ſuum in favorem alterius
intuitu Antonii, nō eſt permutatio, quia non
permutant ad invicem beneficia ſuæ, c. *cum*
*univerſorum hoc tit. Franc. poſt Io. And. in* c. 1. *ſub*
*n.* 3. *circa finem eod. in* 6. *& ibid. Anchar.* & iſtæ
quadrangulares & triangulares permutatio-
nes cenſentur Simoniacæ, quia in eis reſi-
gnationes non fiunt liberæ, *Pan. in d.* c. *cum u-*
*niverſorum n.* 4. *&* 5. *Ioan. Andr. in* c. *unico ſub n.*
2. *h. t. in* 6. c. *ex parte* 1. *& ibi gl.* 2. *de off. deleg.*
*Caputaq. deciſ.* 325 *par.* 2. & beneficia poſſunt
impetrari tanquam vacantia cum collatio
non teneat, c. *ordinationes, & c. ſeq.* 1. *q.* 1. *Col-*
*lect. in* c. 1. *n.* 9. *&* 10. *hoc tit. Pan. in d.* c. *cum u-*
*niverſorum n.* 5. *in fin.*

Beneficia reſignata † in Curia cauſa per- 24
mutationis, non vacant in Curia, quia ſunt
reſignata ſub modo, qui niſi ſequatur non
intelligitur facta renunciatio, *l. ſi me l. qui ab-*
*ſenti §. ſi quis ff. de acq. poſſ. Innoc. in* c *inter cæte-*
*ra in princ. de præb. Rot. deciſ.* 4. *hoc tit. in antiq.*
vel ſub conditione tacita à Iure approbata,
ſi ſuperiori placuerit, transferre permutan-
tes, c *quæſitum hoc tit.* & non † admiſſa ſive 25
ſecuta permutatione ſine culpa utriuſque
vacat extra curiam, ſi permutare volentes
moriantur extra curiam, *l. cum te feud. C. de*
*pact. inter empt. & vend. Ioan. Andr. in* c. *unico*
*ſub n.* 5. *hoc tit. in* 6. *Rot. deciſ.* 4. *n.* 2. *eod. in an-*
tiq. ſi autem unus † permutare volentium 26
moriatur extra curiam, non facta permuta-
tione, ſuperviventi confertur beneficium
mortui, & in ejus perſona perficitur permu-
tatio, & Bulla per Cancellariam expeditur,
*Rot. d. deciſ.* 4. *nu.* 3. *hoc tit. in antiq. arg. l. jure ci-*
*vili cum ibi not. ff. de cond. & demonſtr.* ac bene-
ficium ſuperviventis vacat per reſignatio-
nem, *Rot. deciſ.* 10. *de renunt. in antiq. Clem. u-*
*nica hoc tit. & ibi poſt gl. in verb. ex cauſa Can.*
*Garc. de beneſ. part. xj.* c. 4. *n.* 10.

Permutatione beneficiorum † completa 27
ex una parte, ſi per alteram ſtet quominus
impleatur? is qui implevit reſtituitur ad
ſuum beneficium auctoritate ſuperioris, *d.*
c. *cum univerſorum, & ibi Pan. n.* 4. *& Can. com-*
*muniter Felin. in* c. *cum venerabilis n. xj. de ex-*
*cept. Rot. deciſ. fin. n.* 6. *hoc t. in antiq.* idem ob-
tinet † ſi beneficium permutatum evinca- 28
tur, vel alterum ex duobus beneficiis cum
uno commutatis evincatur, & aliud dimit-
tat vel dimittere paratus eſt, *Felin. in d.* c. *cum*
*venerabilis n. xj. in fin. Pan. n.* 23. *Rot. deciſ.* 3. *h.*
*t. in nov.* propria enim auctoritate ad bene-
ficium permutatum redire non poteſt, quia
cum permutatio ſit actus liber & volunta-
rius, *Pariſ. in d.* c. *cum venerabilis n.* 45. bene-

ficiumque vere vacaverit, non poteſt rehaberi ſine nova collatione & inſtitutione, *Rot. deciſ. 1. in 3. dub. & deciſ. 3. h. t. in nov. & deciſ. 7. eod. in antiq. & deciſ. 10. de renunc. in antiq. c. ex frequentibus de inſtit. cum ibi not*, niſi in bullis permutationis ſit clauſula, ut alteri ex permutantibus, ſi compermutans facit ne permutatio ſortiatur effectum, liceat etiam propria auctoritate ad beneficium redire, *arg c. ſi beneficia de præb. in 6. Mandoſ. de ſign. grat. tit. permutationes verſ. clauſula, ut alteri &c.* quo caſu poſſeſſione vacua, propria auctoritate redire poteſt, quod non eſt permiſſum ſi alius occupavit beneficium, *l. fin. C. de edict. div. Adr. toll. l. cum hæredes, & ibi not. ff. de acquir. poſſeſſ. Inn. in c. tranſmiſſam ſub n. 1. verſ. & poſſunt hæc habere locum de elect. Rot. deciſ. 7. de reſt. ſpol. in antiq.* Interdum Papa concedit compermutantibus, ut in dictis quondam antiquis & prioribus beneficiis poſſint remanere, *Lap. alleg. 89. ſub nu. 2. verſ. primum c.* An æquitas *l. 2. C. de reſcind. vend.* habeat locum in permut. beneficiorum, *vide vide Bell. de permut. benef. par. 2. q. 2. n. 7. & pluribus ſeqq. uſque ad finem, & Bald. obiter aliter ſentientem in d. l. 2. n. 22.*

*De Feudis.*

## Titulus XX.

*SVMMARIA.*

1 *Feudi definitio.*
2 *Feudatarij circa obſequia & ſervitia libertis æquiparantur.*
3 *Feudum eſt contractus nominatus.*
4 *Quænam actio ex eo detur.*
5 *Vaſalli omnes fidelitatem habere debent.*
6 *Inveſtitura per quos teſtes probetur.*
7 *Fœmina in feudo non ſuccedunt.*
8 *Feudum in dubio præſumitur ex pacto & providentia.*
9 *Prælati eccleſiæ non poſſunt res Eccleſiæ infeudare.*
10 *Limita dictam regulam in quinque caſibus.*
11 *Vaſallus privatur feudo ex eiſdem cauſis ob quas filius poteſt exhæredari, conjugi olim poterat dare libellus repudij, donatio inter vivos perfecta revocari & libertus ut ingratus in ſervitutem redigi.*
12 *Vaſallus ſine permiſſione Domini feudum diſtrahens vel pro anima judicans, vel alteri oppignorans vel aliquod commercium ſuper feudo excogitans actu & facto pratio & feudo ipſo jure privatur.*
13 *Excepta ſub infeudatione facta ſine fraude & oppignoratione feudi à vaſallo ipſi domino.*
14 *Dominus an poſſit alienare feudum vaſallo invito.*
15 *Vaſallus ſi per annum & diem inveſtituram non petierit, feudum amittit.*
16 *Vaſallus ſi filius ejus dominũ offenderit, ipſum à ſe ſeparat, alioquin feudum amittit.*
17 *Vaſallus feudum inficiens fraudulenter feudum amittit.*
18 *Dominus proprietate privatur ex omni Felonia, qua vaſallus feudo privatur.*
19 *Caducitas incurſa præ deceſſorẽ non poteſt declarari contra ſucceſſorem vel hæredem.*
20 *Ius revocandi feudum propter ingratitudinem non tranſit ad hæredem ipſius domini.*
21 *Domini an ſit cognitio de controverſis feudi.*

SUBNECTIT hunc titulum, quia feudum
eſt ſpecies alienationis, *c. 1. §. fin. de inve-*
*ſtit. de re alien. fact.* nam eſt benevola † & per- 1
petua conceſſio rei immobilis, vel æquipol-
lentis, cum translatione utilis dominii pro-
prietate retenta, ſub homagio ſive fidelitate
& exhibitione ſervitiorum, *c. 1. §. fin. in quib.*
*cauſ. feud. amit, Bald. in præluḋ. feud. nu. 7. & 8.*

*Zabarin.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Zabarin.c.2.in quæſt.14.& qu.15.h.t.& ibi I-
2 mol.& Can.feudatarii † circa obſequia & ſer-
vitia libertis æquiparantur. Bald. in l. liberti
n.41.C.de oper.libert.gl.in c.1.in verb. ſalva re-
verentia, de mil.vaſſ.qui cont.eſt gl.in l.ſolo, C. de
lib.cauſ.gl.in l 2.in verbo nati C.de lib.& eorum
lib.Iaſ.in l.ſi non ſortem §. libertus in princip.ff.
3 de condict.indeb.feudum eſt † contractus no-
minatus proprio nomine & ſingularibus
conſuetudinibus & naturis diſcretus, Bart.
in l. jurisgentium §. quinimmo n.19 ff. de pact.
Bal.in c.quæ in Eccleſiarum n.84.& ſeq.& ibid.
Imol.de conſtit.habet enim formam juramen-
ti fidelitatis & inveſtituræ, c.de forma 22.qu.
5.c 1.de forma fidelitatis: c.unico de nov.form.
fidel.quæ in dubio facta præſumitur præſen-
ti, Felin.in c.tenor n.3 de re jud.ubi late tractat,
quando præſumitur præſentia, & Can.quod ſi
concedens feudum induxit vaſallum in poſ-
4 ſeſſionem naturalem feudi, datur † vaſallo
utilis rei vendicatio contra extraneum &
contra dominum, quia utilis tunc præfertur
directæ, c. 1. verſ. rei autem de inveſtit. de reb.
al.fact.c.1.de controv.int.vaſall.& alium de be-
nef.& utrobique gl. ſi inveſtivit vaſallum ver-
bo aut alio actu corporeo puta haſta aut en-
ſe, nõ competit vaſallo rei vendicatio quod
talis inveſtitura non transferat poſſeſſionem
aut dominium, c 1 & ibi Bald.num.2.& DD.
quid ſit inveſtitura, c.ex ore de his quæ fi. à ma-
jor.par.cap.c. auctoritate de inſtit. niſi fiat in
præſentia rei, l.quod meo § ſi venditorem 2.reſp.
ff.de acq.poſſ. Pan. in c. per tuas in fin.de donat.
ſed compellitur dominus poſſeſſionem feu-
di, de quo inveſtituram fecit præciſe trade-
re, prætermiſſa condemnatione ad intereſ-
ſe, §.ſi facta c 1.ſi de feud.def.cont.ſit int.dom.
& agnat.vaſſ.ſi eſt facta ſola promiſſio de in-
veſtiẽdo, datur vaſallo cõtra dominũ actio
ex contractu feudi, Bart.in l.unica n.10.ff.de
cond.ex lege, quæ variatur in directam, quæ
datur domino, & contrariam quæ datur va-
ſallo, Bart.in l. commodato §.1.ff commod. vel
condictio quæ naſcitur ex moribus ſeu uſib.
feudorum, Bald.in rubr.C.n.14.de cond.ex lege
Iaſ in præl.feud.nu.35.& 36.aut ſi vallata ſit
ſtipulatione, actio ex ſtipulatu, quia in ea
deducitur factũ incertũ, nempe promiſſio
de inveſtiẽdo, Inſt.de verb.obl.in prin.l.ubi aut
§.quid quod ff.de verb.oblig.l ſi quis certum ff.ſi
cert.pet. E contra dominus aget ad ſervitium
actione ex ſtipulato ſi fuit ſtipulatione pro-
miſſum, vel actione ex contractu feudi, ut
dictum eſt, vel condictione ex moribus, gl.
fin.in c.1.§.fin.de c.qui jur.vend.Paulo ante fin.
Omnes vaſalli † fidelitatem facere debent, 5
niſi nominatim & expreſſe ſit dictum, quod
ſit francum, id eſt ſine fidelitate conceſſum,
quia excedit naturam recti feudi etiam no-
bilis, Bald.in c inter dilectos num.8.& 10.de fid.
inſtr.

Probatur inveſtitura † ſi feudum eſt anti- 6
quum, per quoſcumque Teſtes, præter fœ-
minas, ſi feudum eſt novum per pares Curiæ
tantum, id eſt alios Convaſallos, c. unico, qui
teſt.ſint,nec ad prob.nov.inveſt.& ibi Bald.n.1.
latius diſtinguit.

Fœminæ † in feudo non ſuccedunt, niſi 7
de eis nominatim ſit dictum, c.unico in fin.in
quib.cauſ.feud.amitt.& filiis maſculis non ex-
tantibus, c. 1. §.filia de ſucceſſ.feud. maſculis
extantibus, fœminæ ulterius non admittun-
tur, c.1 §.fin. Epiſc.vel Abb. feud.non poſſ. c.u-
nic.de eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis maſc.vel
fœm.inveſt.

Feudi diviſio multiplex eſt, ut patet ex ar-
bore feudorum impreſſa poſt libros feudo-
rum, ad quam me refero, Feudum in dubio
† præſumitur ex pacto & providentia & non 8
hæreditarium, Mynſ.obſer.2.cent.4.

Prælati Eccleſiæ † non poſſunt res Eccle- 9
ſiæ infeudare, Vt in rubr.& nigr.Epiſcopi vel



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Abb. feud dar. non poſſ. fallit in feudo deuo-
10 luta † ad Eccleſiam; ſecundo, in feudo per
vaſſallum alienato ſine licentia Eccleſiæ
& per vaſſallum amiſſo, de quo Prælatus
poteſt inueſtire filium vel conſanguineum
alienantis, quia aliud eſt alienare de nouo,
aliud antiquum concedere Tertio in feudo
alienato, quod per Eccleſiam facile non po-
teſt recuperari, quod poteſt Prælatus alicui
laico in feudum concedere qui illud recu-
peret, & in feudum ab eccleſia recognoſcat,
c. fin. hoc tit. & ibi gl. & Can. Quarto, ratio-
ne ſeruitij ipſi Prælato præſtiti, c. per tuas de
donat. & ibi Pan. n. 2. & Can. Quinto, poſ-
ſunt prælati reintegrare feudum conceſſum
ad menſuram promiſſam, d. c. per tuas, & ibi
Pan. n. 1. & 3. & Can.

11 Vaſſallus priuatur feudo † ex eiſdem
cauſis ob quas filius poteſt exheredari, con-
iugi olim poterat dari libellus repudij, do-
natio inter viuos perfecta poteſt reuocari,
& libertus vt ingradus in ſeruitutem redigi,
c. 1. §. item qui Dominum, verſ. prædictis, quæ
fuit 1 cauſ. benef. amitt. Tamen poſſeſſionem
feudi non amittit, niſi per ſententiam pri-
uationis ſiue declaratoriam, c. 1. in princ. de
feud. ſine culp. non amitt. & ibi Affl. n. 13. &
DD. Gail. obſ. 51. lib. 2. Sunt multæ cauſæ ſpe-
ciales ob quas vaſſallus feudo priuatur, enu-
meratæ in titulis, quibus mod. feud. amitt. &
quæ fuit 1. cauſ. benef. amitten. lib. 2. Ingratitu-
do probari debet per quinque Teſtes ſum-
mæ atquæ integræ opinionis, c. vnico, quot
teſtes ſint neceſſ. ad prob. feudat. ingrat. Ego
12 paucas enumerabo. Vaſſallus † ſine permiſ-
ſione domini expreſſa vel tacita gl. in c. 1. in
verb. ipſorum permiſſu feud. alien. per Lotar. c. 1.
§. præterea, & ibi gl. regreſſum quib. mod. feud. a-
mitt. Clar. in §. feudum quæſt. 31 n. 13. feu-
dum in totum vel partem aliquam diſtra-
hens, vel pro anima iudicans, vel alteri op-
pignorans, vel aliquod commercium ſuper
feudo excogitans, actu vel facto, (requiri-
tur enim actualis traditio, & non ſufficit
clauſula conſtituti,) Bald. in cap. 1. §. aut ſi
libellario numer. 4. quib. mod. feud. amitt. lib.
1. & ibi DD. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 13.
num. 3. & 4. Greg. 15. deciſ. 388. num. 2. &
ibi annot. & deciſ. 520. & ibi annot. pretio
feudo, ipſo iure priuatur quod ad dominũ
libere reuertitur nulla præſcriptione obſtã-
te. Notarius qui ſuper tali contractu inſtru-
mentum conſcripſerit, poſt amiſſionem of-
ficij, infamiæ periculum ſuſtinet, & amit-
tit manum, c. 1. de prohib. feud. alien. per Lot-
har. c. 1. de prohib. feud. alien. per freder. Excep-
ta † ſub infeudatione facta ſine fraude, c. 1. 13
§. in ſuper, & ibi gl. in verbo alium vaſſallum,
& DD. de prohibit. feud. alien. per freder. Myn-
ſing. obſ. 62 cent. 1. & oppignoratione feudi
à vaſſallo facta ipſi domino, qui ſi abſtinue-
rit à ſeruitio vaſſalli, non tenetur fructus in
ſortem computare, c. 1. hoc tit. Franc. Marc.
deciſi 610. part. 1. Domius non poteſt † alie- 14
nare feudum vaſſallo inuito per viam dele-
gationibus, ſed per modum ceſſionis poteſt
vaſſallo inuito, ſi alienat cum Curia, ac eti-
am ſine curia; Dummodo totam proprieta-
tem alienet, c. 1. §. ex eadem lege, & ibi Bald.
n. 1. & DD. de leg. Corrad. Put. deciſ. 37. lib. 1.
plures citans late Felin. in c. dilecti ſub n. 1, in gl.
ſuper verbo, hominibus inuitis, de maior. & obed.
Quia licet domino de proprietate ſua di-
ſponere, cum proprietas non ſit affecta, ſi-
cut licet alienare cum prædio aſcriptitios,
& cenſitos etiam inuitos, quamuis ipſi in-
genui ſint, l. quemadmodum, & l. ne diutius, &
ibi gl. in verb. intelligatur. C. de agric. & cenſit.
lib. xj. Secundo, ſi quis infeudatus maior
quatuordecim annis, ſua in curia, vel negli-
gentia per annum † & diem ſteterit, quod 15
feudi inueſtituram non petierit, tranſacto
hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc tempore feudum amittit, & ad dominum redit, c. 1. *in fin. princ. de prohib. feud. alien. per freder. Mynſ. obſ. 9. cent.* 5. ſi juſta cauſa impeditus non petierit, non amittit feudum, c. *quoniam de prohib. feud. alien. per Lo-*
16 *thar.* Tertio, ſi filius † aut aliquis ex domeſticis vaſſalli dominum offenderit, Pater à domino requiſitus deducit filium ad ſatisfaciendum domino, vel à ſe filium ſeparat, alioquin feudo privatur, ſi pater vult eum deducere, ut ſatisfaciat, & filius contemnit, Patre mortuo in feudo non ſuccedit, c. 1. §. *inſuper de prohib. feud. alien. per fre-*
17 *der.* Quarto vaſſallus feudum † inficians fraudulenter, ſi dominus contra eum probaverit, feudum amittit, §. *fin.* c. 1. *de lege Corradi.* alias cauſas in locis præcitatis lector videre poterit.
18 Ex omni felonia † qua vaſallus feudo privatur, dominus proprietate privatur, c. *unico. Qual. Domin. propr. privetur.* Caduci-
19 tas † incurſa per prædeceſſorem non poteſt declarari adverſus ſucceſſorem vel hære-
20 dem, Ius quoque revocandi feudum † propter ingratitudinem vel feloniam non tranſit ad hæredem ipſius Domini, *l. 1. in fin. & l. fin. C. de revoc. donat. & ibi Bald. Salic. & DD. c. fin. & ibi gloſſ. fin. & Can. de donat. Caſſad. deciſ. 2. de locato Mynſ. obſ. 97. cent.* 3. præterquam in caducitate quæ incurritur vigore pacti quia illa revocatio fit de jure communi & ideo hæredi & in hæredem competit. *Bald. in d. l. fin. num. 2. Salic. numer. 4. & DD. communiter Gregorius xv. deciſ. 529. num.* 16. *& 20. Ant. Gabriel. de criminalib. concluſ. 35. ubi ponit plures ampliat. & limit.* Domini
21 eſt † cognitio, ſi inter duos vaſallos de feudo ſit controverſia, & per eum controverſia terminatur; tum in petitorio quam etiam in poſſeſſorio quando poſſeſſorium reſpicit adminiculum petitorii, *Bal. in c. 1. nu. 2. de lege Corradi Præpoſ. in c. 1. ſub numer. 6. verſ. quid autem ſi inter vaſallos vertatur quæſtio in poſſeſſorio ſolo Apud quem vel quos quæſt. feud. deb. term. & ibi Alvarot. ſub num. 3. late diſtinguit §. fin. de prohib. feud. alien. per Freder. & ibi DD.* ſi inter dominum, & vaſſallum lis oriatur, per pares curiæ à domino ſub fidelitatis debito conjuratos terminatur c. 1. §. *fin. verſ. præterea, de prohib. feud. alien. per Freder. Mynſ. obſ. 99. cent. 1. & obſ. 89. cent. 4. & obſ. 75. cent.* 5. coram quibus non habet locum reconventio ſuper negotio non feudali. *Mynſ. obſ. 90. cent. 4. Bald. in c. præterea num. 12. & ſeqq. de prohibita feud. alienat. per Frid.* & ad quem in utroque cauſa ſit appellandum *tradit Mynſ. obſ. 5. cent.* 5. ſi dominus non habet Pares Curiæ, tunc judicis illius, qui convenitur, vel eius, in cuius foro res eſt ſita, erit cognitio, *l. 2. C. de jurisd. omn. jud. l. fin. C. ubi in rem actio. &c.* Idem obtinet ſi inter dominum, & alium, qui non ſit vaſallus, de feudo quæſtio eſt, vel inter vaſſallum, & alium, ut ſub alio judice, ſub cuius juriſdictione erunt, vel res eſt ſita, terminari debeat, §. *ſi judex verſ. ſi duo, & verſ. ſeq. de pac. tenenda. c. 1. verſ. ſi autem de l. Corral.*

## *De pignoribus, & aliis cautionibus.*

## Titulus XXI.

### *SVMMARIA.*

1. *Beneficiorum fructus non veniunt in ſimplici obligatione facta per clericum.*
2. *Pignus non recipit diviſionem inter hæredes licet actio perſonalis inter eos ipſi jure ſit diviſa proportionibus hæreditariis.*

SVBDIT hunc titulum, quia oppigneratio rei ſpecies eſt alienationis, c. 2. & 3.

*hoc tit. c.nulli de reb.eccl.non alien.* De ſerviana, & quaſi ſerviana, quæ dantur creditori tractatur *in Inſtit.Imper.tit.*de action.§.item ſerviana, & pignoratitia actione quæ datur debitori ſoluto debito pro repetitione rei oppignoratæ in Inſtrum. Imper. tit. *quib. mod.re contrah oblig.§.fin.* In ſimplici obligatione facta per clericos non veniunt fru-
1 ctus † beneficiorum ſuorum; ita quod fructus debeant creditoribus applicari, niſi in utilitatem eccleſiæ debitum eſſet contractum; ſed ad ſolutionem debitorum per eos contractorum poſſunt capi in cauſam judicati: c. *pervenit, & ibi Innoc.in verb. redditibus Hoſt.n.7 & Can.de fideiuſſ.Rot. deciſ. u-*
2 *nica de ſolut. in antiq.* Pignus † non recipit diviſionem inter hæredes, licet inter eos actio perſonalis quæſita ex lege duodecim tabularum pro portionibus ſcindatur, *l.* 1. *&* 2. *C. ſi unus ex plur. hær. cred. vel deb. port. ſuam deb. ſol. vel acc.* & unus non poteſt inſolidum pro toto credito conveniri, etiamſi alter cohæres non eſſet ſolvendo, *Greg.* 15. *acciſ.*442.*& ibi add. allegat. Gomeſ. de individ. tom.*2.*c.*10.*ſub num.*3.*verſ.& procedit etiamſi l.pacto, & ibi gloſſ.*1.*C.de pact.l.*3.*ff famil. herciſc. ibi, ut quis totum ſolui debeat l. ea quæ C. famil.herciſc.& ibi gloſſ.mag.l.*1. *& l.pro hæreditariis C.de hæred.act. & ibi gl. mag. ponit aliquot fallent.& DD.l.*1.*C.ſi cert.pet.l.*1.*C.de ann. & trib. lib.* 10. Vnde ſi creditor decedat relictis pluribus hæredibus, & uni hæredum ſolvatur pro parte ſua, pignus non liberatur, ſed in ſolidum cuique tenetur, & poſſunt reliqui hæredes totum fundum vendere oblato debitori eo, quod cohæredi eorum ſolvit, *l ſolutum §. ſi creditori ff. de pignor. act.* etſi unus ex pluribus hæredibus debitoris portionem ſuam ſolverit, tamen tota res pignori data venire poterit, *l. ſi neceſſarias §.ſi unus ff.de pign.act.l.quandiu l.unus C.de diſtract. pign.* & unus hæredum debitoris pignora poſſidens in ſolidum convenitur, & non pro portione hæreditaria, *l.fin.C. ſi unus ex pluribus hæred.* quia actio hypothecaria eſt realis.

## *De Fideiuſſoribus.*

## Titulus XXII.

### *SVMMARIA.*

1 *Videantur inſtit. imperiales* hoc tit.
2 *Prohibetur clericis & religioſis ne eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis debitis gravent.*

Dictvm eſt de pignoribus, quæ dantur, aut conſtituuntur ut creditori ſalvum ſit ſuum creditum, nunc dicendum eſt de † fideiuſſoribus, qui pro alienis debitis 1
intercedunt de quibus vide Inſtit. Imper. hoc eod. tit. Prohibetur clericis † & religio- 2
ſis, ne eccleſiam ſibi commiſſam pro alienis debitis gravent, ſi ſecus fecerint eccleſia ad ſolutionem talium debitorum non tenetur, & clericus ipſo Iure eſt ſuſpenſus ab adminiſtrationes ſpiritualium & temporalium, ac eccleſiam indemnem reddere tenetur, *c. ſi quorumdam de ſolut.* Religioſus vero graviori diſciplinæ ſubjicitur, *c. penult. h.t.*

## *De Solutionibus.*

## Titulus XXIII.

### *SVMMARIA.*

1 *Soluiſſe dicitur non tantum is qui pecuniam numeravit verum omnis qui obligatione qua tenebatur liberatus eſt.*

2 *Cre-*

2 *Creditor non cogitur recipere principale debitum niſi acceſſorio oblato.*

OBLIGATIONES de quibus dictum
eſt ſolutionibus tolluntur, *Inſtit. quib.
mod toll. oblig. in princ.* Ideo ſubnectit hanc
rubricam; Dicitur † ſolviſſe is, non tantum,
1 qui pecuniam numeravit, verum omnis o-
mnino, qui obligatione, qua tenebatur, li-
beratus eſt, *l. 4. §. condemnatum, verſ. ſolviſſe ff.
de re jud.* per alios modos, quibus tollitur
obligatio notatos in Inſt. Imper. *tit. quib.
mod. toll. obligat.* ad quem me remitto, quan-
do unum debitum eſt principale & aliud ac-
ceſſuum quamvis acceſſorium eſt illiquidũ
non cogitur † creditor recipere principale,
2 niſi acceſſorio oblato, *Iaſ. in l. quidam exiſti-
maverunt ſub num. 6. in 3. limit. verſ. 2. intelli-
ge. Alex. num. 8. ff. ſi cert. pet. & ibidem DD. per l.
tutor §. Lucius ff. de uſur. approb à Rot. Cæſ. de-
ciſ. 8. n. 8. & 9. de reſtit. ſpol.*

## *De Donationibus.*

## Titulus XXIV.

### SVMMARIA.

1 *Clerici res eccleſiæ donare non poſſunt.*

2 *Vt donatio teneat duo copulative requirantur, ut fiat in caſu licito, & ſi excedat ſummam præfinitam quod ſervetur ſolemnitas requiſita.*

3 *Præfata non requiruntur in caſibus in quibus tutor dare poteſt, aut quando donat aliquid de redditibus eccleſiæ.*

4 *Clericis interdicitur ne ſtudeant conſanguineos familiareſve ſuos ex redditibus eccleſiæ augere.*

5 *Donatio inter vivos in dubio præſumitur.*

6 *Donatio ob bene merita cenſetur facta ex cauſa oneroſa.*

7 *Interpretatio in contractibus plena in teſtamentis plenior, in beneficiis & donationibus pleniſſima eſt adhibenda.*

8 *Clauſula*, concedimus vobis illam eccleſiam, *explicatur.*

9 *Donata res eccleſiæ ſub modo irrevocabiliter fit eccleſiæ, niſi in contractu ſit expreſſum quod modo ceſſante debeat revocari.*

10 *Donatio facta alicui pro ſe & deſcendentibus ex ſuo corpore natis, moriente ultimo ex deſcendentibus non revertitur ad donantem ſed tranſit ad hæredes extraneos donatarii.*

11 *Donator de evictione non tenetur.*

CLERICI ſuper rebus Eccleſiæ ſibi com-
miſſæ contractus inire poſſunt, ut di-
ctum eſt, eas vero † donare non poſſunt 1
regulariter, quia rerum eccleſiaſticarum
ſunt procuratores & non domini, conditio-
nem eccleſiæ meliorare poſſunt, deteriorẽ
facere non debent, c. 2. *hoc tit.* Vt donatio † 2
teneat duo copulative requiruntur ut fiat
in caſu licito, puta eccleſiæ vel loco religio-
ſo, *Clem. 2. de reb. eccl. non alien. c. paſtoralis, &
c. ſeq. hoc tit. c. ſi epiſcopus unam, 12. quæſt. 2.* vel
pro redemptione captivorum, vel alimonia
pauperum, c *aurum 12. quæſt. 2. cap. 3. & ibi
gloſſ. fin. hoc tit.* & ſi excedat ſummam à ca-
nonibus præfinitam; c. *apoſtolicæ in fin. hoc
tit. c. ſi quis 3. c. ſi quis 12. quæſt. 2.* vel potius
conſiderata qualitate & quantitate rei do-
natæ & loci conſuetudine, c. *cæterum, & ibi
Anch. in 4. not. Pan. ſub numer. 1. & 3. & Can.
hoc tit.* quod ſervetur ſolemnitas debita: c.
*ſine exceptione c. ſi epiſcopus unam 12. quæſt. 2.
dictum eſt ſupra de reb. eccl. non alien.* altero
deficiente donatio eſt ipſo jure nulla: c. 2.
*& ibi Pan. num. 5. & Anch. in c. apoſtolica num.
7. hoc tit.* utroque interveniente valet dona-
tio, & ſi eſt gravoſa multũ eccleſiæ, revoca-
bitur

bitur per in integrum reſtitutionem. *Anch.*
*in d.c.2.in fin.& Pan.num.2.hoc tit.Archid.in*
*c.placuit ſub num.1.verſ.ſed pro prima ſententia*
3 *15.quæſt.* 2. Præfata † non requiruntur in
caſibus, in quibus tutor dare poteſt, *l. cum*
*plures §.fin.& l. cum tutor §.fin.ff.de adminiſt.*
*tut.* aut quando donat aliquid de redditibus
Eccleſiæ, quos facit ſuos, *c.præſenti de off. ord.*
*in 6.Pan.in d.c.cæterum num.4.* aut de mobi-
libus emptis ex fructibus eccleſiæ: *c. adhæc*
*de teſtam.* Ex decretis Concilii Tridentini
4 interdicitur † epiſcopis & quibuſcumque
eccleſiaſtica beneficia tam ſæcularia, quam
regularia obtinentibus, ac etiam S.R.E.
Cardinalibus, ne ex redditibus Eccleſiæ
conſanguineos familiareſve ſuos ſtudeant
augere, qui ſi pauperes ſint, iis, ut pauperi-
bus diſtribuere permittit. c.1.*ſeſſ.25.*

Donationum duo ſunt genera, mortis
cauſa, & non mortis cauſa quæ inter vivos
appellatur, ut latius traditur *in inſtit. Imper.*
5 *hoc tit.* In dubio præſumitur † donatio in-
ter vivos, etiamſi fiat ab infirmo. *l.Seia §.fin.*
*ff.de mort.cauſ.donat.& ibi Bart.& DD gl.1.*
*in l.fin.C.eod. & ibi DD.Iaſ. in l.quæ dotis num.*
*26.& ſeqq.ff.ſol.matr.* donatio ob benemeri-
6 ta † cenſetur facta ex cauſa oneroſa, *l. ariſt.*
*l. hoc jure §.1.& fin.ff.hoc tit.* & eſt irrevo-
cabilis etiam ob vitium ſubſequens ingrati-
tudinis. *l.ſi pater §.fin ff.hoc tit.& ibi glo.pen.*
*Rom.ſing.520.donatio.Rom.conſ.298.numer.*
*quarto & ibi Add.& fuſius in l.ſi vero §.de viro*
*n.46.ff.ſol.matr.*
7 In contractibus plena † in teſtamentis
plenior, in beneficiis & donationibus ple-
niſſima interpretatio eſt adhibenda, *c.cum*
*dilecti hoc tit.§ peculium Inſtit. de legat.l.1.C.*
*de pec.eius, qui lib.mer.* Ideo ſi epiſcopus, cō-
ſentiente patrono, viris religioſis aliquam
eccleſiam concedendo utatur hac ſimplici-
8 tate verborum, † *concedimus vobis illam eccle-*
*ſiam*, patronus Iuspatronatus, epiſcopus
portionem fructuum, quam percipiebat in
eadem eccleſia, vel ſi ex ipſius proventibus
nullam debeat portionem habere, omnes
proventus, præter cathedraticum, in eo-
rum uſus convertendos donaſſe videtur, *c.*
*paſtoralis hoc tit.* & ſi pleno jure conceſſerit
eccleſiam monaſterio exempto, etiam ca-
thedraticum cum correctione, viſitatione,
procuratione, reverentia, & charitativo
ſubſidio cenſetur conceſſiſſe, *Calder.conſ.5.*
*de reb. eccl.non alien. de cuius veritate dubitari*
*poteſt propter c.viſis & ibi gl.in verb.tradita 16.*
*quæſt.2.& not.per Collect.in c.cum venerabilis*
*num.5 de cenſib.&c. Pan. in c.cum olim el.2.*
*n.4.de privil.* Res donata † eccleſiæ ſub mo- 9
do ſtatim & irrevocabiliter fit eccleſiæ, niſi
in contractu ſit expreſſum, quod modo
ceſſante debeat revocari, *c.verum de condit.*
*appoſ.l.2.§.fin.& l.ſeq.& ibi DD.ff.de donat.*
*Pan.late in c. verum numer.26.& ſeqq.& ibi*
*Can.de for.comp.* Donatio † facta alicui pro 10
ſe & deſcendentibus ex ſuo corpore natis,
moriente ultimo ex deſcendentibus non
revertitur ad donantem, ſed tranſit ad hæ-
redes extraneos donatarii, quia iſta eſt na-
tura donationis ut ſit perpetua, *l.1.ff.de do-*
*nat.l.Senatus ff. de mortis cauſ.donat.§.alia,&*
*§.ſciendum Inſtit. de donat.* remanetque pe-
nes ultimum morientem ſine deſcendenti-
bus ſine ullo onere & gravamine, ſicut fi-
deicommiſſum ſimili modo relictum, *l.cum*
*pater §.libertis in fin.ff.de legat.2.Achill.deciſ.1.*
*hoc tit.Greg.15.deciſ.542.n.8.* Donator † de 11
evictione non tenetur, ſed de dolo ſi inter-
ceſſerit, *l.Ariſt.§.fin.ff.de donat.l.2.C.de e-*
*vict.Greg.15.deciſ.340.n.4.&*
*ibi annot.*

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *De Peculio clericorum.*

## Titulus XXV.

### SVMMARIA.

1 Clerici duplex habent peculium profectitium quod provenit ex rebus eccleſiæ ut ſunt bona mobilia, & prædia acquiſita intuitu eccleſiæ ex oblationibus & ejus fructibus quæ acquirunt ipſi eccleſiæ etiamſi proprio nomine emerint.

2 Laicale quod ante promotionem vel poſt promotionem, artificio paterna ſucceſſione, aut dono conſanguineorum vel amicorum intuitu perſonæ clericis obvenit & adventitium vel quaſi caſtrenſe dici poteſt de quo libere diſponunt.

3 Clerico qui induſtriam impendit in rebus eccleſiæ plantando uſus meliorationum conceditur ad vitam etiam poſt dimiſſionem eccleſiæ aut privationem ob crimen.

4 Clericis de peculio profectitio an liceat facere teſtamentum vel legatum.

5 Profectitium peculium in dubio præſumitur.

6 Clericus habens utrumque patrimonium poteſt bona eccleſiæ pro victu conſumere & patrimonialia aliaque lucra conſervare.

7 Profectitium peculium reſervatur ſucceſſori vacante cathedrali regulari vel collegiata eccleſia.

8 Obvenientia quoq; tempore eccleſiæ vacantis ac emolumentum ex juriſdictione vel alias undecunque proveniens futuro ſucceſſori ſunt reſervanda.

9 Niſi tunc certe dignitati competat juriſdictio cum ejus emolumentis.

10 Pœna clericorum occupantium & ſurripientium aut inter ſe dividentium bona dimiſſa aut obvenientia tempore vacationis.

Summæ in Decretal.

11 Pœna laicorum uſurpantium bona eccleſiarum vacantium ſub nomine jurium.

12 Canonicatu aut portione vacante in eccleſia collegiata, bona per prædefunctum intuitu eccleſiæ acquiſita & fructus durante vacatione cedunt capitulo.

13 Dignitate aut perſonatu vacante ſi communia ſint bona dignitatis & canonicatuum, tunc relicta & redditus durante vacatione devolvuntur ad capitulum ſi bona diſtincta ſint tunc reſervantur ſucceſſori.

14 In cæteris quibuſcunque eccleſiis & prioratibus non collegiatis quando eas vacare contigerit bona in ipſis inventa ſive vacationis tempore obvenientia debent futuris ſucceſſoribus reſervari.

15 Pœna præſumentium ea occupare.

16 In Gallia rex jure regaliæ mortuo epiſcopo habet omnia pretioſa mobilia ac tempore apertæ regaliæ fructus epiſcopalis dignitatis facit ſuos, habet cuſtodiam confert beneficia ac percipit omne id ſede epiſcopali vacante quod epiſcopus perciperet ſede repleta.

17 Regalia, cuſtodiam, advocationis titulum in eccleſiis, monaſteriis, ſeu quibuslibet piis locis de novo uſurpare conantium pœna.

18 Camera Apoſtolica de ſtylo Curiæ ſuccedit in bonis & fructibus per clericos dimiſſis & fructus quorumcunque beneficiorum vacantium percipit & ſpolia vacantur.

19 Summus Pontifex dat facultatem ſeu licentiam teſtandi de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis ad certam ſummam & religioſis parcius cum per clauſula de licentia eorum ſuperioris.

De bonis paternis religioſis & monachis plerumque dat facultatem teſtandi.

20 Summus Pontifex nonnunquam bona intuitu eccleſiæ acquiſita concedit aliis petentib. ex cauſa & appellatur ſpoliorum conceſſio.

CLERICI diverſo jure cenſentur ex di-
1 verſitate peculii, quod duplex † ha-
bent, profectitium, quod provenit ex rebus
eccleſiæ, ut ſunt bona mobilia & prædia ac-
quiſita intuitu eccleſiæ ex oblationibus vel
ejus fructibus qua acquirunt ipſi eccleſiæ, c.
1. c. 2. 3. *&* 4. *hoc tit.* etiamſi proprio nomine
emerint, c. *inquirendum hoc tit. l. ſi ut proponis,*
*& ibi gloſſ. & DD. C. de rei vend.* quia clerici
fructuum perceptorum ſunt domini, & ha-
bent eorum proprietatem, quantum ad fi-
delem & debitam diſpenſationem facien-
dam ſibi & ſuis, c. *omnino 31. diſt.* c. *ſtudeat in*
*fin. 50. diſt.* c. *non ſatis 86. diſt. late Archid. in* c.
*ſtatutum ſub num. 13. in verb. de ſuo proprio de*
*reſcript. in 6.* & ſi illicite diſtribuunt non te-
nentur ad reſtitutionem, ſed peccant mor-
taliter, *late Covar. in* c. *cum officiis num. 2. & 3.*
*de teſtam. plures citans,* exceptis diſtributioni-
bus quotidianis, in quibus plus juris & do-
minium conſequuntur, & de illis poſſunt te-
ſtari; *Gemin. in c. unico §. qui vero nu. 3. de cler.*
*non reſid. in 6. Gemin. in c. præſenti num. 15. &*
*18. de off. ord. in 6. Dec. conſ. 279. Bolognet. ad*
*conſ. Ioan. de Anan. 87. num. 5. Covar. in c. cum*
2 *in officiis num. 4. de teſtam.* & laicale quod †
ante promotionem, c. 1. *de teſtam. c. 1. & c. fi-*
*xum 12. q. 2.* vel poſt pronunciationem artifi-
cio, paterna ſucceſſione, aut dono conſan-
guineorum vel amicorum intuitu perſonæ,
clericis obvenit, & adventitium vel quaſi
caſtrenſe dici poteſt, de quo libere poſſunt
diſponere, c. *quia nos,* c. *relatum el. 2. verſ. cate-*
*rum de teſtam. c. fixum 12. q. 5. gl in ſumma d. q.*
*5. cauſ. 12. c. quicumque & c. ſeq. 12. quæſt. 3.*
& ſi decedant ab inteſtato, ſuccedunt in eis
conſanguinei, & eis deficientibus eccleſia
cui ſeruiebat tempore mortis, *c. 1. & ibi*
*gloſſ. fin. & Can. de ſucceſſ. ab inteſt. c. ſi epiſcopus*
*2. reſp. & c. fin. 12. qu. 5.* An huiuſmodi bo-
na habeant eadem priuilegia, quæ bonis
eccleſiarum conceſſa ſunt, aut ipſum patri-
monium ad cuius titulum ſunt promoti ad
ſacros ordines, *vide Felin. in c. eccleſia ſancta*
*Mariæ, num. 7. & 10. de conſtit. gloſſ. fin. in c. tuu*
*de præben. & ibi Pan. num. 6. & 8. & Can. Couar.*
*var. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 3. & 4.* Limita
quando clericus † induſtriam impendit 3
in rebus eccleſiæ, plantando in ſolo eccle-
ſiæ vineam, vel agella faciendo, cedit enim
eccleſiæ augmentum & vtilitas rebus ſuis
annexa, conceſſo vſu meliorationum cle-
rico ad vitam, etiam poſt dimiſſionem ec-
cleſiæ, aut priuationem ob crimen; *c. fin. hoc.*
*tit. & ibi Ioann. Andr. Anchar. & Can.* De pro-
fectitio † etiamſi conſiſtat in mobilibus; 4
*c. ad hæc de teſtam. & ibi glo. & Can.* quale-
ſcumque ſunt clerici, & qualecumque be-
neficium obtineant, *c. relatum el. 2. & Pan.*
*in c. cum eſſes de teſtam. num. 21. & ſeqq idem in*
*d. c. 1. in 2. notab. de ſucceſſ. ab inteſt. Garc. de be-*
*nef. part. 2. cap. 1. num. 9. & ſeqq. tex. in c. epi-*
*ſcopus 14 qu. 1. Couarr. in c. cum in officijs num.*
*6. de teſtam.* licet alij diſtinguant inter cleri-
cos habentes adminiſtrationem, & non
habentes adminiſtrationem, *Gemin. poſt gl.*
*in c. præſenti num. 13. 14. & 15. Franc. numer. 4.*
*& ſeq. de off. ord. in 6. Rot. deciſ. 41. ante fin. de*
*prob. in antiq.* nullum poſſunt facere teſtamẽ-
tum, *c. quia nos in fin. c. cum in officiis c. relatum*
*el 2. de teſtam. 12. q. 5. in ſumma, & c. nulli, &*
*quia Ioannes Franc. Marc. deciſ. 445. part. 1.*
*& deciſ. 197. part. 2. Guid. Pap. deciſ. 110.* aut
legatum, niſi tantumdem de proprij iuris
facultate ſuppleuerint, *d. c. fixum verſ fin. c.*
*ſi epiſcopus 12. q 5 c. ſi quis qualibet 12. q. 2.* an-
tequam teſtentur, poſt vero tantumdem cõ-
ferre non poſſunt, *Pan. in c. cum eſſes num. 31.*
*de teſtam.* aut extat conſuetudo, vt de mobi-
libus, pauperibus, locis religioſis, & illis qui
ſeruierunt viuentibus ſiue conſanguinej,
ſiue alij, aliqua, iuxta ſeruitij meritum aut
eleemo-

elemoſynæ intuitu in vltima voluntate conferre poſſint, *d.c.ad hac*, *& c. relatum el'2. verſ. licet de teſtam.* An valeat conſuetudo quod clerici (nam in epiſcopis & prælatis talis conſuetudo non obtinet, *Franc. Marc. qu. 445.parc.1.plures citans, & q.197.part.2.Couarr. in c. cum in officiis numer.9. de teſtam. dicens moribus receptum eſſe. vt epiſcopus teſtandi licentia ſit neceſſaria,*) de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ, aut de fructibus beneficiorum ſuorum percipiendis poſt mortem vſque ad annum, ves biennium, libere poſſint teſtari, *vide Franc. in c. præſenti numer. 2.8. & 9. de off. ordin. in 6. & ibi Can. Io Royas in epit. ſucceſſ. c. fin. num. 39. Nicol. de Vbaldis, de ſucceſſ. ab inteſt. cler cap. fin. circa finem, Franc. Marc. quæſt. 445. num. 6. & 7. par. 1. Couar. in c. cum in officiis, nu. 7. & 9. de teſtam.* & quomodo fructus eius anni in quo mortuus eſt beneficiatus ſint diuidendi, *vide Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 15. num. 12.* Viuentes & ſui cõpotes moderate aliqua donare valẽt, *d.c. ad hac. dictum eſt ſupra tit. de donat.* Sed non immoderate, *c. cum olim de priuil.* neque plures minimas facere donationes, quæ conſtituãt vnam grauem, *Anchar, in cap. Apoſtolica in 10 not. & in 3. quæſt. de donat. & ibi Can.* In du-
5 bio † præſumitur peculium profectitium, non laicale, *c. 1. vbi nullatenus detineri patiaris de teſtam. gloſſ. 1. in c. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. Pan. in c. vt vnus num. 3. hoc tit. qui refert DD. opiniones & ibi Ioan. Andr.* Clericus habens
6 † vtrumque patrimonium, poteſt bona eccleſiæ pro victu conſumere, & patrimonialia aliaque lucra conſeruare, *late Menoch. de arbitr. caſ. 195. libr. 2. centur. 2. vbi diſtinguit quatuor caſus.*

Profectitium peculium qui libet clericus ſecularis, *d.c. relatum 2. c. 1. hoc tit.* & regularis de conſenſu ſuperioris, *c. monachi §. qui vero de ſtat. monac. Card. in Clem. 2. §. ſed & talis in prin. de vit. & honeſt. clerici*, habere poteſt, Aduentitium poteſt habere clericus, quicunque proprijs non renunciauit, is qui renunciauit, non poteſt, *cap. 1. & ibi gloſſ. pen. de teſt. c. cum ad monaſt. in fin. de ſtat. monach.*

Peculium profectitium † iure canonico 7
reſeruatur ſucceſſori, *c. illud 12. quæſt. 2. & ibi gl. 1. & Can. Fran. Marc. quæſt. 197. part. 2.* quia ſucceſſor tenetur ſoluere debita ſui prædeceſſoris, pro neceſſitate Eccleſiæ contracta, *c. 1. de ſolut. & Can. c. præſenti §. porro de off. ord. in 6. Rot. dec. 41. de prob. in antiq.* vel deuoluitur ad capitulũ, *c. relatum el 2. §. nomine de teſt.* iuxta infraſcriptas regulas. vacante cathedrali, regulari, vel collegiata Eccleſia fructus & bona per prælatum dimiſſa, ſiue bona prælati ſint diſtincta, ſiue communia prælato & capitulo, *Taber. Clem. ſtatutum n. 8. Vital. n. 38. & ſeqq. de elect. contra gl. ibidem in verb. dimiſſis & Imol. ſub n. 15. & 16.* quæ ſubtiliter in inuentario ſund deſcribenda, *c. charitate 12. quæſt. 2.* debere remanere in iure ac dominio Eccleſiæ, ſanxerunt canones ab apoſtolis editi, *c. ſint manifeſta 12. quæſt.* Conſilium Agathenſe habitum anno domini 439. *c. Epiſcopi 12. quæſt. 1.* ac Martinus ſanct. mẽ. Papa primus, in Concil, à ſe habito circa annum domini 647. *c. manifeſta 12. quæſt. 1.* Confirmauit Gregorius nonus aſſumptus ad Pontificatum anno dom. 1227. *c. 1. de teſtam concordant c. 1. 2. & 3. de pecul. cleric. c. ſacerdotes 12. quæſt 4. & ibi Bellam & Can. l. ſi vt proponis & ibi poſt gl. 2. Bald. n. 4. & DD. C. de rei vendic.* qui Canones de priuilegijs, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs nullam faciunt mentionem, ex ſententia Archidiaconi *in c. de laicis n. 4. 12. qu. 5.* Epiſcopus & eccleſia vocantur in ſemiſſem, ex opinione vero gloſ. *in c. relatũ el 2. in verb. vnus, de teſtam*, quam communiter Docto-

res ſequuntur, non deuoluuntur ad capitu-
lum, ſed reſeruantur Epiſcopo & prælato,
qui ſubſtituetur, *d.c.relatũ el. 2.c. hæc huius
placiti & ibi gl.in verb.reſeruare c.de laicis c.il-
lud c.nõ liceat 12.quæſt.2.& vbiq; Gemin. Præ-
poſ.Bellam.& Can.* dimiſſa autem intelligun-
tur deducto ære alieno, *l.mulier.ff.de iur.dot.
l.2.in princ.verſ.illud ff.de collat.bon. Butr in
c.præſenti n.5.de offic.ordin.in 6.* Obuenien-
8 tia † tempore Eccleſiæ vacantis, ac emolu-
mentum ex Iuriſdictione, ſigillo Curiæ ec-
cleſiaſticæ, vel ſæcularis, vel alias vndecum-
que proueniens, quod ad prælatos, eccleſijs
non vacantibus, pertinet per capitula &
conuentus, qui in iuriſdictione & adminiſt-
ratione ſucceduut, *dictum eſt ſupra tit.ne ſe-
de vacante &c.* deluctis expenſis prius, & ſo-
lutis debitis & oneribus, vel in vtilitatem
eccleſiæ conuertenda, *c.præſenti de off. ordin.
in 6. Franc. Marc. quæſt.96.part.1.vbi n.3. ex-
plicat.d.c.de præſenti.* aut futuris ſucceſſori-
bus fideliter ſunt reſeruanda, ex Conſtitu-
tione Bonifacij Papæ octaui creati anno do-
mini 1294.*c.quoniam quidam 75.diſtinc.c.nõ
liceat 1.& 2.c.illud 12.quæſt.2 late Franc.
Marc. quæſt.94.& duabus ſeqq.part.1.* non
obſtantibus priuilegijs, ſtatutis, & conſue-
tudinibus, de eis inter canonicos diuiden-
dis, quales conſuetudines viguiſſe in parti-
bus Gallicanis atteſtatur gloſſ.*in d.c. quod
ſæpe.in verb.conſuetudinibus. de elect in 6. Clem.
9 ſtatutum de elect.* niſi tunc certæ † dignitati,
ſiue in eccleſia vacante, ſiue in alia ſit ipſa di-
gnitas, competat Iuriſdictio cum ſuis emo-
lumentis, *d.Clem.ſtatutum §.fin.* Ratio diuer-
ſitatis eſt quia capitulam habet cuſtodiam,
& adminiſtrat non ſuo ſed alieno nomine,
*gl.in d.c.ſtatutum in verb.declaramus.* & qui
debet cuſtodire, non debet diſſipare, *l.is cui
ff.vt in poſſ.leg.ſeu fideic. cauſa ſer. &c.* pote-
rit tamen vendere res perituras & pretia cu-
ſtodire, *d.l.is cui.* Clereci occupantes † & ſur- 10
ripientes aut inter ſe diuidẽtes bona dimiſ-
ſa; aut obuenientia huiuſmodi, ſiue ſint ſæ-
culares ſiue regulares, eo ipſo ſunt & tamdiu
manent ab officio & beneficijs quibuſcum-
que & iam eis, quæ habent extra eccleſiam
iudicatũ, ſuſpenſi, donec plene reſtituerint,
quicquid de bonis perceperint ſupradixit,
*d.c.quia ſæpe verſ.nos ipſorum & ibi gl. & Can.
de elect.in 6.* à gradu ſuo periclitantur, *c.non
liceat 2.12.quæſt.2.* vt rei ſacrilegij prolixio-
re, anathemate ſunt cõdemnãdi, *c.hæc huius
placiti 12.quæ.2.* Cadit ſuſpẽſio in regulares
quia non habẽt vocẽ in capitulo, nec recipi-
ent præbendã à monaſterio, ſed in ergaſtu-
lis, eis prouidebitur, & pœna reſtitutionis,
ſi non poterit fieri, quia res ablata non ex-
tat, commutabitur in corporalem, mona-
chus enim nõ habet proprium vt quid re-
ſtituat, *Archid.in d.c.quia ſæpe in fin. & ibi Fran.
in fin. & Can.communiter Felin. in c. dilectus
n.3. in princ. & ibi Can.de ſim.* Laici vſurpan-
tes † bona eccleſiarum, ſub nomine Iurium 11
de quibus fit mentio in c. generali de elect.
in 6. exceptis ijs, quibus ab ipſarum Eccle-
ſiarum cæterorumque locorum fundatio-
ne, vel ab antiqua conſuetudine dicta iura
competere noſcuntur, ſunt ipſo iure ex-
communicati, alias ſi ſunt tantẽ vſurpato-
res, ex quorumdam opinione, ſunt excom-
municandi, ex aliorum opinione ſunt ipſo
iure excommunicati, *c. de laicis c. illud 12.
quæſt.2.& ibi Bellam.Archid.Gemin.Præpoſ.&
Can.* vacante canonicatu † aut portione in 12
eccleſia, vbi eſt collegium clericorum, bona
per prædefunctum canonicum ſeu benefi-
ciatum intuitu Eccleſiæ ſiue præbendæ ac-
quiſita, etiamſi in Eccleſia ſint præbendæ
diſtinctæ, cedunt capitulo ipſius eccleſiæ,
quod rerum illarum debet canonicam di-
ſtributionem & curam habere, *c.relatum el 2.*

*verſ.*

*verſ. nomine de teſtam.* & canonicus noviter
creatus , non poteſt petere dicta bona ,
aut redditus, quos canonicus defunctus di-
miſit , nec fructus durante vacatione à ca-
pitulo perceptos , *Anſar. in d. c. relatum el.*
*2. ſub num. 6. verſ. oppono & numer. 7. & Pan.*
*num. 5. & Can. Pan. in c. unum genus num. 6.*
*de decim.* quia canonicus non habet ſucceſ-
ſorem in onere & honore, *gl. in c. quod ſicut*
*in verb. conſentire in fine de elect. & ibi Can.*
13 *poſt Innoc.* Si vacare contigerit † dignita-
tem aut perſonatum, puta Archidiacona-
tum, &c. in eccleſia ubi eſt collegium cle-
ricorum , ſi communia ſint omnia bona
dignitatis & canonicatuum , etiamſi plus
cæteris capiat , bona & fructus per defun-
ctum obtinentem dignitatem relicta , &
redditus durante vacatione devolvuntur
ad capitulum, *gl. in d. c. relatum 2. in verb. unus*
*& ibi Pan. num. 5. & Can. communiter Franc.*
*in c. præſenti n. 4. de off. ord. in 6.* incongruum
namque eſt unam eandemq; eccleſiæ ſub-
ſtantiam duplici quodammodo jure cenſe-
ri, *c. cognovimus 12. quæſt. 2. & ibi gl. fin. c. quæ*
*contra mores in princ. 8. diſtinct. c. cum in tua*
*de decim.* ſi bona dignitatis aut perſonatus
&c. diſtincta & diviſa ſint à rebus canoni-
corum, tunc ſervari debent futuro ſucceſſo-
ri, *d. c. relatum el. 2. verſ. ubi autem & ibidem gl.*
*& Can. communiter c. præſenti de off. ord. in 6.*
14 In cæteris † quibuſcumq; Eccleſiis & prio-
ratibus non collegiatis , tam ſæcularibus ,
quam regularibus, etiam manualibus, quan-
do eas vacare contingit , morientibus eo-
rum rectoribus, vel miniſtris eorumdem ,
bona in ipſis inventa , ſive vacationis tem-
pore obvenientia , deductis neceſſariis &
utilibus expenſis, futuris debent ſucceſſori-
bus fideliter reſervari , *c. cum vos in fin. &*
*ibi Pan. n. 3. de off. ord. c. præſenti in princ. eod.*
15 *in 6.* præſumentes ea occupare, † aut in ſuos
uſus convertere , etiam ratione ſubjectio-
nis, ordinationis, vel cuſtodiæ , Epiſcopi &
eorum ſuperiores ab ingreſſu Eccleſiæ, cæ-
teri regulares aut ſæculares prælati , aut
quæcumque eccleſiaſticæ perſonæ, ab offi-
cio & beneficiis quibuſcumque, *gloſſ. in d. c.*
*præſenti in verb. ab off. & benef. & ibi Franc. n.*
*4. & Can.* eo ipſo ſunt ſuſpenſi tamdiu, quo-
uſq; reſtitutionem fecerint de præfatis : niſi
de ſpeciali privilegio , vel conſuetudine le-
gitime præſcripta, ſeu alia cauſa rationabili,
puta onere impoſito in fundatione, aut ſta-
tuto hoc eiſdem competeret, *d. c. præſenti &*
*ibi gl. & DD.* & tunc de illis bonis ſolum de-
bet intelligi , quæ ſolutis debitis contractis
in utilitatem eccleſiæ, *Rot. deciſ. 41. de probat.*
*in antiq. l. Civitas ff. ſi cert. pet. & ibi not.* & iis
quæ fuerint neceſſaria pro ſervitoribus &
miniſtris, ac incumbentibus oneribus, uſq;
ad novos redditus ſupportandis congrue
reſervatis, ex ipſis, reperta fuerint ſupereſſe,
*d. c. præſenti §. porro.* Dicti ſacri canones in
Germania ad amuſſim obſervantur, *Gail. ob-*
*ſerv. 30. n. 10. & ſeqq. lib. 1.* In Gallia Rex † ju- 16
re regaliæ , quod ab ipſarum Eccleſiarum ,
cæterorumque piorum locorum fundatio-
ne , vel antiqua conſuetudine ſibi vendicat ,
*c. generali §. fin. de elect. in 6.* mortuo epiſco-
po habet omnia pretioſa mobilia , videlicet
bufferrum epiſcopi decedentis cum incluſis
gemmis & pecuniis , tapeta & omnia mobi-
lia pretioſa , adeo quod nihil in Epiſcopali
palatio pro futuro ſucceſſore debeat rema-
nere, niſi ſaltem groſſum mobile , & com-
munis ſupellex, *Philip. Prob. de jur. regal. q. 2.*
*n. 4.* & inſtrumenta domus & agrorum, *c. hæc*
*huius placiti 12. q. 2. Arnulph. Ruz. de jur. regal.*
*priv. 54.* ac tempore apertæ regaliæ fructus
dignitatis epiſcopalis facit ſuos, *Philip. Prob.*
*de jur. reg. in 30. priv.* habet cuſtodiam, con-
fert beneficia, ac percipit omne id ſede epi-

ſcopali vacante, quod eꝗ iſcopus perciperet
ſede repleta, *Arnulph. Ruz. & Philip. Prob. in*
*d. tract. de Iur. regal. per multa capita Franc.*
*Marc.quæſt.90.& 93.par.1.& qu.44.par. 2.*
Qualia omnia jura regalia remiſerunt &
ceſſerunt, eccleſiæ Atrebatenſi Philippus
Rex Galliæ anno domini 1203. regni ſui vi-
geſimo quinto, ac iterum rex Carolus 30.
decembris anno domini 1392. regni 12.
reſervata ſingulis annis procuratione regi-
bus, quando Atrebati exiſtunt, *Philip. Prob.*
*de Iur.regal.quæſt.60.n.10. Ægid. magiſter de*
*regal.c.3.verſ.eccleſia Atrebatenſis.* Gregorius
Papa decimus creatus anno domini 1271.
in Conſilio Lugdunenſi ſanxit univerſos &
17 ſingulos, qui regalia † cuſtodiam, ſive guar-
diam, advocationis ſive defenſionis titu-
lum, in eccleſiis, monaſteriis, ſive quibusli-
bet piis locis, de novo uſurpare conantes,
bona eorumdem, quando vacant occupare
præſumunt, quantæcumque dignitatis ho-
nore præfulgeant, clericos etiam eccleſia-
rum, monachos monaſteriorum, & perſo-
nas cæteras locorum eorumdem, qui hoc
fieri procurant, eo ipſo excommunicationis
ſententiæ ſubjacere, illos vero, qui ſe, ut de-
berent, talia facientibus, non opponunt, de
proventibus eccleſiarum ſeu locorum i-
pſorum, pro tempore quo præmiſſa ſine de-
bita contradictione permiſerint, aliquid
percipere, diſtrictius inhibuit; c. *generali de*
*elect. in 6. ſed compilatio libri ſexti in Francia*
*non recipitur vt atteſtatur ibidem gloſ. in caſus*
*poſitione.* ac monet eos qui ab ipſarum eccle-
ſiarum cæterorumque locorum fundatio-
ne, vel ab antiqua cõſuetudine iura ſibi hu-
iuſmodi vendicant, vt ab illorum abuſu
prudenter abſtineant, & quod ea quæ non
pertinent ad fructus ſeu redditus prouenię̃-
tes tempore vacationis non vſurpent. *d.c.ge-*
*nerali §. fin.* De ſtylo Curiæ & ex Conſtit.
ſumm.Pont. Camera Apoſtolica † ſuccedit 18
in bonis & fructibus per Clericos dimiſſis,
& fructus quorumcumque beneficiorum
vacantium percipit, *Bellam. deciſ.754.num.*
*4.Rot.deciſ.41.de prob. in antiq.* Guiliel. Redo-
*an.in tract.de bon. per perſ. eccleſ. intuit. eccleſ.*
*acquiſit.poſt mort.relict. vulgo ſpolia nuncupat.*
etiam regularium, manualium, prioratu-
um, qui non ſunt de menſa & ſpolia vocan-
tur, *Clem. unica & ibi gloſ. in verb. revocari*
*verſ. & ſcias de ſupp. neglig. prælat. & ibi* DD.
*Quarant. in ſum. bullar. in verb. ſpolia clerico-*
*rum.* Interdum ſummus † Pontifex dat per 19
breve facultatem ſive licentiam teſtandi de
bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis ad certam
ſummam arbitrio Papæ, religioſis parcius,
& cum clauſula de licentia eorum ſuperio-
ris, *arg. c.cum ad monaſterium de ſtat.* Mon. &
*Can. reg. arg. Clem. Religioſus de procur.* Iaſ. in
*authen. ingreſſi n.11. & ſeqq. C. de ſacroſ. eccleſ.*
*Covar. in c. cum in officiis n.7. & ſeqq. de teſtam.*
pro parva ſumma datur in forma, nec con-
ſuevit in tali caſu componi cum Datario,
alias ſolvitur compoſitio. *Staph. de lit. apoſt.*
*in forma brevis in princ. à num.14. uſque ad fin.*
*Prob. Monach. n.6. & ſeqq. de ſepult. plures ci-*
*tans Iaſ. remiſſive in l. ſi quando n. 2. C. de inoff.*
*teſt.* De bonis paternis † religioſis, & Mo- 20
nachis plerumque dat facultatem teſtandi,
quæ intelligenda venit, quod poſſint teſtari
ſecundum jus canonicum, & non ſecun-
dum jus civile, *Iaſ. in d. l. ſi quand. fin. num. 1.*
Nonnunquam bona huiuſmodi intuitu ec-
cleſiæ acquiſita concedit, aliis petentibus
ex cauſa, eoſque ſurrogat in locum Cameræ
Apoſtolicæ, & appellatur ſpoliorum con-
ceſſio, *Mand. de ſign gratiæ, licentia teſtan-*
*di, & ſpoliorum conceſſio.*

***

De

## *De Teſtamento, & ultimis voluntatibus.*

## Titulus XXVI.

### SVMMARIA.

1 *In teſtamento jure canonico ſufficiunt presbyter parochialis & duo vel tres teſtes idonei & requiſiti.*

2 *In teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes ſine presbytero parochiali.*

3 *Manu propria teſtatoris conſcriptum valet, quando pia cauſa reſpicit honorem Dei & ſalutem animæ.*

4 *Item valet ſi quis committat extremam ſuā voluntatem diſpoſitioni alterius.*

5 *Imperfectum ratione voluntatis valet.*

6 *Filius familias pro anima ſua citra patris aſſenſum aliquid judicare non poteſt.*

7 *Quando dicitur teſtamentum factum ad pias cauſas.*

8 *Teſtamenti exiſtentia probatur per tot teſtes quot in actu teſtandi requiruntur.*

9 *Quando diſpoſitio teſtatoris eſt certa, ſed vult quis probare erratum aliqua qualitate vel quantitate, ſufficit probatio per minorem numerum teſtium.*

10 *Canonica portio debetur epiſcopo & certis caſibus parocho de relictis factis eccleſiæ & piis locis & diſtinguitur in parochialem & epiſcopalem.*

11 *Parochialis canonica portio de quibus rebus debeatur.*

12 *Epiſcopalis canonica portio debetur epiſcopo de relictis factis eccleſiæ cathedrali.*

13 *Item de omnibus relictis factis cæteris eccleſiis, monaſteriis capitulis & aliis piis locis, niſi eccleſiæ ſint exemptæ.*

14 *De relictis factis fraternitatib. non debetur.*

15 *Præterea de relicto facto epiſcopo contemplatione eccleſiæ debetur canonica portio cathedrali eccleſiæ non inferioribus eccleſiis.*

16 *De relicto facto intuitu perſonæ nihil poteſt eccleſia petere in vita epiſcopi.*

17 *De donationibus inter vivos factis eccleſiis non debetur epiſcopo.*

18 *Canonica portio de quibus rebus non deducatur.*

19 *In canonicæ portionis quantitate attenditur conſuetudo regionis.*

20 *Piarum ultimarum voluntatem executio & defenſio eſt mixti fori.*

21 *Hæres in expletione judicii defuncti lege repræſentanti negligens quoties moveri debeat.*

22 *Quod ſi perſonaliter monitus intra annum poſt diem monitionis computandum non implet judicium defuncti decurſo anno variis pœnis ſubjicitur hic enumeratis.*

23 *Si teſtator dederit ſpecialem executorem ad ea quæ in teſtamento reliqui tunc hæres negligens non incidit in dictas pœnas ſed datus executor quando officium ſuſcepit cogitur explere ultimam voluntatem.*

24 *Si teſtamentarius executor officium executionis ſibi delatum non ſuſcepit, quid juris ſit.*

25 *Teſtator hæreditatem & legatum aliquando relinquit alicui ut nudo executori & miniſtro, interdum ut hæredi vel legatario, & quomodo illa differant.*

26 *Commutationes & converſiones ultimæ voluntatis in aliam rem quam teſtator voluit fiunt authoritate Papæ & imperatoris.*

27 *Voluntas teſtatoris per epiſcopum alterari non poteſt ubicumque eſt certa diſpoſitio reſpectu cauſæ vel perſonæ vel loci.*

28 Quæ

28 *Quæ regula limitatur quinque modis.*
29 *Epiſcopus voluntatem teſtatoris ſemel executam non poteſt commutare aut alterare.*
30 *Per ſtatuta civitatum voluntas teſtatorum commutari non poteſt.*
31 *Male ablata eis quorum fuerunt ſunt reſtituenda.*
32 *Qui ſi inveniri non poſſunt, ſunt eccleſiæ vel pauperibus tribuenda, ſecundum providentiam epiſcopi.*
33 *Reſtitutio male ablatorum eſt caſus reſervatus epiſcopo quando in foro contentioſo de eis conſtat.*
34 *Summus Pontifex ſolet indulgere epiſcopo ut male ablata convertat in utilitatem certe eccleſiæ &*
35 *Nonnunquam committit compoſitionem cum eis penes quos reperiuntur legata incerta & uſura incertæ cum poteſtate abſolvendi.*

NVnc dicendum eſt, qua ſolemnitate
clerici de peculio adventitio, & profe-
ctitio in caſibus permiſſis poſſint diſpone-
re. De ſolemnitatibus requiſitis à jure ci-
vili in teſtamentis traditur *in Inſtit. Imper.*
*hoc tit.* Iure canonico in teſtamento requi-
1 runtur, & ſufficiunt † presbyter parochia-
lis, & duo, vel tres teſtes idonei & requiſiti,
*c. relatum el 1. hoc tit.* reprobata præſcripta
præſcripta conſuetudine contraria, *c. cum*
*eſſes hoc tit. & ibi Pan. num. 6. & xj & ſeq. &*
*Can. Put. deciſ. 421. lib. 1.* etiamſi fiat ad non
pias cauſas, & valet ubique; *Pan. in d. c. cum*
*eſſes num. 8. & plur. ſeqq. hoc tit. facit Gail. ob-*
2 *ſer. 123. lib. 2.* In teſtamento † ad pias cau-
ſas ſufficiunt duo teſtes ſine presbytero pa-
rochiali, *c. relatum 1. hoc tit. Pan. in d. c. cum*
*eſſes num. xj. & 17.* qui ſunt de ſolemnitate
non ſubſtantiali, ſed probatoria teſtamenti,
*gloſſ. in Auth. quod ſine C. hoc tit. Bald. l. hac*
*conſultiſſima ex imperfecto num. 2. C. eod. & in*
*l. 1. num. 136. C. de ſacroſ. eccl. Alex. in l. ſi certis*
*ſub num. 5. verſ. ex his etiam infero C. de pact.*
*Tiraq. de privil. piæ cauſ. privil. 2. plures cumu-*
*lans*, nec requiritur quod ſint maſculi, ro-
gati, inſcripti in teſtamento, aut aliæ ſole-
mnitates juris civilis; *Pan. in d. c. relatum el.*
*1. num. 3. hoc tit. Tiraq. de privil. cauſ. piæ privil.*
*2. 3. & 5. plures cumulans*, quia iſta ſunt de
mera ſubtilitate, & ſolemnitate juris civilis,
quæ in teſtamentis ad pias cauſas eſt remiſ-
ſa; *l. 1. & ibi Iaſ. poſt Bart. num. 1920. & ſeq.*
*C. de ſacroſ. eccleſ. d. c. relatum el 2.* ſed & nul-
lis intervenientibus teſtibus valet teſta-
mentum ad pias cauſas manu † propria te- 3
ſtatoris conſcriptum, quando pia cauſa re-
ſpicit honorem Dei, & ſalutem animæ; ſe-
cus ſi concernat pietatem humanam, qualis
eſt libertas, *pulchre Rota dec. 74. part. 2. diverſ.*
*Im. in l. ſi is qui n. 6. ff. de teſta. &c. & ibi Franc.*
*Aret. in 2. col. verſ. & licet pro concord. &c. &*
*DD. communiter Tiraq. de privil. piæ cauſæ priv.*
*4. & ſeq. Alvar. Valaſc. conſult. 67.* ſufficitque
recognitio teſtamenti facta eo modo, quo
aliæ ſcripturæ recognoſcuntur, *Rot. diverſ.*
*deciſ. 553. part. 1. & deciſ. 124. part. 2. Put. deciſ.*
*18. de fid. inſtr. atteſtantes de ſtylo, & uſu Curiæ*
*l. fin. & ibi gloſſ. in verb. judiciis, & auth. ſeq. &*
*DD. C. famil hercîſc. Inſtit. de teſt. mil. in princ.*
*& ibi gl. fin. & add. & DD. l. milites & ibi DD.*
*C. de teſt. mil.* Item valet teſtamentum ad pias
cauſas, ſi quis † committat extremam ſuam 4
voluntatem diſpoſitioni alterius, *c. cum tibi*
*hoc tit.* quamvis regulariter, neque ex teſta-
mento, neque ab inteſtato poteſt eſſe vo-
luntas captatoria; *§ ad ii, qui emancipati, &*
*ibi gl. fin. & add. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.*
*defer. Ang & DD. in l. illa conſtitutio ff. de hæred.*
*inſtit. & ibi gloſſ. & DD.* Item teſtamentum † 5
imperfectum etiam ratione voluntatis va-

let ad pias cauſas, Pan. in c. 1. numer. 2. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. Contrarium tenet Mynſ. obſ. 28. cent.
6 5. filius familias † pro anima ſua citra patris
aſſenſum, niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi
caſtrenſe habeat, aliquid iudicare, id eſt, in
vltima voluntate relinquere non poteſt; c.
licet in fin. de ſepult. in 6. Dicitur teſtamentum
7 † factum ad pias cauſas, non ſolum quando
pia cauſa hæres eſt inſtituta, c. 1. hoc tit. in 6.
& ibi gl. in verb. pauperes, ſed etiam quando
legata in teſtamento relicta abſorbent ma-
iorem partem facultatum, alio inſtituto hæ-
rede, l. Auia §. Titio, & ibi Bald. per illum tex. ff.
de cond. & demonſt. l. cum dotem maritus ff. ad l.
Falcid Rom. in repetit. Authent. ſimiliter in 40.
ſpeciali piæ cauſæ int. vlt. volunt. C. eod. Iaſ. in l.
Marcellus num. 34 plures cumulans, & ibi Ioan.
Andr. & Doct. ff. ad S.C. Tribel. pulchre Cæſ. deciſ.
5. hoc titul. quia idem fauor debetur mediæ
perſonæ, qui debetur illi perſonæ, ad quam
finaliter deuenit commodum, Bald. in d. l.
auia §. Titio. Omne relictum pro anima dici-
tur relictum pium, etiamſi ſit relictum con-
ſanguineo pauperi, c. requiſiti hoc tit. glo. 1. in l.
ſi quis Titio, & ibi Bart. numer. 4. ff. de leg. 2. Pan.
in rubr. huius tituli num. 9. relictum eccleſiæ,
d. cap. relatum 1. & ibi Pan num. 7. & Can. gl. 1.
in auth. ſimiliter C. ad leg. Falcid. l. 1. C. de ſacro
ſanct. eccleſ. pijs locis, Anchar. in d. c. requiſiti n.
1. hoc tit. & Can. pauperibus, Mynſ. obſ. 67. cent.
5. relictum Deo, vel amore Dei, l. 1. §. ad mu-
nicip. & ibi poſt gloſſ. in verb. Deo DD. ff. ad l. Fal-
cid. pro male ablatis, Felin. in c. cum ſit in fin.
poſt Bartol. & Bald. ibi allegatos de Iud. & c. & ibi
Ioan. de Anan. num. 16. ac pro legato conſe-
quendo, etiamſi non ſit relictum ad pias
cauſas, nedum competunt tres actiones, de
quibus in §. noſtra autem conſtitutis Inſtit.
de legat. ſed etiam via executiua agi poteſt,
§. illud Auth. de hæred. & Falcid. & ibi Ang. Peruſ.
num. 57. Mynſ. obſer. 61. centur. 5. plures citans,
Summa in Decretal.

Exiſtentia teſtamenti, & † diſpoſitio teſtato- 8
ris directo, ſiue per coniecturas probatur
per tot teſtes, quod in actu teſtandi requi-
runtur, gl. pen. & fin. in l. cum proponebatur &
ibi Bart. num. 3. Bald. num. 5. & 6. ff. de leg. 2. l.
fin. verſ. fin. C. de Codic. Greg. 15. deciſ. 81. in
princip. Mynſ. obſ. 98. cent. 4. nam ſi teſtator an-
tequam veniret ad teſtamentum dixit ſe
velle ſubſtituere, & poſtea non ſubſtituit,
non præſumitur, quod per errorem omiſe-
rit, niſi ipſe poſtea dixerit ſe omiſiſſe, vel in
teſtamento, vel in alia voluntate dixerit ſe
hoc feciſſe, d. l. cum proponebatur, & ibi Bart. &
Doct. quando autem diſpoſitio † teſtatoris 9
eſt certa, ſed vult quis probare erratum in
aliqua qualitate, vel quantitate, ſufficit pro-
batio per minorem numerum teſtium, l.
hæredes §. ſed etſi notam ff. de hæred. inſtit. & ibi
notat. Mynſ. d. obſ. 98. cent. 4. & ſufficit pro-
bare teſtatorem dixiſſe, antequam veniret
ad teſtamentum, l. quoties §. 1. ff. de hæred. in-
ſtit. l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1. Bart. in
d. l. cum proponebatur.

De relictis factis Eccleſiæ & pijs locis de-
betur canonica † portio epiſcopo, & certis 10
caſib' parocho, & diſtinguitur in parochia-
lem & epiſcopalem, Parochialis † debetur 11
Presbytero parochiali, quando Parochia-
nus eligit ſepulturam in alia eccleſia de fu-
neralibus, c. decernit. ſeſſ. 25. & de relictis
factis eccleſiæ in qua eligit ſepulturam, c. 1.
& c. in noſtra §. talem c. de his, & ibi Pan. num.
9. de ſepult. & de bonis conſtituti in ægritu-
dine ad religionem tranſeuntis cum bonis
ſuis dummodo de ægritudine illa decedat,
niſi eligens ſepulturam alibi aut ægrotus
cum bonis ſuis ad loca religioſa ſe transfe-
rens aliquid presbytero parochiali relique-
rint, arg. ſumpto à contrario ſentio d. c. de ijs. Pan.
in c. officij num. 5. hoc tit. quia canonica portio
debetur parochiali eccleſiæ ex diſpoſitione

Iuris, in recompenſationem onerum quæ
ſubiit adminiſtrando ſacramenta, c. 1. *d. c. de*
*iis de ſepult.* aut ſatisfactionem injuriæ, quia
alibi elegit ſepulturam, *d. c. in noſtra de ſepult.*
reſpicitque perſonam defunctam, nec ad
territorium coarctatur, & à quacumque ec-
cleſia exempta & non exempta exigitur,
*Clem. dudum de ſepult.* debitor autem neceſ-
ſarius legando aliquid ſuo creditori ſimpli-
citer, videtur legaſſe animo recompenſandi
*l. ſi cum dotem* §. *ſi Pater ff. ſolut. matr.* Is qui ad
loca religioſa ſe cum bonis ſuis in ſanitate
transfert, de iis quæ locis ipſis contulerit,
non cogitur aliquid eccleſiæ parochiali im-
partiri; quia tunc, cuicumque velit poteſt
ſua elargiri, *d. c. de iis verſ. fin.* & poteſt libere
mutare domicilium re & facto, *l. domicilium*
*ff. ad municip. c. ubicumque 13. quæſt. 2. c. ſignifi-*
*cavit de paroch. & alien. paroch. & ibi gloſſ.* 1. *&*
*Pan. num. 2.* & per translationem domicilii
eximit ſe à Iuribus ſpiritualibus, in quibus
priori eccleſiæ erat obligatus, *Pan. in c. ad a-*
*poſtolicæ num. 2. de decim. & ibi Can.* ſi ab eo
qui habet duo domicilia, æqualiter ſe collo-
cans in utroque, in tertio eligatur, ſepultura,
eccleſiæ domiciliorum inter ſe dividunt ca-
nonicum portionem, c. 2. *in fin. princ. de ſe-*
12 *pult. in 6.* Epiſcopalis † canonica portio de-
betur Epiſcopo de relictis factis eccleſia ca-
thedrali, *c. requiſiſti hoc tit.* etiamſi Teſtator
legando Eccleſiæ expreſſerit, quod illud
velit eſſe tantum Eccleſiæ expreſſerit, quod
illud velit eſſe tantum Eccleſiæ, & prohi-
buerit detractionem portionis canonicæ
debitæ Epiſcopo, quia privata diſpoſitio te-
ſtatoris non poteſt generalem conſtitutio-
nem canonis immutare, & nomine Eccleſiæ
intelligitur Epiſcopus tanquam caput. *d. c. re-*
*quiſiſti* § *ſi ab extraneo, & ibi Anchar. nu.* 14. *&*
13 *Can. communiter.* Item debetur de † omni-
bus relictis factis cæteris eccleſiis, mona-
ſteriis, capellis, & aliis piis locis, etiamſi epi-
ſcopo fuerit aliquid legatum, *c. offic. d. c. re-*
*quiſiſti verſ. ſecus autem eſt hoc tot.* niſi ec-
cleſiæ ſint exemptæ, aut extra diœceſim
ſitæ: *Abb. antiq. d. c. requiſiſti in verb. obti-*
*nebat. Anch. in d. c. officii num. 9. & ibi Can.* Epi-
ſcopalis enim portio concernit diœceſim &
territorium, parochialis perſonam defun-
ctam, *Ioan. Andr. in c. fin. ſub num. 6. Anch.*
*in d. c. officii num. 9. hoc tit.* aut Epiſcopo a-
liquid fuerit relictum hoc expreſſo, ut
maneat data parte contentus, & non capiat
portionem de relictis piis locis & legatum
agnoverit, *d. c. officii. facit l.* §. *parentibus C. de*
*inoff. teſtam.* Ratio eſt quia teſtator non
eſt debitor Epiſcopo neceſſarius vel volun-
tarius, quod portio canonica debetur epi-
ſcopo ab eccleſiis, quibus factum eſt reli-
ctum, uti dictum eſt, ideo ſi teſtator ali-
quid relinquit ſimpliciter epiſcopo, non po-
teſt dici quod reliquerit animo compen-
ſandi, cum ipſe non ſit debitor epiſcopi, o-
portet ergo quod modum ponat legato, ſi
vult compenſationem fieri, *Pan. in d. c. officii* 14
*num. 4.* De relicto † facto fraternitati diſci-
plinatorum ſancti Dominici vel ſancti Fran-
ciſci non debetur Epiſcopo quarta canoni-
ca, quia illæ fraternitates ſunt meræ laicales
& non religioſæ, *Bald. in l. ſi quis ad declinan-*
*dum* §. *in omnibus n. 19. C. de epiſ. & cler. Anchar.*
*in c. officii n. 12. & ibi Can. de teſtam.* Præterea
de relicto † facto Epiſcopo contemplatio- 15
ne Eccleſiæ, debetur canonica portio ca-
thedrali eccleſiæ, non cæteris inferioribus
eccleſiis, & piis locis, *d. c. requiſiſti. verſ. ſed*
*conſiderandum, eſt & verſ. ſecus autem facit l. ſi*
*vero in prin. verſ. item quicquid ff. ſol. matr.* quo-
niam non eſt tanta communio inter epiſco-
pum & inferiores Eccleſias, ac alia pia loca,
quanta eſt inter epiſcopum & eccleſiam ca-
thedralem, cui eſt ſpirituali conjugio copu-
latus,

ſatus, unde quæ acquirit Epiſcopus, non illis
ſed iſti tantum acquirit, niſi teſtator expri-
mat, quod velit illud tantũ eſſe epiſcopi, non
eccleſiæ, quo caſu ſervanda eſt diſpoſitio te-
ſtatoris, *d.c. requiſiſti verſ. ſi ab extraneo*, cum
nomine Epiſcopi non intelligatur eccleſia, *c.
inter incorporalia de translat. epiſc. c. 1. de ord. ab*
16 *eo qui renunc. Epiſc.* De relicto facta intuitu †
perſonę nihil poteſt eccleſia petere in vita e-
piſcopi, *d.c. requiſiſti verſ. ſi vero relinquatur, fa-
cit l. ſi vero in prin. verſ. item quicquid ff. ſol. matr.*
quia perſonæ epiſcopi accedit, *l. itẽ veniunt,
§. item non ſolum ff. de petit. hæred.* Generaliter
in dubio relictũ epiſcopo ab extraneo præ-
ſumitur contemplatione eccleſiæ, à conſan-
guineo vel amico intuitu perſonæ, nec di-
ſtinguitur an ſit expreſſum nomẽ dignitatis
vel proprium, *d.c. requiſiſti, & ibi Pan. n. 7. &
8. & Can. c. quia nos hoc tit. & ibi Can. c. placuit
c. pontifices 12. q. 2.* Relictum factum ei qui
non poteſt proprium poſſidere, ut religioſo,
acquiritur eccleſiæ, non perſonæ, *c. ſtatutum
18. q. 1. l. de nobis §. hoc etiam §. ſeq. C. de epiſc. &
cler. d.c. requiſiſti verſ. fin. ibi qui poteſt propriũ
poſſidere.* Relictum ei, qui poteſt proprium
poſſidere, nec habet prælationem ſive ad-
miniſtrationẽ eccleſiæ, licet alias ſit benefi-
ciat⁹, à propinquo vel extraneo præſumitur
factum intuitu perſonæ, & non contempla-
tione eccleſiæ, *d. c. requiſiſti verſ. fin.* Præla-
tionem autem habetis, qui habet eccleſiam
curatam, *c. cum ab eccleſiarum de off. ord.* vel a-
liquam perpetuam adminiſtrationem, *Abb.
antiq. in d.c. requiſiſti in verb. prælationem.* Ad-
miniſtrationem habet, qui obtinet aliquam
dignitatem, miniſterium, ſeu beneficium in
eccleſia ſeparatum à congregatione, & is
qui obtinet temporalẽ adminiſtrationem,
qualem habent regulares Oeconomi, com-
mendatarii, *Abb antiq. in d.c. requiſiſti in fin. &*
17 *ibi Pan. num. 14.* De donationibus † inter
vivos factis eccleſis non debetur epiſcopo
canonica portio. *c. 1. 10. q. 3. c. 1. de ſtat. Mo-
nach. junct. gl fin. d.c. de iis de ſepult. Pan. in d. c.
requiſiſti n. 17. & ibi Can.*

Canonica portio † non deducitur de iis 18
quæ in ornamentis, vel pro cereis, aut fabri-
ca, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vi-
geſimo, trigeſimo die, ſeu aliis ad perpetu-
um cultum divinum legantur eccleſiis vel
reliquis piis locis, *c. fin. h. t.* nec de equis &
armis pro ſubſidio terræ ſanctæ relictis *c. in
noſtra de ſepult.* Hodie de omnib. his & aliis,
de quibus quarta non ſolvitur, ſi relinquan-
tur fratribus prædicatoribus vel minoribus
debetur quarta, & non ultra, eccleſiis paro-
chialibus, *Clem. dudum de ſepult. §. hujuſmodi
& §§. ſeqq.* Præterea de relictis pauperibus
generaliter, vel ſine loci determinatione
non detrahitur quarta, ſecus ſi relinquan-
tur pauperibus certi loci, *Tiraq. privil. 28. cau-
ſæ piæ*

In quantitate canonicæ portionis † debi- 19
tæ epiſcopo, aut parochiali eccleſię, rationa-
bilis conſuetudo religionis circa medieta-
tem, tertiam, vel quartam partem, pro loco-
rum diverſitatibus attenditur, *d.c. requiſiſti in
princ. & ibi gl. 1. & 2. c. certificari gloſſ. fin. in c.
cum ſuper de ſepult.*

Defenſio & executio † piarum ultima- 20
rum voluntatũ eſt mixti fori, *l. hæreditas verſ.
fin. de petit. hæred.* & pertinet vel ad iudicem
ſæcularem, *Pan. in c. ſi hæredes num. 2. & in c.
relatum el. 1. num. 2. & 8. hoc tit.* qui eam ter-
minare debet ſecundum canones in terris
eccleſiæ & imperii, ſive hæres ſit clericus,
ſive laicus; quia agitur de re eccleſiaſtica,
*Pan. in d.c. relatum 1. num. 2. & 7. & ſeqq. Ioan.
Andr. in c. n. 6. de conſtit.* vel ad epiſcopum, *c.
8. ſeſſ. 22. c. ſi hæredes c. Ioannes hoc tit.* licet
etiam à teſtatoribus id contingeret inter-
dici, *c. tua nobis hoc tit. auth. licet teſtator C.*

*de epiſc. & Cler.* daturque optio actori quem
iudicem velit adire, *Pan. in d. c. relatum* 1. *in*
21 *fin.* Si hæres † in ſolutione aut impletione
iudicij defuncti, lege repræſentati, fuerit
negligens per annum, ſufficit vnica moni-
tio, ſi in minori tempore, quam ſit annus, re-
quiritur trina monitio, *Bart. in auth. hoc am-
plius poſt gl. in verb. monitus C. de fideicom, &
ibi DD.* quæ à iudice debent fieri hæredi per-
ſonaliter, *Iaſ. in d. auth. hoc amplius num.* 3.
22 quod ſi perſonaliter monitus † intra annum
poſt diem monitionis computandum non
implet iudicium defuncti, decurſo anno
varijs pœnis ſubijcitur; nam poteſt ab epi-
ſcopo loci, hæredi omnis res, quæ ei relicta
eſt, interdici cum fructibus & emolumen-
tis, *c. ſi hæredes hoc tit.* deuoluitur executio ad
epiſcopum, *c. nos quidem hoc tit.* hæres tene-
tur pœna dupli ſi dare diſtulerit uſque adeo
vt etiam in iudicium vocaretur, *§. item mixta
Inſtit. de action.* priuatur hæreditate lapſo
anno; *Auth. hoc amplius C. de fideicom, & ibi*
23 *Bart. & fuſius Iaſ.* niſi teſtator dederit † ſpe-
cialem executorem ad ea quæ in teſtamen-
to reliquit, quia tunc hæres negligens non
incidit in prædictas pœnas, *l. mulcta in princ.
ff. de cond. & demonſt. Bart. in de auth. hoc am-
plius num.* 6. teſtator enim dando ſpecialem
excutorem, videtur voluiſſe quod de hoc
hæres ſe non intromittat, *auth. de eccleſ. tit §.
ſi quis autem.* ſed datus executor quando of-
ficium ſuſcepit, quia non compellitur ac-
ceptare officium executoris in teſtamento
delatum, etiam in relictis ad pias cauſas, *d. c.
Ioannes verſ. poſt mandatum ſuſceptum hoc tit.
& ibi Pan. num.* 3. cogitur explere ultimam
volutatem per diœceſanum, quo nomine
venit inferior prælatus habens in loco iu-
riſdictionem, Quia Canones videntur po-
tius ponderare iuriſdictionem, quam offi-
cium epiſcopale, *Io Andr. in c. Ioan. n.* 9. *Pan.
n.* 9. *& Can. hoc tit.* & ſede vacãte per capitu-
lum, *d. c. Ioannes, & ibi Pan. num.* 2. *& Can.*
unica vel trina monitione præmiſſa, per
cenſuras eccleſiaſticas, *c. tua nobis, & ibi Anch.
num.* 7. *hoc tit.* à iudice ſæculari pignoribus
captis, & mulcta indicta: *Bald. in l.* 3. *nu.* 8.
*C. de procurat. Card. in clem.* 1. *in* 4. *queſt. in
fin. hoc tit*, lapſo anno poterit exequi legiti-
mus executor, puta epiſcopus, *c. ſi hæres c.
nos quidem hoc tit. l nulli, & Bald. in l quod pau-
peribus num. xj. C. de epiſc. & Cler.* ac teſta-
mentarius perdit omne lucrum ſibi dela-
tum ex teſtamento; *gl. fin. in d. c. tua nobis hoc
tit.* ſi vero teſtamentarius † executor offi- 24
cium executionis ſibi delatum non ſuſce-
pit, & nihil ei fuerit à teſtatore relictum, aut
ſibi relictum non agnouit, perdit quod te-
ſtemento meruit, *l. poſt legatum §. amittere ff.
de his quib. ut indig. l. tutor petitus §.* 1. *ff. de ex-
cuſ. tut. l. etiamſi ſe pactis ff. de leg.* 1. *l.* 1. *§.* 1. *ff.
ubi pupil. educ. deb.* & poteſt ei arbitrio epiſ-
copi præfigi terminus infra quem acceptare
debeat, quo lapſo epiſcopus poteſt exequi
non expectato anno, *Bald. in l.* 3. *num.* 5 *C.
de procurat.* vel ſi legatum à teſtatore datum
acceptauerit compellere eum ad acceptan-
dum officium: *l. deberi l. ſi te donatum C de
fideic. libert. l. ſi ea, cuius filiam C. ad l. g. falcid. §.
libertas circa fin. Inſtit. de ſing. reb. per fideic. re-
lict.* quia poſtquam conſecutus eſt legatum,
non admittitur ad excuſationem, *l. poſt lega-
tum §. amittere ff. de ijs, quib. ut vndique l. fin. C.
de confir. tut. l. tutor ff. de liber. legat.* niſi para-
tus ſit reddere, *d. l. fin. ff. de conf. tut.*

Religioſus datus executor poſt petitam
& obtentam licentiam, aut præceptum ſui
ſuperioris, præciſe cogi poteſt, *Zab. in clem.*
1. *in* 4. *quæſt. hoc tit & anchar. num.* 1. *&* 2.
officium executoris æquiparatur tutelæ.
*gloſ. in l. vxoris §.* 1. *ff. de falſ. in verb. adſcripſerit
Bart. in l. tutela la* 2. *ff. de tut.*

Execu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Executores de ſuſcepta executione co-
ram ordinario rationem reddere tenentur,
exemptione & prælatione non obſtante.
*Clem. 1. hoc tit. & ibi Anch. in 5. notab.*
25 Sæpius dubitatur an teſtator † hæredita-
tem vel legatum alicui reliquerit ut nudo
executori & miniſtro , an vero ut hæredi
vel legatario , nam fructus ſuper extantes
acquirit ſi ſit hæres, §. *fin. Inſtit. de hæred. qual.*
*& diff.* aut legatarius *l. ſi legatarius & ibi gloſ.*
*1. ff. de leg. 3. l. à Titio ff. de furt.* ſi ſit miniſter
& executor quod ſupereſt non expoſitum
penes eum non remanet. *l. ſi quis Titio & l.*
*lucius Titius 2. §. à te peto ff. de leg. 2. c. tua c. Io-*
*annes hoc tit. gloſ. & Can. in c. religioſus hoc tit.*
*in 6.* Item alio hærede inſtituto nulla datur
illis quibus præſtatio fieri debet contra
eum aut eidem ad relicta contra hæredem
actio. ſed officium Iudicis, *l. filio §. matri ff.*
*de adim. leg. l. lucius §. 1. ff. ad Trebell. Bart. in*
*d. l. ſi quis Titio poſt gloſ. num. 1. & 6. Bart. in l.*
*alio hærede ſub num. 3. ff. de alim. & cib. leg.* niſi
relictum ſit pro anima aut ad pias cauſas *l.*
*nulli C. de epiſc. & cleric.* vel in alimenta *d. l.*
*alio hærede*, quibus caſib. habet exercitium
actionum quæ legatarijs competunt, *l. fidei-*
*commiſſa §. Item ſi quis verſ. interdum ff. de leg.*
*3. Bart. in d. l. ſi quis Titio n. 3. & ibi Bald. nu. 3.*
*dicit quod nudus dici poteſt abſtractus à commo-*
*do & titulo vel abſtractus à commodo tantum.*
qualis repræſentat non ſe ſed alium, *l. peto §.*
*mater ff. de leg. 2.* ac ſigna & argumenta ex
quibus probatur nudum miniſterium po-
nit *Paul. de caſtro in d. §. à te peto in princ. Imol.*
*nu. 2. Bart. in l. pecuniæ ff. de alim. & cib. leg. n.*
*1. & ibi DD. Capra in tract. execut. vlt. volunt.*
*in princ. & in 6. membro Gregor. xv. deciſ.* 544.
*per totam & ibi annot.*
26 Commutationes, † & converſiones ul-
timæ voluntatis in aliam rem, quam defun-
ctus voluit, fiunt auctoritate Papæ, & Im-
peratoris, *l. legatum ff. de admin. rer. ad Ciuit.*
*pert.* Solus Papa, & non legatus à latere po-
teſt commutare uſum illorum , quæ per fi-
deles donata ſunt , vel relicta in pios uſus
certos , *Clem. quia contingit iuxta gl. in verb.*
*ſedis apoſtolicæ de relig. dom. & ibi Zab. in 10.*
*not. & in 2. oppoſ. & nu. 12. Bart. in l. legatum*
*nu. 4. ff. de uſur. & c. legat. Capel. Tholoſ. quæſt.*
*26.* ſive voluntas teſtatoris executioni ſit
mandanda, ſive ſemel fuerit executioni de-
mandata, *Ioan de Imol. in l. 1. ſub. n. 1. verſ. etſi*
*vis tenere opinionem ff. de condit. inſt.* ex iuſta
& neceſſaria cauſa , & prius quam dictæ
commutationes executioni demandantur,
epiſcopi tanquam delegati ſedis apoſtolicæ
ſummarie, & extra iudicialiter cognoſcunt
nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta
falſitate fuiſſe narratum, *c. in commutationi-*
*bus ſeſſ. 22.* Voluntas † teſtatoris per epiſco- 27
pum alterari non poteſt , ubicumque eſt
certa diſpoſitio teſtatoris , reſpectu cauſæ,
vel perſonæ , aut loci, *l. ſi quis ad declinandum*
*§. fin. autem C. de epiſc. & cler. l. decuriones verſ.*
*fin. ff. de admin. rer ad civit. pertin. Guid. deciſ.*
*556. Zab, in Clem. quia contingit in 9. notab. &*
*quæſt. xj. de relig. domib.* Limita quia † certis 28
caſibus voluntas teſtatoris nondum execu-
tioni demandata poteſt converti in alium
uſum auctoritate epiſcopi, vel proximi ſu-
perioris cauſa cognita, vocatis his quorum
intereſt. Primo, quando teſtator manda-
vit fieri aliquod opus, quod fieri non licet;
*l. legatum ff. de vſufr. legat.* Secundo, quando
teſtator mandavit ædificium pium ædifi-
cari in loco , ubi de facili fieri non poteſt,
tunc Epiſcopus poteſt mutare in alium lo-
cum, *c. nos quidem hoc tit. c. in canonicis, & ibi*
*Gemin. n. 2. 19. diſt. l. teſtamento quidam ff. de*
*cond. & demonſt.* Tertio , quando pecunia
ad certum uſum relicta non ſufficit , tunc
Epiſcopus convertit in alium uſum, *l. lega-*

*tum in fin. ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. & ibi Bart. l. fin. ff. de oper. publ. Ioan. de Imol. in l. 1. ſub n. 1. verſ. potes concludere ff. de cond. inſt.* Quarto, quando in totum non infringitur voluntas, teſtatoris, ſed ex parte alteratur, *Mohed. deciſ. 1. de Iurepatr. Bald. in l. ſi teſtamentum n. 3. C. h. t. Ioan. de Imol. in l. 1. ſub nu. 1. verſ. ſubdit etiã Ang. ff. de cond inſtit.* aut ſemel executioni data pro tempore non ſervatur exigente neceſſitate eccleſiæ, *arg. l. 1. C. de expenſ. Lud. lib. 11. Ioan de Imol. in d. Clem. 1. verſ. potes concludere in 1. fall.* ut ſi pecunia relicta pro anniverſario ad tempus convertatur in reparationem Eccleſiæ auctoritate epiſcopi *Ioan. Andr. in c. fin. n. 4. h. t.* Quinto, quando teſtator reliquit certam pecuniam pro novo opere, aut capella extruendis in Eccleſia, ubi ſunt multa talia opera egentia reparatione, neque poſſet aliunde facile inveniri pecunia, tunc auctoritate epiſcopi poteſt pecunia legata, converti in eorum reparationem *l. fin. ff. de oper. publ. Ioan. de Imol. in d. l. 1. verſ. potes concludere in 2. fall.* Regulariter
29 Epiſcopus † voluntatem teſtatoris ſemel executam commutare, aut alterare nõ poteſt, *Clem. 2. in prin. de relig. domib. Ioan. de Imol. in d. l. 1. ſub n. 1. verſ. & ſi vis tenere opinionem ff. de cond. inſtit. Felin. in c. ſuper his ſub n. 1. verſ.*
30 *item tenet Innoc. de accuſat.* Per ſtatuta † civitatum voluntas teſtatorum commutari non poteſt, etiam de loco ad locum, quia laici non debent ſpiritualia, vel illis annexa uſurpare, *Bald. in l. ſi teſtamentum n. 3. C. de teſtam.*
31 Male ablata eis, † quorum fuerunt, ſunt reſtituenda, *c. ſicut dignum §. eos de homic. c. cum tu de uſur. c. eam te de jur. jur. c. tua 2. de decim. c. quoniam 18. diſt.* nec remittitur debitum, ſed augetur, ſi pauperibus diſtribuatur, quod alii ex debito eſt reſtituendum: *c. non eſt putanda 1. q. 1. c. oblationes 90. diſt. c. 2. & 3. c. eleemoſyna c. neque 14. q. 5. invito C.* *de ſolut.* ſi illi quorum fuerant, inveniri † nõ 32
poſſunt, qui aliena occuparunt, impoſita pœnitentia propter peccatum, quod contraxerunt, contrectantes res alienas invitis dominis, tenentur eadem eccleſiæ, vel pauperibus tribuere, *c. nemo 14. qu. 5.* ſecundum conſilium, & providentiam epiſcopi, reſtitutio enim male ablatorum, (niſi ſpecialis executor à teſtatore datus ſit carens omni ſuſpicione ad reſtituendũ male ablata, qui Epiſcopo præfertur) *l. nulli C. de epiſc. & cler. & ibi Bald. Felin. in c. cum ſit n. 7. de Iudæis, & ibi Ioan. de Anan. n. 12. in fin. & n. 113.* eſt caſus † epiſcopo reſervatus, *c. cum ſit minus &* 33
*ibi Pan. n. 4. & ſeq. & Can. de Iudæis &c. Clem. 1. §. quibus & ibi gl. in verb. aliorum, & Can. de privileg. Zab. in Clem. 2. § 1. n. 20. & ſeqq. de pœnit. & remiſ.* quando in foro contentioſo de male ablatis conſtat: *Felin. in c. cum ſit n. 3. & n. 6. de Iudæis &c.* de quibus ſcit ſolus Sacerdos in confeſſione, ſtatur dicto eius, qui in foro conſcientiæ reſtituerit, *c. ſignificaſti el. 1. de homicid. Pan. & Socin. in d. c. cum ſit, & ibi late Io. de Anan. n. 10. & 13.* Intereſt obligati, ut fiat reſtitutio realiter, & intereſt epiſcopi, quia eſt pater pauperum, nam obligatus reſtituere non dat propria, & ſic non poteſt diſponere ad libitum ſuum, ſed reddit, quod reddere tenetur; debet ergo habere providentiam illius, qui eſt pater pauperum, & hoc caſu ſolet † ſummus Pontifex indulge- 34
re epiſcopo, ut huiuſmodi male ablata convertat in utilitatem alicuius certæ eccleſiæ, vel monaſterii. Interdum etiam indulget, ut legata incerta, & indiſtincte relicta, quando incertitudo eſt circa perſonas eorum, quibus facta ſunt, relicta ad pias cauſas in certum pium uſum convertat: *Oldrad. conſ. 61.* nonnunquam † committit compoſitionem cum eis, penes quos reperiuntur legata incerta, & uſuræ incertæ cum poteſtate abſol-

abſolvendi, *Lap. alleg.* 106. cum ſuper his cum epiſcopo non poſſit tranſigi, *Bald. in l. poſt deciſiones C. de furt. remiſsive Io. de Anan. in c. cum ſit n.* 15. *de Iudæis &c. & ibi Can.*

*De ſucceſsionibus ab inteſtato.*

## Titulus XXVII.

### SVMMARIA.

1 *Clericorum ab inteſtato decedentium bona adventitia liberis coniunctis & uxori deferuntur ſecundum jura civilia & gradum prærogativum.*
2 *Bona peculii profectitii reſervãtur ſucceſſori.*
3 *Monacho monaſterium ſuccedit.*
4 *Monaſterio facta oblatio quomodo probetur.*
5 *Hæres dicitur duobus modis, hæres ſanguinis, & hæres hæreditatis, jura ſanguinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro virili jura hæreditaria proportione hæreditaria.*
6 *Statutum de hæreditate ab inteſtato aliter diſponens quam jus commune ad bona extra territorium ſita non extenditur.*
7 *Hæres quando timet hæreditatem damnoſam eſſe poteſt curare fieri citationem per proclama contra omnes creditores ut veniant ad edendum inſtrumenta debiti ipſi hæredi ad hoc ut poſſit deliberare.*

CLERICORVM ab inteſtato deceden
1 tium bona † adventitia liberis, coniun-
ctis, & uxori deferuntur, ſecundum jura, &
gradus prærogativam, juxta tradita *in lib.* 3.
*Inſtit. Imper. tit.* 1. *& ſeqq. tit.* ad quos me re-
mitto, & iſtis deficientibus eccleſiæ ſalvo ju-
re Curiæ, ſi defunctus clericus erat curialis;
patronatus, ſi erat libertus; & domini ſi erat
aſcriptitius, *c.* 1. *& ibi gl. fin. h. t. l. ſi quis pres-
byter C. de epiſc. & cler.* vel homo proprius
*Mynſ. obſ.* 23. *cent* 2. *l. fin. C. in quib. cauſ. col. cenſ.*
*dom. accuſ. poſſ* Bona peculii profectitii † re- 2
ſervantur ſucceſſori, ut dictum eſt ſupra *tit.*
*de pecul. cler.* Monacho † monaſterium ſuc- 3
cedit ſalva legitima liberis, ſalvo jure uxoris,
& ſalvo jure aliorum creditorum: *Auth. nunc*
*autem de epiſc. & cleric. c. cum ſimus de regul.*
*&c.* probatur oblatio facta † monaſterio, 4
etiam quoad effectum conſequendi bona
oblati, per unum teſtem de veritate, & per
confeſſionem etiam incidenter factam, *c.*
*fin. h. t.* Hæres dicitur † duobus modis, hæ- 5
res ſanguinis, & hæres hæreditatis. Iura ſan-
guinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro
virili, jura hæreditaria pro hæreditaria por-
tione, *l. ut jurisjurandi* §. *ſi liberi ff. de oper. li-*
*bert.* §. *multis Inſt. de ſucceſſ. libert. Bald. in cap.* 1.
*nu.* 7. *de eo qui ſib. vel hæred. ſuis maſc. & fœm.*
ideo liberi patroni ex inæquali parte habent
operarum actionem, *d. l. ut jurisjurandi* §. *ſi*
*liberi*, & filii inæqualiter inſtituti in feudo
ſuccedunt æqualiter; *c.* 1. *de ſucceſſ. feud.* ſta-
tutum † de hæreditate ab inteſtato aliter 6
diſponens, quam jus commune, ſive ſit con-
ceptum in rem, ſive in perſonam ad bona
extra territorium ſtatuentium ſita non ex-
tenditur, *Mynſing. obſer.* 19. *cent.* 5. *fuſe Rot.*
*diverſ. deciſ.* 295. *per tot. & deciſ.* 304. *part.* 1.
Illud notandum, quando hæres † timet hæ- 7
reditatem damnoſam eſſe poteſt curare fie-
ri citationem per proclama contra omnes
creditores ut veniant ad edendum inſtru-
menta debiti hæreditarii ipſi hæredi ad hoc
ut poſſit deliberare quod ſi creditores ſic
tores ſic vocati ad præſtitutum diem de
ſuis creditis non doceant ſibi præjudicant
nec hæres amplius ipſis reſpondere obno-
xius eſt, *Bart. in l. Ariſt. n.* 2. *ff. de jure delib. per*
*l. jam* §. *cum dicitur ff. ſi cui plus quam per l. fal-*
*cid. Mynſ. obſ.* 47. *cent.* 2.

De

*De Sepulturis.*

## Titulus XXVIII.

### SVMMARIA.

1 *Sepultura accipitur tripliciter.*

2 *Sepulchrum proprium non poteſt quis habere quoad proprietatem ſed tantum quoad vſum.*

3 *Sepultura electio eſt libera.*

4 *In qua pactio, promiſſio, obligatio, iuramentum votum, facta ad ſuggeſtionem & inductionen religioſorum & clericorum ſæcularium ut apud eorum eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam ulterius non immutent, nullius eſt firmitatis, & pœnæ quæ contravenientibus imponuntur.*

5. *Semel electa poteſt mutari etiam in loco minus religioſo.*

6 *Sepultura non electa debet iure communi quis ſepeliri in ſepulchris maiorum ſuorum, & ſi non adſunt, in parochia.*

7 *Quæ regula fallit quatuor modis.*

8 *Qui ex privilegio apoſtolico habent liberam ſepulturam ſive liberum ius funerandi poſſunt intrare proceſſionaliter alienam parochiam & accipere funus.*

9 *Secus quando ſimpliciter eſt conceſſa ſepultura ſive ius funerandi.*

10 *Sepultura quomodo acquiratur.*

11 *Sepulchri poſſeſſio quomodo acquiratur.*

12 *Cadaver traditum perpetuæ ſepulturæ non licet transferre de una eccleſia ad aliam, ſine licentia ſummi pontificis.*

13 *Quando autem eſt depoſitum in eccleſia, tunc licitum eſt illud transferre.*

14 *Pœnæ eorum qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cœmiteriis tempore interdicti ex communicatos publice, nominatim interdictos, manifeſtos uſurarios, hæreticos vel eorum fautores.*

IS qui inteſtatus, quantum ad ſepulturam pertinet, deceſſit, ſepelitur in ſepulchris ſuorum majorum, c. *pen.* & *3. hoc tit.* vel in cœmiterio parochialis eccleſiæ: c. 2. & *pen. hoc tit. in 6.* nã prohibitũ eſt de jure ſepeliri chadavera mortuorum in eccleſia, c. *præcipiendum § prohibendum*, c. *nullus mortuus 13. quæſt. 2.* præſertim in majori capella: *Greg. 15. deciſ. 145. num. 3. & ibi annot.* ideo annectit præcedentibus rubricis titulum *de ſepulturis.* Sepultura † ſumitur tripliciter; 1
primo pro jure ſepeliendi, & tunc eſt jus competens eccleſiæ, quæ habet populum, aut privilegium ad ſepeliendum in cœmiterio ſuo proveniens ex Pontificis aſſignatione, *Innoc. in c. 1. ante fin. hoc tit.* Secundo pro ipſo officio, quod impenditur corporibus funerandis, pro quo nihil exigi poteſt ab illis eccleſiaſticis, qui ad illud tenentur ratione beneficij: c. *in eccleſiaſtico* c. *præcipiendũ 13. q. 2.* c. *non ſatis*, c. *cum in eccleſia de Simon.* Clerici nõ obligati poſſunt aliquid accipere, nõ ut pretiũ, ſed ut ſubſidium, c. *charitatẽ § fin. 12. q. 2. & ibi gloſ.* c. *cũ ex officij de præſcript.* tenentur laici ſeruare laudabilem conſuetudinem, c. *ad Apoſtolicum de Simon. & ibi gloſſ. fin. & Can. gloſſ. fin. in c. abolendæ hoc tit. & ibi Can.* nihil exigi poteſt per clericos, antequam cadaver ſit traditum ſepulturæ, ſed poſtea eo condito, *d. c. abolendæ Rot, diverſ dec. 223. part. 1. in princip.* Tertio accipitur pro loco, in quo eſt aliquis ſepultus, qui ſacer non eſt ſecundum canones, vel ſepeliendus, & vendi poteſt, antequam ſit conſecratus per epiſcopos, ſicut venduntur poſſeſſiones ad eccleſias ædificandas: c. *aurum 12. q. 2. iuncta gl. in verb. in his tribus,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vas quoque lapideum, ſiue ligneum pro ali-
quo ſepeliendo factum vendi poteſt, *l. vel*
*quæ pater familias in fin. ff. de relig. & ſumpt.*
*funer.* quia pura ſunt, non religioſa, ſed poſt
quam auctoritate pontificali fuerunt con-
ſecrata, & ſepulturæ deputata, vendi non
poſſunt, etiamſi nullus ibi eſſet ſepultus,
quia ſunt ſacra, & religioſa, quæ ſunt nul-
lius, & extra commercium, *c. abolendæ, & ibi*
2 *gl. 1. Inn & Can. hoc tit. §. nullius, & §. religio-*
*ſum & ibi gl. & DD. Inſt. de rer. diuiſ. c. queſta,*
*& 2. cc. ſeqq. 13. q. 2.* vnde non poteſt quis †
habere proprium ſepulchrum quoad pro-
prietatem, ſed tantum quoad vſum, vt ipſe
& ſui ibi ſepeliantur, adeo quod ipſis inuitis
alius ibi ſepeliri non poſſit; *Hoſt in d. c. abo-*
*lendæ num. 18. Ioan. Andr num. 2. Butr. num. 3.*
*Zab. num. 2. Pan. num. 5. Greg. xv. deciſ. 145.*
*& ibi annot.* nam ius ſepulturæ toleratur ex
gratia, ſicut ius patronatus, *Hoſt. in d. c. abo-*
*lendæ in fin.* ac vt ſedilia, ſcamna, arma, & co-
gnomina permittuntur laicis in eccleſijs.
*Pan. in c. abolendæ num. 5. hoc titul. & ibi Can.*
*Franc. Marc. deciſ. 275. part. 1. Cepoll. in tract. de*
*ſeru. vrb. præd. tit de pict. num 6. & 10. l. qui li-*
*beralitate, & l. opus ff. de oper. publ.*

3 Electio ſepulturæ † eſt libera, *c. 1. c. cum li-*
*berum, & ſeq. hoc tit. c. 1. & ibi not. per Ioan. An.*
*num. 4. eod. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 333. numer. 1.*
*part. 1.* etiam mulieri nuptæ, *c. de vxore hoc*
*tit.* filiofamilias puberi abſque patris aſſen-
ſu, *c. licet hoc tit. in 6.* valida eſt, facta ſine pa-
ctione, & promiſſione, ſuggeſtione, vel in-
ductione religioſorum, vel clericorum ſæ-
cularium, *Franc. in c. 1. in 3. not ab. hoc tit. in*
*6. Rot. diuerſ. deciſ. 333. n. 6. & 7. part. 1. quæ eſt*
*Cæſ. deciſ. 2. hoc tit.* quia competit per mo-
dum facultatis, *c. 1. hoc titul.* Et poteſt vallari
ſpontaneis eligentium, vel affirmantium
non mutare electam ſepulturam, promiſ-
ſione, voto, iuramento, obligatione, inſtitu-
tionibus, & fideicommiſſis, *Rot. diuerſ. deciſ.*
*333. part. 1. c. 1. ibi promittendum iudicant, hoc*
*tit. in 6. Crauet. conſ. 10.* ſed † promiſſio, 4
obligatio, iuramentum, votum facta
ad ſuggeſtionem religioſorum, & clerico-
rum ſæcularium, vt apud eorum eccleſias
ſepulturam eligant, vel iam electam vlte-
rius non immutent, nullius eſt penitus fir-
mitatis, *c. 1. hoc tit. in 6. Clem cupientes §. fin.*
*de pœnis.* quia cum ſepultura ſit ius ſpiritua-
le, non poteſt interuenire pactio cum eli-
gentibus ſepulturam, *c. quam pio §. cauete 1.*
*quæſt. 2. c. pactiones de pact.* Contrauenienti-
bus pœnæ graues imponuntur, nam qui ſic
eligunt, nec apud ſic electas eccleſias vllate-
nus ſepeliri, nec alibi poſſunt eligere ſepul-
turam, ſed omnino, contradictione qua-
cumque non obſtante, ſepeliuntur apud
illas eccleſias, apud quas de iure ſepeliendi
fuiſſent, ſi alias ſepultura non electa deceſ-
ſiſſet. Religioſi, & clerici ſunt excommuni-
cati ipſo iure, *Clem fin. §. fin. de pœn.* & præfa-
tos in ſuis eccleſijs, vel cæmiterijs ſepelien-
do, obligati ſunt ad reſtitutionem ſepulto-
rum corporum ſi petuntur, & omnium, quæ
occaſione ſepulturæ eorum peruenerint
quomodolibet ad eoſdem, inter decendium
integraliter faciendam, quam niſi fecerint,
eccleſiæ ipſæ, apud quas ſepulti fuerunt, &
cœmiteria earumdē ex tunc eo ipſo ſunt &
tamdiu manēt eccleſiaſtico ſuppoſita inter-
dicto, donec ab eis fuerit facta reſtitutio
plenaria; *c. 1. hoc tit. in 6.* quæ pœna non ha-
bet locum in laicis inducentibus ad vouen-
dum, iurandum &c. *Rot. d. deciſ. 333. ſub nu.*
*6. part. 1. d. c. 1. in princ. ibi vniuerſis religioſis, &*
*ſæcularibus clericis hoc tit. in 6 & ibi Can.* Se-
mel electa † poteſt mutari etiam in loco mi- 5
nus religioſo, *c. cum quis §. fin. hoc tit. in 6.*
*quod corrigit c. fraternitatem hoc tit.* locus
magis religioſus eſt, in quo frequentius

celebrantur, divina officia; c. *cum gravia, & ibi glo. & Can.* 13. *qu.* 2. *Pan. in c fraternitatem num.* 4. *hoc tit.* quia electio ſepulturæ eſt pars
ultimæ voluntatis, cujus libertas tolli non
poteſt pactionibus, juramento, vel alias, *l.* 1.
*C. de ſacroſ. eccl. l. ſi tibi, & mihi §. in legatis ff. de
leg.* 1 *l ſi quis in prin. teſtamenti f. de leg.* 3. *Franc.
in c.* 1. *in* 6. *notab. hoc tit. in* 6. *& ibi Can.*

6 Quod ſi nulla † facta fuit electio de ſepul-
tura, debet jure communi inſpecto, quis ſe-
peliri in ſepulchris majorum ſuorum c. 1.
*hoc tit. c.* 2. *& c. is qui habet eod. in* 6. & ſi non
adſunt, in ſua parochia, in qua habet domi
cilium, & officia conſuevit audire divina, &
eccleſiaſtica percipere ſacramenta, c. 2. *&
pen. hoc tit. in* 6. licet ad villam ruralem ſe
tranſtulerit cauſa recreationis, vel ut rura-
lia in ea exerceret, & non electa ſepultura
deceſſerit ibidem, dummodo ad ipſam pa-
rochialem eccleſiam abſque periculo valeat
deportari; *d. c. is qui habet*, ſed & peregrini
& viatores ſi decedant itinerando intra pa-
rochiam alicujus, licet in loco ſit eccleſia ca-
thedralis, ſepeliendi ſunt in eccleſia paro-
chiali, & ibi ſolvenda ſunt jura funeralia &
non in eccleſia cathedrali; *Pan. poſt recenſi-
tas aliorum opiniones in c.* 1. *num.* 4. *hoc tit. per c.*
1. *de celebrat. miſſ. & c. paſtoralis in princ de his,
quæ fi. à præl. Card. Seraph. deciſ.* 1135. unde di-
ci poteſt jus eligendi ſepulturam eſſe jus ſpe-
ciale, inductum contra jus commune præ-
fatum, *Franc. in c.* 1. *§. ſi vero num.* 4. *hoc tit. in*
6. *Prob. ad Monach. num.* 3. *Ioan. And. num.* 5. *&
Can.* Jus enim funerandi eſt de parochiali
quemadmodum eſt ſacramentorum admi-
niſtratio, ſi eccleſiæ parochiali ſit deputa-
tum cœmiterium, *Clem. dudum §. verum hoc
tit. Pan. in c. certificari ſub num.* 7. *verſ. quæro in
eo quod hic fit mentio eod. c.* 1. 13. *quæſt.* 1. Se-
peliens alienum parochianum debet cor-
pus, vel oſſa reſtituere, & ea quæ occaſione
ſepultura recepiſſe noſcitur cum integritate,
*c. ex parte & ſeq. c. in noſtra hoc tit.* Ideo in in-
dulto quod à Romana Curia concedi con-
ſuevit, *Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. confeſſionale
verſ. quando petunt ex* Franc. *in c.* 1. *§. ſi vero nu.*
4. *hoc tit. in* 6. *& ibi Ioan. Monach. num.* 3. *&* 4.
vel ab Epiſcopo, *Pan. in c. certificari num.* 8. *&*
9. *hoc tit.* quod extra parochiam ſepeliri poſ-
ſint, adduntur hæc verba, ſalva juſtitia, vel
ſine præjudicio eccleſiæ parochialis, *d c. cer-
tificari hoc tit.* etenim eccleſiæ, in qua ſunt
majorum ſepulcra, dimiſſæ non debetur
canonica portio, ſed tantum parochiali
eccleſiæ, c. *cum quis hoc tit. in* 6. Prædicta
regula quod non electa ſepultura quis ſepe-
liri debeat in ſepulcri majorum, vel in pa-
rochiali eccleſia, fallit † in muliere nupta, 7
quæ, non electa ſepultura, cum viro ſuo eſt
ſepelienda, & ſi plures habuit cum ultimo,
cujus retinuit domicilium & honorem, *c. is
qui habet §. fin h. tit in* 6. Secundo in religio-
ſis, qui ſunt in monaſteriis ſuis ſepeliendi,
niſi moriantur in loco à monaſteriis ſuis re-
moto, ut commode cadaver ad monaſterii
non poſſit deferri, quo caſu poſſunt ſibi eli-
gere ſepulturam, & ea non electa tumulan-
tur in parochiali eccleſia, *c fin. hoc tit. in* 6. *&
ibi Can.* Tertio in filiis impuberibus mor-
tuis, quos pater, ſtante conſuetudine terræ,
& non alias, poteſt ſepelire quo voluerit; *c.
de uxore §. fin. hoc tit. c. pen. eod. in* 6. Quarto,
jure civili corpora eorum, in quibus ani-
madvertitur, etiam eorum qui exurendi
damnantur, non aliter ſepeliuntur, quam
ſi fuerit petitum & permiſſum; *l.* 1. *& fin. ff.
de cad. punit.* Canones vero communio-
nem & ſepulturam eis non interdicunt, qui
pro peccatis ſuis pœnam extremam perſol-
vunt, c. *quæſitum eſt* 13. *quæſt.* 2. *late Navarr.
conſ.* 60. *de pœnit. & remiſſ. Franc. Marc. qu.* 10.
*part.* 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8 Qui ex priuilegio † Apoſtolico habent
liberam ſepulturam, ſiue liberum ius fune
randi, ut prædicatores & minores poſſunt
intrare proceſſionaliter alienam paro-
chiam, & accipere funus cum ſolemnitate,
prohibente, & inuicto rectore parochiali,
Clem. dudum, & ibi gloſſ. in verb. libere Anchar.
num. 28. Pan. num. 32. de ſepult. late Franc.
Marc. q. 1048. part 1. quia verbum, liberam,
denotat quandam prærogatiuam abſolu-
tam & dominium ſuper actu cui adijcitur,
l. procurator cui libera ff. de procurat. c. cum no-
bis olim in fin. de elect. c. de multa de præb. Ge-
min. in c. vt animarum ſub nu. 2. de conſtit. Ol-
drad. conſ. 225. num 10. & ſeq. Tutius tamen
eſt vt non leuetur funus, niſi iubente &
intereſſente Sacerdote parochiali, qui inci-
pit cantare verſ. ſubuenite; ne detur materia
rixæ, aut ſibi ius dicant: Zab. in clem dudum
§. huiuſmodi in fin. & ibi Vitall. num. 13. & ſeq.
9 Imol. numer. 66. hoc tit. ſed ſi ſimpliciter †
conceſſa ſit eis ſepultura, ſiue ius funeran-
di, eligentes apud eccleſiam ſuam, non poſ-
ſunt proceſſionaliter intrare parochiam al-
terius, Gemin in d. c. vt animarum ſub num 2.
de conſtit. & ex quadam honeſta conſuetu-
dine defertur funus, primum ad parochia-
lem eccleſiam, & ibi celebratur miſſa, & ac-
cepit vltimum vale, deinde à parocho con-
ſignatur eis, apud quos elegit ſepulturam,
gloſſ. in d. Clem. dudum §. verum in verb. integre
hoc tit. Legatum factum pro ſepultura, de-
betur, ſi legans decedat excommunicatus,
ita quod ſepeliri nō poſſit, quia conditio ha-
betur pro impleta ex quo ſtat per teſtato-
rem, Bald. in l. 1. n. 27. C. de inſtit. & ſubſtit. Se-
10 pultura † acquiritur conceſſione, c. 1. verſ.
nulli hoc tit. conſtructione, c. vna quaque §.
item in nouo, & §. ſeq. 13. q. 2. Rot. diuerſ. deciſ.
222. in princ. par. 1. Greg. 15. deciſ. 283. & de-
ciſ. 332. dotatione Capellæ, c. monaſterium,
& c. ſequenti 16. qu. 7. c. nobis de iurepatr. & ibi
not. DD. Rot. diuerſ. deciſ. 173. ſub. num. 3. part.
2. nec requiritur expreſſus conſenſus Epiſ-
copi, ſed ſufficit eum non reclamare, Hoſt. in
c. fin. in fin. Io. Andr. in princ. Anchar. num. 5. &
ibidem Panor. & Can. Rot. diuerſ. 222, nu. 1. &
2. part. 1. ſucceſione, l. ius 1. & 2. C. de relig.
& ſumpt. funer. &c. Sepulcra enim quædam
ſunt familiaria, quæ quis ſibi familiæque
ſuæ conſtituit, quædam hæreditaria, quæ
quis ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituit l. fa-
miliaria, & l. ſeq. ff. de relig. & ſumptib. fun.
&c. Tranſeunt cum vniuerſitate quando
talis res venditur, quæ ſine expreſſione ſigni
vniuerſalis continet vniuerſalitatem, vt vil-
la, caſtrum, Innoc. in c. ex litteris n. 1. & 2. de
iurepatr. Poſſeſſio † ſepulcri acquiritur per 11
ædificationem, nam cum ſit in poſſeſſione
ædificij eſt etiam in poſſeſſione illius vſus ad
quem ædificium eſt deſtinatum, §. religio-
ſum verſ. in commune Inſtit. de rer. diuiſ. l. ſi quis
ſepulchrum ff. de relig. & ſumpt. fun. Secundo
ex illatione, quæ tunc eſt probanda, & ex
hac illatione quæritur etiam ius prohiben-
di, ne alij in id inferantur; l. ſcriptus verſ. fin. l.
ſi venditu ff. de relig. & ſumpt. fun. &c. Pan. in
c. abolendæ n. 5. hoc tit. & ibi Can. corpus ab
alio illatum non licet effodere ſine decreto
pontificum, l. oſſa ff. de relig. & ſumpt. fun.
Cadauer traditum † perpetuæ ſepulturæ 12
non licet transferre de vna eccleſia ad aliam
ſine licentia ſummi Pontificis, quæ datur
per breue ex rationabili cauſa, l. pen. C. de re-
lig. & ſumpt. fun. l. Diui fratres ff. eod.
cum clauſula ſine præiudicio, Mandoſ. de ſign.
grat. tit. Confeßionale, verſ. quando petunt &c.
quando autem † eſt depoſitum ſolummodo 13
in eccleſia, tunc licitum eſt illud transferre
ad aliam eccleſiam ſine licentia & auctorita-
te alicuius, l. ſi necdum C. de relig. & ſumpt. l. ſi
uis eo animo ff. eod. gloſſ. in c. corpora de conſecr.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diſt.* 1. dummodo transferatur ad locum, vbi alias viuus ſtare poterat, *l. ſi quis inſulam ff de cadau.punit. & ibi Bart. ſtaph.de reſcrip. apoſtol.in form.Breu.* §. *datur per Breue num.* 16 *&* 17.

14 Qui ſepeliunt † defunctorum corpora in cemiterijs interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos participatione ſacramentorum, vel manifeſtos vſurarios ſcienter, ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacent, à qua nulla tenus abſoluuntur, niſi prius ad arbitrium Diœceſani epiſcopi eis, quibus per præmiſſa iniuria fuerit illata, ſatisfactionem exhibuerint competentem, nullo eis circa præmiſſa exemptionis vel quouis, alio priuilegio ſub quacumque verborum forma conceſſo aliqualiter ſuffragante. *Clem.* 1. *hoc tit. & ibi Anchar. & Can.* quam pœnam omnes cooperantes, aſſociantes, fodientes ſepulcrum, portantes candelas, clerici dicentes officium, & auctorizantes ad ſepulturam, incurrunt, *Anchar.num.* 10 *Cald. Imol. & alij in d.Clem* 1.*hoc tit.Capel.Thol.quæſt.* 328. prædictorumque corpora ſi ab alijs corporibus dignoſci poſſunt debent exhumari, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari, *cap. ſacris hoc tit.* quicumque hæreticos vel fautores eorum ſcienter eccleſiaſticæ tradunt ſepulturæ, vſque ad ſatis factionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſubiacent, nec abſolutionis beneficium merentur, niſi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiuſmodi cadauera damnatorum, & locus ille perpetua ſepultura caret, c. 2. *in princ. de hæret, in* 6. Is cui eſt eccleſiæ interdictus ingreſſus, ſi hoc interdicto durante, decedat, non debet in eccleſia vel cæmiterio eccleſiaſtico, niſi penituerit, ſepeliri, *c. is cui* 1. *de ſent, excom. in*

6. Alios caſus in quibus denegatur eccleſiaſtica ſepultura *vide per gloſſ.in c.ex parte el.* 2. *hoc tit. & ibi Doct.*

### *De parochijs & alienis parochianis.*

## Titulus XXIX.

### *SVMMARIA.*

1 *Parochialitas non præſumitur.*

2 *Ad parochialem eccleſiam conſtituendam primo requiritur poteſtas fori pœnitentialis quæ in nullo eſſe poteſt niſi ſit ſacerdos.*

3 *Secundo, Parochia ſiue locus certus limitibus determinatus.*

4 *Tertio, Quod obtinens eccleſiam exerceat curam nomine ſuo.*

5 *Quarto, Quod rector ſuo nomine ſingulariter ad regimen eccleſiæ aſſumatur.*

6 *Quinto, auctoritas epiſcopo conſtituentis eam parochialem.*

7 *Sexto, publica orthodoxæ fidei profeſſio.*

8 *In hiſpaniarum regnis ac etiam alibi ſicut quadam diœceſis in quibus cura omnium reſidet penes Epiſcopos, & ipſa eccleſia ſiue cathedralis ſiue metropolitana eſt parochia totius diœceſis.*

9 *Synodus tridentina in ijs ciuitatibus & locis vbi parochiales eccleſiæ certos non habent fines mandat Epiſcopis vt diſtincto populo in certas parochias vnicuique ſuum proprium paſtorem aßignent.*

10 *Beneficia ſæcularia quæ curam animarum retinent non poſſunt deinceps, aut aliqua pars fructuum ipſorum in ſimplex beneficium conuerti.*

11 *Epiſcopi poſſunt facere vniones perpetuas quamcunque parochialium & baptiſmalium & aliorum beneficiorum curatorum vel non curatorum non tamen regularium cum curatis.*

12 *Paro-*

12 *Parochialia jura ſunt multa, parochus neceſsitate aſtringitur eccleſiaſtica miniſtrare Sacramenta, clerici & laici infra parochiam habitantes coguntur ad eam accedere.*

13 *2. Diebus Dominicis feſtivis clerus & populus in eccleſia parochiali ad miſſam publicam celebrationem debent convenire.*

14 *Quicunque parochiales vel alias curam animarum habentes, Eccleſias obtinent, plebes ſibi commiſſas docere debent ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, lingua vernacula.*

15 *3. Populus debet eccleſiæ parochiali ſolvere decimas perſonales primitias & oblationes.*

16 *4. Vt parochiani confiteantur & pœnitentiam recipiant à ſuo presbytero parochiali.*

17 *5. In ſolemnizatione matrimoniorum ſepulturis fonte baptiſmali, in docendo pueros rudimenta fidei.*

18 *Parochus poteſt dare licentiam generalem de exercendo ea quæ pertinent ad officium curati alteri ſacerdoti ſæculari.*

19 *Ac regulari, ſed tunc in generali licentia nõ venit miniſtratio ſacramenti extremæ unctionis vel euchariſtiæ clerico vel laico matrimoniorumve ſolemnitatio niſi ſuper habeatur ſpecialis licentia.*

20 *A qua regula excipiuntur duo caſus.*

21 *Parochi tenentur alere clericum intitulatum quando redditus eccleſiæ ſufficiunt.*

22 *Parochialium Eccleſiarum ſæcularium quarumcunque etiam jurispatronatus Eccleſiaſtici vel mixti etiamſi devolutæ reſervatæ vel affectæ fuerint collatio fit per concurſum.*

23 *Quomodo iſte concurſus fiat.*

24 *Ex approbatis Epiſcopus ſolus eum eligit quem cæteris magis idoneum judicaverit infra ſex menſes quando collatio ad Epiſcopum ſpectat, & quando ad Papam vel alios ſpectat infra quatuor menſes & à ſe electum illis notificat.*

25 *Si jurispatronatus eccleſiaſtici vel mixti parochialis erit ac inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos judicabit epiſcopo præſentare tenetur, cum inſtitutio ab alio eſt facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligit digniorem quem patronus ei præſentat ad quem pertinet inſtitutio.*

26 *In parochialibus jurispatronatus laicalis nõ eſt neceſſarius concurſus, niſi quando plures ſunt præſentati & ſinguli præſentati æquales habent voces, alias ſi unus habet plures voces, ille ſolus eſt examinandus abſque concurſu aliorum.*

27 *Appellatio à judicio Epiſcopi non admittitur.*

28 *In collatione parochialium Eccleſiarum monaſteriis unitarum quoad temporalia & ſpiritualia non fit concurſus ſed ad nutum amovibiles ponuntur ſervata diſpoſitione* c. in monaſteriis ſeſſ. 25. de regularib.

29 *Quando eccleſiæ parochiales ſunt unitæ quoad temporalia tunc vicarii perpetui ad nominationem eorum in quorum eccleſiis unitis ponuntur, cum ipſorum ordinariorum prœmio examine approbatione deputantur ſine ullo concurſu.*

30 *In prioratibus & aliis beneficiis regularibus curatis etiam ſolitis commendari ſæcularibus non fit concurſus.*

31 *De parochia quis efficitur acquiſitione & translatione domicilii.*

32 *Sola habitatione, quoad neceſſaria ſacramenta confeſſionis & Euchariſtiæ, quæ non ſufficit quoad voluntaria ſacramenta.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆTER jus ſepulturæ plura alia jura
competunt eccleſiæ parochiali, de qui-
bus tractat ſub hac rubr. de parochiis &c.
1 Parochialitas † in dubio non præſumitur.
*Bell.deciſ.*675. Ad conſtituendam eccleſiam
2 parochialem plura † requiruntur. Primo
poteſtas fori pœnitentialis, quæ in nullo
poteſt eſſe niſi ſit ſacerdos: c. *in novo* 21.
*diſt.*c.*omnis de pœnit.& remiſſ.* Sacerdotio aut
ſacris ordinibus non initiatus, cui collata eſt
parochialis eccleſia, poteſt per ſe facere om-
nia ſpectantia ad parochum, exceptis actib⁹
pertinentibus ad ordines, c. *licet canon.*c.*cum
ex eo* c. *commiſſa de elect. in 6. junctis ſuffraga-
neis, &* c. *transmiſſam de elect. Navar. conſ.* 9.
*num.*4. *& ſeqq. de clandeſt. deſponſ.* & excepta
præſentia præſtanda contrahendo matri-
monio; c.1. *ibi parocho, vel alio ſacerdote ſeſſ.*
24. *de reform. matr. Navar. conſ.* 10. *de clandeſt.
deſponſ.* ſed poteſt dare alteri ſacerdoti ſecu-
lari generalem licentiam adminiſtrandi o-
mnia ſacramenta in ſua parochia, vel omni
religioſo cum ſpeciali expreſſione & licen-
tia, quod poſſit laicis & clericis ſacramen-
tum extremæ unctionis, & euchariſtiæ mi-
niſtrare, matrimoniaq; ſolemnizare, *Clem* 1.
*& ibi gl. in verb. presbyteri de privil. & ibi Can.
communiter.* vel licentiare alium quemlibet
parochum ad ſacramenta adminiſtranda
ſuis parochianis. *Vitall. in d. Clem.* 1. *num.* 30.
*de privil. & Zab. in princ. in* 18 *quæſt. anch.*
3 *num.* 4. Secundo parochia, † id eſt locus
certis limitibus determinatus, in quo popu-
lus alicui eccleſiæ deputatus habitat. c. *regen-
da.* 10. *quæſt.* 1. c. *eccleſias* 13 *quæſt.* 1. c. *plures*
16. *quæſt.* 1. c. *& quia ſeſſ.* 14. c. *quando* 38. *diſt.* c.
1. *de c. Monach. gl. in c. licet Canon. in verb. pa-
rochialibus, & ibi Can. de elect. in 6.* Tertio
4 quod † obtinens eccleſiam exerceat curam
nomine ſuo, non alieno, c. *extirpandæ* §. *qui
vero, & ibi Can. de præb. Clem. unica, & ibi gl.
in verb. perpetuis, & Can. de off. vic.* Quarto
quod rector † ſuo nomine, ſingulariter, & 5
non cum aliis ad regimen parochialis ec-
cleſiæ aſſumatur; c. *cum non ignores de præb.*
c. *ſicut una* c. *præcipimus* 2. *quæſt.* 2. *Rot. diverſ.
deciſ.* 52. *per totam par.* 2. *diverſ.* & hoc caſu
quando adeſt verus rector poſſunt deputa-
ri unus vel plures coadjutores ad exercen-
dam curam animarum pro intitulato; c. *pro-
poſuit de fil. presb. ordin. & c. d. c. præcipimus, &
ibi gl. & Can. Lap. alleg.* 5. quia cura non pot-
eſt eſſe penes plures ſed exercitium curæ
non ſolum inter plures dividi poteſt, ſed et-
iam pluribus in ſolidum competere, *Gonz.
ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.* 6. *num.* 42. *&
ſeqq. & num.* 65. *& ſeqq. Greg. xv. dec.* 370 *in
fin. & ibi annot. Oldrad. conſ.* 67. Quinto, au-
ctoritas † Epiſcopi conſtituentis eam paro- 6
chialem, c. *nullas omnino.* 16. *qu.* 7. c. *cum ſatis
de off. archid. Ioan. Andr. in c. quia nonnulli n.* 3.
*& ibi Can. de cler. non reſid.* Sexto publica † 7
orthodoxæ fidei profeſſio, ac jurata ſpon-
ſio, quod in obedientia Romanæ Eccleſiæ
ſit permanſurus, quæ fieri debet ad minus
intra duos menſes à die proviſionis, in ma-
nibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito corā
generali eius Vicario, ſeu officiali, c. *cum di-
gnitates* §. *proviſi etiam ſeſſ.* 24. alioquin fru-
ctus non facit ſuos, nec illi poſſeſſio ſuffra-
gatur, *d. c. cum dignitates* §. *proviſi autem ſeſſ.*
24. Quæ omnia requiruntur ubi cura ani-
marum totius Diœceſis in plures parochias
eſt diſtincta, *Staphyl. de litt. grat. tit. de qualit.
& ſtat. bon.* §. *circa ſecundũ qualitatem Sarnen.
in reg. de idiomate qu.* 11. *n.* 8. *& ſeqq. approb. à
Rota diverſ. deciſ.* 52. *per tot. part.* 2. *Gonz. ſuper
reg. Canc. de menſ. & altern. gl.* 6. *n.* 34. *& plurib.
ſeqq.* In Hiſpaniarum † regnis, ac etiam ali- 8
bi adſunt nonnullæ Diœceſes, in quibus cu-
ra omnis reſidet penes ipſos Epiſcopos, &
ipſa eccleſia ſive cathedralis, ſive metropoli-
tana

tana eſt parochia totius Diœceſis, c. *expedit*
*ſeſſ. 24. in prin. Rot. diverſ. deciſ. 48 part. 1. &*
*deciſ. 309. in fin. part. 2.* quo caſu poteſt Epi-
ſcopus plures ad nutum amovibiles inſti-
tuere in parochialibus, qui exerceant juram
animarum, vel pluribus alternis hebdoma-
dis exercendam committere, quia titulus
Curæ eſt penes Epiſcopum, *juribus allegatis.*
*Gonzal. ſuper reg. Cancell. de menſ & alter. gloſſ.*
*6. num. 65. & ſeqq. & num. 75. & ſeqq.* Syno-
9 dus Tridentina in iis civitatibus † ac locis,
ubi parochiales eccleſiæ certos non habent
fines, nec earum rectores proprium popu-
lum, quem regant; ſed promiſcue petenti-
bus ſacramenta miniſtrant, ac in iis civita-
tibus ac locis; ubi nullæ ſunt parochiales ec-
cleſiæ, mandat epiſcopis, ut diſtinctio popu-
lo in certas propriaſque parochias, unicui-
que ſuum perpetuum, peculiaremque pa-
rochum aſſignent, aut alio utiliore modo,
prout loci utilitas exegerit, provideant; ut
parochus populum ſibi creditum, & popu-
lus parochum, à quo ſolo licite ſacramenta
ſuſcipiat, cognoſcere valeat, c. *quoniam ple-*
*ræque §. in iis quoq; ſeſſ.* 24. Laicus de conſenſu
Epiſcopi, non poteſt ſibi in ipſa fundatione
reſervare jus nominandi plures clericos ad
ſuum nutum amovibiles, penes quos ſit ex-
ercitium curæ, quia hoc caſu in eccleſia nul-
lus adeſſet rector cum titulo, c. *ſicut unad* c.
10 *præcipimus* 21. *quæſt.* 2. Beneficia † ſæcularia
quæ curam animarum ex primæva eorum
inſtitutione, aut aliter quomodocumque
retinent, non poſſunt deinceps, aut aliqua
pars fructuum ipſorum, *Garc. de benef. part.*
12. *c* 2. §. 1. *ſub num.* 87. In ſimplex benefi-
cium converti, etiam aſſignata vicario per-
petuo congrua portione, c. *16. ſeſſ. 25.* Vt
11 Eccleſiarū † ſtatus ex dignitate conſerve-
tur, poſſunt epiſcopi etiam tanquam ſedis
apoſtolicæ delegati, juxta formam Iuris, ſi-
ne præjudicio obtinentium, facere uniones
perpetuas quarumcumque parochialium
& baptiſmalium & aliorum beneficiorum
curatorum vel non curatorum, non tamen
regularium, c. *quoniam pleraque § in paro-*
*chialibus*, cum curatis propter earum pau-
pertatem, & in certis caſibus à jure permiſ-
ſis; quæ non poſſunt quoquo modo infrin-
gi vigore cuiuſcumq; proviſionis, etiam ex
cauſa reſignationis aut derogationis, aut ſu-
ſpenſionis, c. *cum etiam ſeſſ. 21. c. unico § fin.* 10.
*quæſt.* 1. Si per beneficiorum unionem, id
fieri non poſſit, curabit Epiſcopus ut deci-
marum vel primitiarum aſſignatione, aut
per parochianorum ſymbolo, aut collectas,
aut qua commodiore ei videbitur ratione
tantum redigatur, quod pro rectoris aut
parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat, *d. c.*
*quoniam pleraq; §. in parochialibus.*

Iura parochialia † ſunt multa, parochus 12
neceſſitate aſtringitur eccleſiaſtica mini-
ſtrare ſacramenta, clerici & laici infra paro-
chiam habitantes, coguntur ad eum acce-
dere, c. *alia* 16 *qu.* 1. c. *& hoc attenden. de con-*
*ſecrat. diſt. 1. gl. in Clem. dudum in verb. impe-*
*denda de ſepult. Pan. in c. cum ab Eccleſiarum n.*
*2. de off. ord. Greg 15. deciſ. 387. n. 7. & ſeqq &*
*ibi annot. & deciſ. 405. Pan. in c. dilectus n. 16.*
*& 17. de capell. monac.* & parocho, pro certo,
convenit cum parochianis in periculis pro
viribus perſiſtere, c. *ſuſcitaris* 7. *qu.* 1. Secun-
do, diebus † dominicis & feſtivis clericis, & 13
populus in eccleſia parochiali ad miſſarum
publicam celebrationem debent conveni-
re, *d. c. & hoc attendendum de conſecrat. diſt. 1.*
*c. 2. h. tit. Lap. alleg. 87 per tot.* Ideo Concilium
Tridentinū decrevit, quod epiſcopus mo-
neat populū diligenter, teneri unumquem-
que parochiæ ſuæ intereſſe, ubi id com-
mode fieri poteſt, ad audiendum verbum
Dei, c. 4. §. *moneatq; ſeſſ.* 24. c. *quanto §.*
*moneant*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*moneant ſeſſ.* 22. nam Archipresbyteri, pleba-
ni, & quicumque parochiales, vel alias cu-
ram animarum habentes eccleſias, obtinent
14 per ſe, † vel alios idoneos, ſi legitime impe-
diti fuerint, ab epiſcopis deputandos eo-
rum impenſis, c. *prædicationes ſeſſ.* 24. diebus
ſaltem dominicis, & feſtis ſolemnibus, ac
tempore jejuniorum quadrageſimæ, & Ad-
ventus Domini, quotidie, vel tribus in heb-
domada diebus, plebes ſibi commiſſas do-
cere debent ea, quæ ſcire omnibus neceſſa-
rium eſt ad ſalutem, lingua vernacula, poſt-
poſitis inutilibus quæſtionibus, c. *ut fidelis*
*ſeſſ.* 24. Si quis eorum id præſtare negligat,
etiamſi ab epiſcopi juriſdictione quavis ra-
tione exemptum ſe eſſe prætenderet, etiam-
ſi eccleſiæ quovis modo exemptæ diceren-
tur, aut alicui monaſterio etiam extra diœ-
ceſim exiſtenti forſan annexæ, vel unitæ,
modo re ipſa in diœceſi ſint, & ab epiſcopo
monitus trium menſium ſpatio ſuo muneri
defuerit, per cenſuras eccleſiaſticas, ſeu alias
ad arbitrium Epiſcopi cogitur; ita ut etiam
eccleſiarum fructibus alteri, qui id præſtet,
honeſtam aliquam mercedem perſolven-
dam, conſtituere poſſit, donec principalis i-
pſe reſipiſcens officium ſuum impleat, c. 2.
§. *archipresbyteri ſeſſ.* 5. Si vero parochiales
eccleſiæ ſubjectæ ſint monaſteriis in nulla
diœceſi exiſtentibus, & regulares prælati in
prædictis negligentes fuerint, à metropoli-
tanis, in quorum provinciis diœceſes ſitæ
ſunt, tanquam quoad hoc ſedis apoſtolicæ
delegatis compelluntur; neque hujus de-
creti executionem conſuetudo, vel exem-
ptio, aut appellatio, ſeu recurſus impedire
valet, c. 2. §. *ſi qua vero ſeſſ.* 5. *d.* c. *prædicationes*
*ſeſſ.* 24. Præterea epiſcopi etiam tanquam
ſedis apoſtolicæ delegati, in eccleſiis paro-
chialibus, vel baptiſmalibus, in quibus po-
pulus ita numeroſus ſit, ut unus rector non
poſſit ſufficere eccleſiaſticis ſacramentis
miniſtrandis, & culturi divino peragendo
cogunt rectores, vel alios ad quos pertinet,
ſibi tot ſacerdotes ad hoc munus adiunge-
re, quot ſufficiant ad ſacramenta exhiben-
da, & cultum divinum celebrandum, c. *Epi-*
*ſcopi ſeſſ.* 21. eiſdem illiteratis, & impeditis,
ſi alias honeſtæ vitæ ſint, coadjutores, aut
vicarios pro tempore deputant, partemque
fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſi-
gnant, vel aliter provident, quacumque ap-
pellatione, & exemptione remota, c. *quia il-*
*literati ſeſſ.* 21. Eos vero qui turpiter, aut
ſcandaloſe vivunt, poſtquam præmoniti
fuerint, caſtigant, etſi adhuc incorrigibiles
in ſua nequitia perſeverent, eos beneficiis
juxta ſacros canones, exemptione, & ap-
pellatione quacumque remota privandi fa-
cultatem habent. c. *quia illiterati* §. *eos vero*
*ſeſſ.* 21. Tertio, † populus debet eccleſiæ pa- 15
rochiali ſolvere decimas, primitias, & obla-
tiones, *in ſeq. tit. dicetur.* Quarto, ut paro-
chiani confiteantur, † & pœnitentiam reci- 16
piant à ſuo presbytero parochiali, niſi ab eo
licentiam habeant, ut ab alio recipere poſ-
ſint, c. *placuit de pœnit. diſt.* 6. c. *omnis utriuſq;*
*ſexus de pœnit. & remiſſ.* nulli enim ſacerdo-
tum licet alterius parochianum ligare vel
ſolvere, c. *adjicimus* §. *ecce.* 16. *quæſt.* 1. *d.* c. *pla-*
*cuit.* Quinto, in ſolemnizatione † matri- 17
moniorum, c. *cum inhibitio in princ. &* §. *fin.*
*de clandeſt. deſponſ.* c. 1. *ſeſſ.* 24. *de reform. matr.*
ſepulturis, *dictum eſt in præced. tit.* fonte ba-
ptiſmali, qui conſuevit eſſe in plebibus, &
parochiis, *Clem.* 1. *& ibi Anch. ſub. num.* 3. *de*
*bapriſ.* c. 1. §. *item leo* 4. 13. *quæſt.* 1. in delati-
one euchariſtiæ ad infirmos, *Rot. Farin. dec.*
340. *part.* 2. in docendo pueros fidei rudi-
menta ſingulis ſaltem diebus dominicis, &
feſtiuis: c. *vt quiſq; de vit. & honeſt. cler.* ſtatur
aſſertioni parochi, cum deponit de perti-
nenti-

nentibus ad eius officium, c. *poſt ceſſionem, &*
*ibi not. DD. de probat. Innoc. in* c. 1. *n.* 10. *de fid.*
*inſtr. & ibi Can. Rot. diverſ. deciſ.* 750. *n.* 10. *par.*
1. *& deciſ.* 220. *n.* 1. *part.* 2.
18 Parochus poteſt † dare licentiam gene-
ralem de exercendo ea, quæ pertinent ad
officium curari, alteri Sacerdoti ſæculari,
quia habet ordinariam juriſdictionem, *gl. in*
*clem.* 1. *in verb. presbyteri de privil. & Can.* in
qua includitur facultas ſolemnizandi ma-
trimonia, licet in ſpecie nõ exprimatur, *Rot.*
*deciſ.* 750. *part.* 1. *diverſ. late Navarr. conſ.* 13.
19 *de cland. deſponſ.* ac regulari, † & tunc in ge-
nerali licentia non venit miniſtratio Sacra-
menti extremæ unctionis, vel euchariſtiæ
clericis, vel laicis, matrimoniorumve ſole-
mnizatio, niſi ſuper his ſpecialis habeatur li-
centia, ſine qua religioſus præſumens dicta
tria Sacramenta miniſtrare, ipſo facto ſen-
tentiam excommunicationis incurrit, per
ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſolven-
dus, *Clem.* 1. *de privil. & ibi gl. in verb. ſpeciali,*
20 *& Anchar. nu.* 5. *& Can.* exceptis † religioſis,
qui habent curam parochiæ populi, vel de
jure communi, ut eſt Canonicus regularis,
vel ex diſpenſatione, ut monachus, c. *quod*
*Dei timorem, de ſtat. Monach.* qui abſque me-
tu incurſus dictæ excommunicationis præ-
fata tria Sacramenta clericis, & laicis ſuæ pa-
rochiæ, ac alienis parochianis poſſunt mini-
ſtrare de licentia propriorum parochorum,
*Vitall. in clem.* 1. *n.* 3. *& ſeqq. & n.* 17. 18. *&* 22.
*de privil. & Zab. in princ. in* 2. *&* 23. *quæſt.*
quia in his, quæ curam parochiæ concer-
nunt, habentur pro presbytero ſæculari: *l. ſi*
*pater §. ſi duos ff. de adopt. & ibi poſt gloſſ.* 1. *Bart.*
*& DD.* ac excepto Religioſo, qui ipſi paro-
cho Sacramenta Euchariſtiæ, & extremæ
unctionis miniſtravit, quia non poteſt dici,
quod miniſtravit ſine licentia, *Zab. d. clem.*
21 1. *in princ. q.* 17. Tenetur † alere clericum
intitulatum, & non excuſatur tenendo ſer-
vitorem, quando redditus ſufficiunt eccle-
ſiæ, quod in dubio præſumitur: *d. c. ut quiſ-*
*que & ibi Pan. n.* 1. *& Can. Pan. in c. fin. numer.*
10. *in fin. & ibi Felin. num.* 10. *verſ. ex quibus*
*colligit de præſcript. Caſſad. deciſ.* 19. *in princ. de*
*præbend.* beneficiati in eis non ſunt neceſſa-
rii, ſed tantum ad bene eſſe, *Rot. diverſ. deciſ.*
56. *num.* 9. *&* 10. *par.* 2. c. *ut quiſque de vita &*
*honeſt. cleric. Caſſad. deciſ.* 19. *in princ. de præ-*
*bend.* ac parochialis erigitur in collegiatam
auctoritate epiſcopi, c. *quoniam de vit. & ho-*
*neſt. cler. & ibi Pan. num.* 2. c. *nobis & ibi poſt*
*gloſſ. in verb. in c. Can. de jurep. Zabar. in Clem.*
*ſtatutum in* 4. *qu. dicens ita judicatum de elect.*
*Bertac. de conſum. epiſc.* 2. *par.* 4. *lib. tit. de po-*
*teſt. epiſc. circa ſpiritualia num.* 79. *Garc. de be-*
*nef. par.* 12. c. 5. *num.* 4. *requirit auctoritatem*
*Papæ*, de conſenſu ſui capituli, *Pan. in d. c.*
*quoniam num.* 2. *& ibi Can. Franc. Marc. deciſ.*
678. *num.* 6. *par.* 2. ac patroni, *Ancar. in c.*
*ſuggeſtum n.* 6. *de jurepat. Caſſad. deciſ.* 6. *n.* 4. *de*
*jurepatr.*
Collatio parochialium † eccleſiarum ſæ- 22
cularium, *Gonz. ſuper reg. Cancell. de men. &*
*alter gloſſ.* 6. *num.* 262. *verſ.* 12. etiamſi cura
eccleſiæ, quam deputati Capellani exer-
cent, *Oldrad. conſ.* 6. 7. *Gonz. ſuper reg. Can-*
*cel. d. menſ. & alter. gloſſ.* 6. *num.* 71. (Secus ſi
ipſimet Canonici, aut alii clerici abſque de-
putatione, quia hoc ultimo caſu nunquam
inducitur vacatio, *arg. c. ſtatutum de elect. in*
6. *Put. deciſ.* 282. *lib.* 1. *Garc. de benef. par.* 9. c.
2. §. 1. *num.* 180. *&* 186. *Navar. conſ.* 8. *num.* 9.
*de privil. Pariſ. de reſig. lib.* 8. *q.* 9. *num.* 93.) vel
epiſcopo incumbere dicatur, ac eccleſias
patrimonialium, ſeu receptivarum nuncu-
patarum, in quibus conſuevit Epiſcopus u-
ni vel pluribus curam animarum demanda-
re, *Garc. de benef. par.* 9. c. 2. §. 1. *num.* 175. *&*
*ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.* 6.

*numer.* 114. aut iuris patronatus eccleſiaſtici, *GonZ. ſuper reg. Cancell. de men. & alter gloſſ.* 6. *ſub nu.* 112. *& nu.* 135. *Garc. de benef. part.* 9. *c.* 2. *num.* 18. *in fin. &* §. 2. *num.* 261. *& ſeqq. d. par.* 9. *cap.* 2. vel mixti, *GarZ. de benef par.* 9. *cap.* 2. §. 2. *numer.* 276. *& ſeqq. annot. ad Greg. xv. deciſ.* 494. *num.* 5. *&* 6. necnon vicariarum erectarum in eccleſijs alicui beneficio vnitis, ſeparando curam animarum ab ipſis eccleſijs & transferendo eam in Vicarios, *GarZ. de benef. par.* 9. *cap.* 2. §. 2. *numer.* 298. *&* 301. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 579. *par.* 2. *in recollectis per Farin.* cum per obitum vel reſignationem etiam in Curia non tamen in fauorem certæ perſonæ coram ſanctiſſimo Domino noſtro, *Pariſ. de reſign. lib.* 10. *qu.* 7. *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.* 16. *num.* 121. *& ſeqq.* ſiue in forma gratioſa, propter approbationem præuio examine factam Romæ, *Harz. de benef. par* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 156. *& ſeqq. Pariſ. de reſig lib.* 1. *qu.* 7. *numer.* 7. *&* 8. ſiue in forma dignum expeditam, quia tunc ſufficit reſignatarium abſque concurſu ab examinatoribus in ſynodo deputatis ſimul cum epiſcopo approbari, *Pariſ. de reſign lib.* 10. *qu. numer.* 13. *& ſeqq. vbi refert declarationes congregationis interpretum* Concilij Tridentini *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter. gloſſ.* 6. *numer.* 121. *& ſeqq. & gloſſ.* 14. *num.* 14.) illarum vacatio contigerit, etiamſi ipſæ parochiales eccleſiæ deuolutæ, reſeruatæ, etiam per vacationem in menſibus Papæ, *Pariſ. de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 9. *nu.* 102 vel affectæ fuerint generaliter, vel ſpecialiter, *Garz. de benef. par.* 9. *cap.* 2. §. 1. *numer.* 153 *cap.* 18. *in princ. ſeſſ.* 24. etiam vigore indulti in fauorem S. R. E. Cardinalium, fieri debet per concurſum: *Gonz. ſuper reg. de menſ. & alter gloſſ.* 6. *numero* 112. *& ſeqq. vbi ponit vnam ampliat. &* 12. *caſus in quibus ceſſat concurſus Quarant. in ſum. bullarum in verb. beneficij paroch. collat. Pariſ. de reſignat. lib.* 8. *qu.* 9. *numer.* 77. *vbi ampliat & limitat.*

Conſtituto † per epiſcopum, & non per 23
inferiorem prælatum, *Garz. de benef. par.* 9. *cap.* 2. §. 1. *numer.* 127. *cap.* 18. *in princ. ibi debeat epiſcopus ſtatim ſeſſ.* 24. habita notitia vacationis, ſi opus fuerit, idoneo in eis Vicario cungrua fructuum portionis aſſignatione, *Nauarr. conſ.* 5. *de off. ord. cap.* 18. *in fin. princ. ſeſſ.* 24. qui onera ipſarum eccleſiarum ſuſtineat, donec eis de rectore prouideatur, *cap.* 18. *in princ ſeſſ.* 24. *quod in eo corrigit cap. cum vos de off. ord.* Deinde epiſcopus ſiue eius Vicarius ex generali commiſſione, *Felin. in rub. de off. deleg. ſub. nu.* 4 *Garc. de benef. part.* 9. *cap.* 5. §. 1. *num.* 117 *c.* 2. *& ibi poſt gl.* 1. *Can. de off. Vic. in* 6. *c. Romana, & ibi poſt gl.* 1. *Can. de appell. in* 6. (quia concurſum facere eſt iuriſdictionis, *Rot. deciſ* 632. *num.* 4 *part.* 2. *in recollect. per Farinac. c. dilectus, & ibi poſt gloſſ. in verb. de le iuriſd. Can. de off. ord.* & non inferior prælatus, etiam eccleſiæ vel Abbatiæ exemptæ exiſtentis intra fines diœceſis, niſi inferior epiſcopo ſit nullius diœceſis, & proprium habeat territorium, *Garc. de benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 121. *& ſeqq. &* 129. *& ſeqq. vſque ad n.* 153. *Card. Seraph. deciſ.* 1386. *Quarant. in ſum. gladij in verb. benef. paroch. coll. verſ.* 2. *quæritur.*) decem dies vel aliud tempus præſcribit omnibus, ad nominationem clericorum idoneorum, *Nauar. conſ.* 4. *de præb. d. cap.* 18. §. *porro verſ. liberum, & verſ. ſeq.* quorum annotantur nomina, ac tranſacto conſtituto tempore & non antea, *Garc. de benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 326. *&* 328. *Card. Seraph. deciſ.* 1148. *nu* 4. *& ſeqq. c.* 18. § *tranſacto ſeſſ.* 24. *arg. cap. fin. ibi aſſignato peremptorio termino de elect. in* 6. deſcripti & alij non deſcripti, qui re integra ſuperueniunt, *Garc. de benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 1. *num.* 200. *&* 206. *& ſeqq. arg. l. etſi poſt tres ff. ſi quis* 

*can-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*caution.& ibi DD l.quod ſi minor* §.*non ſemper*
*verſ ſceuola ff.de min. & ibi DD* examinantur
ab epiſcopo, ſeu eo impedito, eius Vicario,
abſque eorum voto deciſiuo, atque ab alijs
examinatoribus in ſynodo diœceſana de-
putatis, non paucioribus quam tribus, *Garc.*
*de benef.part.9.cap.2.*§.*2. numer. 321. & 324.*
*d.cap. 18.* §. *examinatores*, (quorum votis
ſi pares aut ſingulares fuerint accedere
poteſt epiſcopus vel Vicarius, quibus ma-
gis videbitur, *Garc.de benef.part.9.cap.2.nu.*
*56.in fin.& numer.60.& ſeqq.d.c.18.*§.*tran-*
*ſacto,*) medio eorum iuramento, *Garc.de ben.*
*part.9.cap.2.*§ *2.num. 54 & ſeqq d.cap. 18.*
§.*ſint vero,verſ.iurentque*, & omni munere
ante & poſt examen inte rdicto, *Garc.de be-*
*nef.part.9.c.2.*§ *20.num.368. & ſeqq.v, que*
*ad fin.d.c.18.*§.*caueantque*, alioquin Simo-
niæ vitium, tam ipſi quam alij dantes incur-
runt, à qua ſolui nequeunt, niſi dimiſſis be-
neficijs, quæ quomodocumq; etiam antea
obtinebant, & ad alia impoſterum inhabi-
les redduntur: peracto examine renuncian-
tur, quicumque ab his idonei iudicati fue-
runt, à qua relatione examinatorum non
datur appellatio etiam quoad effectum de-
uolutiuum, *Garc.de benef.part. 9.cap. 2.*§.*1.*
*num. 239. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. Cancell.de*
*menſ.& alter.glo 9.*§ *1.tit.annotat.cont.nullit.*
*& act.numer 209 & ſeqq.Rot.deciſ.10 pan. 2.*
*diuerſ.c.18.*§.*in omnibusque ſeſſ* 24. & exap-
24 probatis † epiſcopus ſolus, *Garc. de benef.*
*part.9.cap.2.num.108.& ſeqq.Greg.15 deciſ.*
*11.n.3.d.c.18* § *peracto verſ. ex his quæ epiſ-*
*cop.* eum eligit, quem cæteris magis idone-
um iudicauerit, *Garc.de benef.part.9.cap* 2.§.
*1.num.148.d.cap.18.* §. *peracto*, infra ſex
menſes, quando collatio ad epiſcopum ſpe-
ctat, & quando ad Papam (cum idem con-
curſus præmitti debet in prouiſione Apo-
ſtolica de eccleſijs parochialibus, *Rot.*
*diuerſ.deciſ.48.per tot.part.1.c.pen. & ibi Ge-*
*min. & Can.de præb.in 6.clem.1.de conceſſ.præb.*
*& ibi not.*) vel alios ſpectat, infra quatuor
menſes, & à ſe electum illis notificat, *Garc.de*
*benef.part.10.c.2.numer.7.iux.conſt.Pij V.ab.*
*eo relatam par.9.c.2.num.3.d. c. 18.*§. *pera-*
*cto, ibi, atque illi non alteri collatio eccleſiæ ab eo*
*fiat, ad quem ſpectat eam conferre Par. de reſig.*
*lib.10.quæſt.7.nu.12.Gonſ ſuper reg. de menſ.*
*& alt.gl.6.num.112.& ſeqq.* atque illi & non
alteri collatio Eccleſiæ ab eo fit, ad quem
ſpectat eam conferre, notorietas idoneita-
tis de vita, moribus, & ſcientia alicuius
perſonæ qualificatæ non operatur; vt non
ſubijciatur examini, quod requiritur pro
forma ſub pœna nullitatis collationis, *Pariſ.*
*de reſign.lib.8.quæſt.9.num.83. & plurib.ſeqq.*
*Lamb.de iurepatr.lib.2.part.1. quæſt.xj. art.*
*3.Quarant in ſum Bullarij benef. paroch. colla-*
*tio in 1 quæſt.* ſi iuriſpatronatus † Eccleſiaſti- 25
ci erit, vel mixti, *gloſſ fin.in* §.*fin.c. vnici de iu-*
*repatr.in 6.& ibi Can.* ac inſtitutio ad epiſco-
pum pertineat, is quem patronus digniorem
inter probatos iudicabit, epiſcopo præſen-
tare tenetur, vt ab eo inſtituatur, ita quod ſi
reperti fuerint duo, aut plures æque idonei,
poſſit patronus eccleſiaſticus vni gratifica-
re; *Garc.de benef.part.9.c.2.*§.*2.num.265.&*
*ſeqq.Rot.deciſ 572.num.8.part.1.in recollect.*
*per farin.Nauarr.conſ.5. de iurepatr.* cum in-
ſtitutio ab alio eſt facienda, tunc Epiſcopus
ſolus ex dignis elegit digniorem, quem pa-
tronus ei præſentat, ad quem ſpectat inſti-
tutio. Appellatio à iudicio ordinarij in ma-
teria electionis ad parochiales, quoad effe-
ctum deuolutiuum, ita demum admittitur,
ſi ſit irrationabile, aut doloſum, *Greg.15.de-*
*ciſ.11.& deciſ.538.& ibi ann.Rot.deciſ.537 in*
*princ.ſub numer.14.part 1.in recoll.per farin.*
*Gonz.ſuper reg.de menſ.& alt.gl.4.n.139.&*
*143.Garc.de beneſ.part.9.c.2.*§.*1.n.246.et ſeqq*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia præſumptio eſt pro electione ordina-
rij, c. *in præſentia de renunc. Zab. in clem.* 1. *n.*
20. *verſ ſit autem hoc caſu, & ibi Anch. num.* 7.
*de ſeq. poſſ. et fruct.* ſed non admittitur, quoad
ſuſpenſiuum effectū, ne parochiales diu in
ſuſpenſo maneant, cum maximo animarum
periculo: *arg. c. ſi Apoſtolica de præb. in* 6. *c.*
*quam ſit & c. nemo de elect. in* 6. quod ſi iuriſ-
patronatus laicorum fuerit, debet præſen-
tatus à patrono ab eiſdem deputatis exami-
nari, & non, niſi idoneus repertus fuerit, ad-
mitti, c. 18. *ſeſſ.* 24. *quod late Garc. de benef.*
*part.* 9. *c.* 2. *et duob.* §. *ſeqq per* 25. *quæſt. expli-*
26 *cat*, quia in perochialibus † iuriſpatronatus
laicalis non eſt neceſſarius concurſus, niſi
quando plures ſunt præſentati, & ſinguli
præſentati æquales habent voces, alias ſi v-
nus habeat plures voces, ille ſolus eſt exa-
minandus, abſque concurſu aliorum. c. *quo-*
*niam de iurepatr. Greg.* 15. *deciſ.* 494. *& ibi ad-*
*dit. Pariſ. de reſign. benef. lib.* 8. *q.* 9. *num.* 111.
*Garc. de benef. part.* 9. *cap.* 2. §. 2. *num.* 255. *et*
*ſeqq. Greg.* 15. *deciſ.* 494. *num.* 2. & licet inſti-
tutio annulletur ob non ſeruatam formam
Concilij, tamen præſentatio remanet vali-
da, *Garc. de benef. part.* 9. *c.* 2. *num.* 95. *vbi refert*
*deciſ. Rot.* In electione vltra ſcientiam epiſ-
copus præ oculis habere debet ætatis matu-
ritatem, grauitatem morum, prudentiam
tam de iure communi, *cap. cum in cunctis in*
*princ. et* §. *inferiora, de elect. not. Can. in cap. de*
*multa in fin. de præb.* quam ex diſpoſitione
Concil. Tridentini, *d. c.* 18. *ſeſſ.* 24. & ſufficit
quod eligat dignum, & idoneum, omiſſo et-
iam magis idoneo, & digno, c. *cum nobis* §.
*his igitur verſ. illius de elect. c. niſi pridem* §. *pro*
*defectu de renunc. Couar. in reg. peccatum in* 2.
*part* §. 2. *per tot. de reg. iur. in* 6. *Rot. farin. de-*
*ciſ* 40 *part.* 1. & an ab huiuſmodi electione,
aut à ſententia electionis ab epiſcopo factæ
27 caſſatoria detur † appellatio, tam ad effe-
ctum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum, *vi-*
*de conſtitutionem Pij V. ſuper collatione paro-*
*chialium editam, explicatam per Rot. farinac.*
*deciſ.* 537. *part.* 1. *Gonz. ſuper regul. Cancell. de*
*menſ. & altern. gloſſ.* 6. *num.* 163. *& plurib. ſeqq.*
*vſque ad num.* 242. Aliter factæ collationes
ſunt nullæ, non obſtandibus huic decreto
exemtionibus, indultis, priuilegijs, præuen-
tionibus, affectionibus, nouis prouiſioni-
bus, indultis, conceſſis quibuſcumque vni-
uerſitatibus etiam ad certam ſummam, &
alijs impedimentis quibuſcumque, *d. c.* 18 §.
*in omnibus verſ. alias prouiſiones ſeſſ.* 24. *late*
*Pariſ. de reſig. lib.* 8. *q.* 9. *à n.* 77. *vſque ad fin.* &
nota quod Conc. Tridentinum non tollit
fundationem: ipſæque parochiales, ſi de eis,
ſeruata forma Conc. Tridentini ordinarij
non prouiderint, ſunt reſeruatæ ſedi Apo-
ſtolicæ, *conſtit. Pij V.* 32. *in Bullario*, Si adeo
exigui redditus parochiales fuerint, vt to-
tius huius examinationis operam non ferãt,
aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubijce-
re, aut ab apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ
in aliquibus locis reperiuntur, grauiores
rixæ poſſint excitari, poteſt ordinarius, quo
nomine venit quilibet prælatus epiſcopo
inferior, maxime ſi habet omnimodam iu-
riſdictionem quaſi epiſcopalem, *cap.* 2. *& ibi*
*gloſſ. in verb. loci ordinario de vſur. in* 6. *& ibi*
*Gemin. n.* 14. *& Can. gl.* 1. *in c. ordinarij de off.*
*ordin. in* 6. *gl. in clem.* 1. *in verb. diœceſanis de*
*iurepatr.* ſi pro ſua conſcientia, *cap. ſtatum* §.
*aſſeſſorem, & ibi glo. & Can. de reſcript. in* 6. *l.*
*Theopompus, & ibi DD. ff. de dot. præleg.* cum
Conſilio deputatorum, ita expedire arbi-
trabitur, hac forma omiſſa priuatum aliud
examen, cæteris tamen ſeruatis, adhibere,
*d. c.* 18. §. *ſi tamen adeo, ſeſſ.* 24. In collatione
parochialium † eccleſiarum, quæ inhærent 28
monaſteriis regularium, vt quia ſunt for-
ſan menſis eorum incorporatæ, pleno iu-
re quoad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re quoad temporalia, & ſpiritualia , vel ha-
bent eas convertendas in ſuam utilitatem
*juxta clem.1.§ quidam etiam eccleſias curam, & ibi gl.in verb.ad menſam, de exceſſ. præl. & clement.1.§.præmiſſa, & ibi gl.in verb.de menſa. de ſuppl.neglig. prælat.c.de monachis, & ibi poſt gl. fin.Panor. num.9. de præb.* non fit concurſus,
ſed ad nutum amovibiles ponuntur in eis,
quibus tenentur ad ſuſtentationem, *clem. 1. § ſane de jurepatr. Rot.deciſ.553.part. 2. in recollect.per farinac.* ſervata diſpoſitione, c. *in monaſteriis ſeſſ. 25. de regular. Rot. deciſ. 153. part.2.in recollect.per farin.c.1. de Capell. Monach.Rot.cler.21. de præbend. in antiquior.* &c.
Quando vero eccleſiæ parochiales non ſunt
29 de menſa , ſed unitæ † quoad temporalia,
tunc Vicarii perpetui ad nominationem
eorum , in quorum eccleſiis unitis ponuntur, cum ipſorum ordinariorum, ſeu eorum
Vicariorum, prævio examine, approbatione deputantur ſine ullo concurſu , *Pius V. conſtit.46. in Bullari antiquo c. de monach. de præb. Garc.de benef.part.9.c.2.§. 2.num. 285. & 289.& ſeqq.* etiam quando contingit hujuſmodi Vicarias vacare in menſibus reſervatis, *Garc. de benef. part. 9. c. 2. §. 2. num. 304.& 308. Pius V. conſt.46. in Bull. antiqu. §. ita tamen quod*, ſeu aliter ſint reſervatæ : *Garc. de benef.par.9. c. 2. §. 2. numer. 316. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. de menſ. & altern. gloſſ. 5. §. 3. n.59.60. & ſeqq.* & habent locum *c.1. de præb. in 6. & clem.1. in princ. de jurepat.* Loquentia de congrua portionis aſſignatione. In
30 prioratibus † & aliis beneficiis regularibus
curatis etiam ſolitis commendari ſæcularibus non fit examen per concurſum, *Garc. de benef.part.9.c.2.§.1.num.197.& ſeqq. ubi refert deciſ.Rot.& num.199.Gonzal. ſuper reg. de menſ.& alter.gl.6.n.162.*
31 Efficitur quis de parochia † acquiſitione, & translatione domicilii, *c.fin.h.tit.& ibi gl.in verb.habitatores.Pan.& Can.c.propoſuiſti de for.compet.* nulla habita licentia curati prioris domicilii, *c.fin. & ibi Pan.num. 1. & 2. per illum tex.hoc tit.l.domicilium & l. incola 2. & ibi gl.fin.& Doct.ff.ad municipales l. ſi in patria C.de Incol. &c. lib. 10.* poteſt negligente parocho defenſionem Eccleſiæ ſuſcipere, & indebite alienata cum fructibus repoſcere, ad quæ perſonæ alterius eccleſiæ, nō admittuntur, quia judicium eſt privatum ; *gl. in c. ſi quis presbyteros in verb perſonis de reb.eccl. non alien.Greg.15.deciſ.381.num.1.& ibi annot.* &
quoad neceſſaria † Sacramenta confeſſio- 32
nis & euchariſtiæ ſola habitatione in parochia ad tempus , dummodo non ſtet in parochia ad momentum temporis vel paucis diebus, *arg.c.pen. & ibi gloſſ.in verb. commorantis de ver.ſignif.in 6.& Can.Fr.Aret.c.repellatur num.13. & 14. de accuſ. Fel. in c. quoniam de off.ord.* licet ibidem non tranſtulerit domicilium, *l.municeps 2.§.utiles ff.ad municipales &c.gloſſ.in clem.1.in verb.parochialis, & ibi Pan.num.6.& Can.de privil.Pan.in c. omnis utriuſque num.23.de pœnit.& remiſſ.* quæ non ſufficit quoad voluntaria Sacramenta , *Navar.conſ.1.hoc ti.gl.in clem.1.in verb.parochialis, & ibi Can.de privil.*

*De decimis primitiis & oblationibus.*

## Titulus XXX.

*SVMMARIA.*

1 *Decima eſt omnium mobilium ſive fructuum juſte quæſitorum pars Deo debita.*
2 *Laici jus decimæ non præſcribunt, circa quantitatem ejus præſcribunt quando conſueverunt ſolvere uni ſervatur ad eandem rationem ſecus ſi differuntur.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 *Decima diminuta decima eſt.*

4 *Parochialis eccleſiæ rector non habens aliunde congruam ſuſtentationem, poteſt illam petere ab illis qui decimas præſcripſerunt.*

5 *Privilegiatis ſuper decimis non ſolvendis aut recipiendis.*

6 *A Quocunque decimas percipiente.*

7 *Decimarum alia eſt perſonalis quæ ſolvitur de his quæ proveniunt ex negociatione & aliis induſtriis perſonarum.*

8 *Alia eſt prædialis quæ ſolvitur de frugibus & fructibus, de penſionibus domorum vel redditibus molendinorum.*

9 *Aliæ ſunt mixtæ quæ ſolvuntur de animalibus & eorum fœtibus lacte pilo lana.*

10 *Prædiales debent dari ſtatim ut fructus percipiuntur excepto ſaccaro.*

11 *Perſonales non ſtatim neceſſario ſolvendæ ſunt ſed in fine anni propter minutias.*

12 *In agnis & aliis ſimilibus ſolvuntur mediocres cum aliquantulum fuerunt impinguati.*

13 *Decimarum aliæ ſunt majores, quæ ex laboribus terræ cum integritate percipiuntur.*

14 *Aliæ minutæ ut partus animalium & quæ percipiutur de pullis ovis & hortis.*

15 *Decimæ à laicis debentur clericis.*

16 *Decimas prædiales clerici indiſtincte tenentur ſolvere ſacerdoti eccleſiæ parochialis ſive prædia ſita ſint in aliena parochia ſive propria.*

17 *Decimas perſonales clerici tenentur ſolvere quando ſibi acquirunt licite.*

18 *Si acquirunt eccleſiæ de eis non ſolvunt decimas perſonales, niſi ab alia Eccleſia percipiant ſacramenta.*

19 *Religioſi omnes ſuper ſolutione decimarum privilegiati ad quarum decimarum ſolutionem teneantur.*

20 *Decimæ ſolvendæ ſunt curatis parochialium Eccleſiarum.*

21 *Aut eis quibus Eccleſia parochialis eſt incorporata.*

22 *Epiſcopo debetur canonica portio.*

23 *Perſonales ſolvendæ ſunt eccleſiæ in qua laici audiunt divina & recipiunt ſacramenta.*

24 *Prædiales, Eccleſiæ loci ubi ſita ſunt prædia.*

25 *Mixtæ ſolvendæ ſunt eccleſiæ loci ubi animalia paſcuntur.*

26 *Decimæ perſonales ſolvantur de lucro deductis pretio & expenſis factis neceſſarie utiliter aut voluptuoſe.*

27 *Damni vero accepti nulla habetur ratio.*

28 *De fructibus prædiorum, redditibus molendinorum piſcationum &c. & fructibus animalium ſolvuntur decimæ non deductis expenſis quæ fiunt pro fructibus percipiendis.*

29 *Sunt onus reale.*

30 *Contra non ſolventes decimas ad petitionem rectoris etiam extra judicium poteſt fieri monitio generalis fulminans excommunicationem ac poſtea non ſolventes denunciari.*

31 *Decimas ſubtrahentes Eccleſiis aut impedientes earum ſolutionem excommunicantur.*

32 *Pœnæ religioſorum exceptorum à ſolutione decimarum qui novalium aut alias decimas eccleſiis debitas, ad eos non ſpectantes appropriare ſibi præſumpſerunt aut exquiſitis coloribus uſurpare.*

33 *Pœnæ religioſorum mendicantium, & aliorum qui decimas non percipiunt qui in ſermonibus vel alibi proferunt aliqua quæ poſſunt ſubtrahere auditores à ſolutione decimarum quarum ſolutionem certis diebus & in confeſſionibus tenentur ſuadere ſub gravibus pœnis.*

34 *Laici jus decimandi acquirere non poſſunt præſcriptione etiam tanti temporis cujus initii non extat memoria.*

35 *Laici*

35 *Laici an poſſint acquirere libertatem à ſolutione perſonalium ſeu prædialium decimarum conſuetudine vel præſcriptione.*

36 *Decimarum quæ jure divino debentur cauſa eſt ſummaria.*

37 *Novato eſt ager de novo ad cultum redactus.*

38 *Eccleſia habens generaliter decimationem alicuius loci dicitur etiam habere decimationem novalium.*

39 *Quæ regula fallit duobus modis.*

40 *Primitia ſunt primæ fruges prædiorum Deo reddendæ & debentur Eccleſiæ parochiali in cuius limitibus reperiuntur prædia.*

41 *Oblatio eſt donatio alicuius rei licite acquiſitæ facta à Chriſtiano gratis Deo vel Eccleſiæ.*

42 *Cadit jure tituli presbytero Eccleſiæ parochialis.*

PRÆTEREA ſunt de jure parochiali, decimæ, primitiæ, c. *cunctis* §. *de his vero &* cc. *ſeqq.* 16. *q.* 1. c. 1. *&* c. *quicumque &* cc. *ſeqq.* 16. *q* 7. c. *cauſa de verb. ſig.* c. *præter hoc* §. *percipientes verſ deinde* 32. *diſt.* & oblationes, c. *quia ſacerdotes, &* cc. *ſeqq.* 10. *q.* 1. Decima eſt
1 omnium † mobilium ſive fructuum juſte quæſitorum pars Deo debita, c. 1. *in princ.* c. *cum homines* c. *tua nobis*, c. *ex tranſmiſſa h. tit.* c. *non ſunt ferendi ſeſſ.* 25. ſic dicta, quia de decem partibus datur una, *d. c. cum homines*, ex benigna interpretatione, ſatis eſt pro deci-
2 ma aliquid ſolvi: laici jus decimæ † nō præſcribunt, circa quantitatem eius preſcribunt, c. *ſtatuimus, & ibi Pan. poſt Hoſt. nu.* 7. *de tranſact. late gl.* 1. *in* c. *hoc tit. in* 6. *contra gl.* 1. *in* c. *quicumque* 1. 16. *q.* 7. *Franc. Marc. dec.* 205. *par.* 1. *& q.* 198. *n.* 9. *par.* 2. *Bald. in l. competit in fin.* C. *de præſcr.* 30. *vel* 40. *an.* quando conſueverunt ſolvere uniformiter, ad eandem ratione, ſecus ſi diſtormiter, quia uno anno conſueverunt ſolvere plus, altero minus: *Franc. Marc. d. dec.* 205. *par.* 1. *& deciſ.* 198. *par.* 2. de-
cima † diminuta decima eſt, niſi verbum ad- 3
junctum, integra, cum omni integritate, faciat, ut intelligatur de decem partibus una, c. *in quibuſdam* §. *fin. & ibi gloſ. fin. & Can. hoc tit. Rot. diverſ. deciſ.* 165. *par.* 2. Deus enim qui dignatus eſt totum dare, decimam dignatur recipere, non ſibi ſed clericis profuturam, c. *parochianos hoc tit.* c. *decimæ* 16. *q.* 1. pro neceſſariis alimentis, adeo quod eccle-
ſiæ parochialis † rector, non habens aliun- 4
de congruam ſuſtentationem, poteſt, præſcriptione non obſtante, petere ſuſtentationem ab illis qui decimas, alias ad ipſam parochialem eccleſiam ſpectantes præſcripſerunt, c. *de Monachis*, c. *extirpandæ de præb. Achil. dec.* 5. *hoc tit. Greg.* 15. *deciſ.* 397. *num.* 2.
*& ibi annot.* & à privilegiatis † ſuper decimis 5
non ſolvendis, *arg.* c. *dilecti filii hoc tit.* aut recipiendis privilegio nō obſtante, c. *ſtatuto* §.
*ubi autem hoc tit. in* 6. & à quocumque † de- 6
cimas percipiente nulla conſuetudinne obſtante, c. *extirpandæ de præb. Zab. in* c. *commiſſum in fin.* ad cuius ſolutionem diœceſanus compellit, etiam religioſos exemptos, ſi non agitur de rebus exemptis, *d. c. ſtatuto* §. *diœceſani*, ac religioſos alterius diœceſis, quando parochialis eccleſia & decimæ illi debitæ ſitæ ſunt intra fines ſuæ diœceſis, c. *ſane de for. compet.* appellatione remota, c. *tua el* 2. *in fin. hoc tit. & ibi Can.* & poteſt judiciũ incipere, præmiſſa monitione à præcepto & correctione, *Clem. diſpendioſam de judic.* In hoc titulo tractatur de decimis quæ deſcendunt à jure ſpirituali, & non de illis quæ deſcendunt à jure temporali, quarum exactio auctoritate regis vel Principis initiata eſt, & proprie non appellantur decimæ, ac cadunt in laicos, *Bald. conſ.* 419. *vol.* 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*vol. 1. c. generali*, *& ibi gloſſ. in verb. regalia de*
*elect. in 6. Bald. in titul. epiſcopum, vel Abbatem*
*& c. feud. dar. non poſſ.* c. 1. *num.* 8. *Rot. farin.*
*deciſ.* 684. *par.* 1. *Greg. xv. deciſ.* 404. *& ibi an-*
*not.* & conſiſtunt in certa quantitate , &
non in quota ut decimæ ſpirituales, c. *in tua*
*hoc tit. Rot farin. d. dec.* 684. *n.* 2. c. *commiſſum*
*hoc tit.*

7 Decimarum alia eſt † perſonalis , quæ
ſolvitur de his quæ proveniunt ex negotia-
tione, etiam immobilium, c. *paſtoralis, & ibi*
*Pan. in 3. not. hoc tit.* artificio , militia, vena-
tione, *Zab. in c. commiſſum in 2. quæſt. hoc tit.*
piſcatione, c. *pervenit hoc tit.* quando piſca-
tio & venatio liberæ ſunt, quod ſi inde pre-
tium, vel pars aliqua ſolvatur , cenſentur
prædiales, *Innoc. in* c. *non eſt in princ. hoc tit.*
*& ibi Pan. numer.* 5. *&* Can. & aliis induſtriis
perſonarum, c. *decima* 16. *quæſt.* 1. c. *non eſt* c.
8 *ex transmiſſa* c. *paſtoralis hoc tit.* Alia eſt †
prædialis, quæ ſolvitur de frugibus, & fru-
ctibus; c. *cum homines* c. *de terris* c. *ex parte*
*hoc tit.* c. *fin. de paroch. &c.* de penſionibus
domorum, c. *commiſſum & ibi Pan. numer.* 5.
*hoc tit.* vel redditibus molendinorum , ſive
molunt ſuper aqua, c. *pervenit hoc tit.* ſive ad
ventum, c. *ex transmiſſa hoc tit. Fr. Marc. de-*
9 *ciſ.* 530 *part.* 1. c. *paſtoralis hoc tit.* Aliæ ſunt †
mixtæ, quæ ſolvuntur de animalibus, & co-
rum fœtibus, lacte, pilo, lana, *d. c. pervenit, &*
*ibi gloſſ. in verbo lana hoc tit.* quæ partim ſunt
prædiales à prædiis , unde vivunt, partim
perſonales propter eorum curam & custo-
diam, *d. c. commiſſum. c. ad apoſtolicæ, & ibi poſt*
*gl. Zab. in 2. qu. hoc tit.*

10 Prædiales debent dari † ſtatim ut fructus
percipiuntur, c. *cum homines in fin. & ibi Col-*
*lect. hoſt. in c. paſtoralis num.* 8. *Pan. in c. perve-*
*nit ſub num.* 3. *hoc tit. Archid. in c. revertimini in.*
§. 16. *quæſt.* 1 *ſpecul. tit. de decim. ſub num.* 12.
*verſ. item facit, & ibi Bal. in addit.* percepti di-
cuntur quando terra continere ſe fructus
deſierint, *l. ſi eius ff. de rei vendic. l. in bonæ fidei*
*ff. de acq. rer. dom.* Hinc eſt quod decima de-
bet ſolvi prout fructus colligitur, ut in gra-
no in ſpica, in vino in vivis, in oleo in oliva,
excepto ſaccharo , cuius decima non poteſt
ſolvi in cannis, cum talis ſolutio foret inu-
tilis, cum de facili corrumpantur, nec etiam
in liquore, ſed tantum in ſaccharo , omneſ-
que illæ expenſæ quæ fiunt ad ſaccharum,
dicuntur expenſæ factæ in colligendo fru-
ctus ſacchari, & de jure non debent deduci,
ut inferius dicetur, *Card. Seraph. deciſ.* 95. *l. fin.*
*ibi colligunt manibus in fructuoſa C. de ſacroſ.*
*Trinit. Put. deciſ.* 95. *lib.* 1. Perſonales † non 11
ſtatim neceſſario ſolvendæ ſunt , quando
merces venditæ ſunt, licet ſtatim ſolvere ſit
ſecurius, ſed in fine anni propter minutias,
*Hoſt. in d. c. paſtoralis ſub num.* 8. *Anchar. in* 5.
*not.* quia exactio & ſolutio particularis non
minima habet incommoda, *l. plane, & ibi gl.*
1. *alleg. concord. ff. fam. herciſ.* c. *ex litteris ibi*
*propter poſſeſſionem minutias de pign.* In agnis
† & aliis ſimilibus , nec meliores exigendi 12
ſunt, nec deteriores ſolvendi, ſolvuntur er-
go mediocres, non ſtatim ut nati ſunt , ſed
cum aliquantulum fuerint fortificati & im-
pinguati, c. *quicumque* 1. c. *omnes decimæ* 16.
*quæſt.* 7. *Hoſt. in d. c. paſtoralis nu.* 8. *anch. in* 5.
*notab.* Quia indignum eſt offerre Deo,
quod deſignatur homo, c. *ſacerdotes in fin.*
49. *diſt.* omnis decima tam perſonalis quam
prædialis eſt de jure divino, *Panorm. in c. in*
*aliquibus num.* 9. *hoc tit.* Item decimarum aliæ
† ſunt maiores, quæ ex laboribus terræ cum 13
integritate percipiuntur, c. *ex parte* 2. *&* 3.
*hoc tit.* aliæ ſunt minutæ, ut partus † anima-
lium, & quæ percipiuntur de pullis, ovis, &
hortis, c. *ex multiplici* c. *ex parte el* 1. *in fin.*
*hoc tit. gloſſ.* 1. *in* c. *cum in tua hoc titul. & ibi*
*Can.*

Decimæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

15 Decimæ à laicis debentur † clericis, c. *de-
cim.is à populo c. quæſt. in fin. 16. quæſt 1. c. perve-
venit c. nuncios, & c. ſeqq hoc tit.* à clericis non
debentur clericis paribus, c. *novum genus hoc
tit d. c. quæſti in princ. & ſeq.* ſed illis clericis, à
quibus ſpiritualium miniſteriorum labores
ſuſcipiunt, c. 1. *& d. c. novum genus in fin. hoc
16 tit.* Clerici indiſtinctè † tenentur ſolvere ſa-
cerdoti Eccleſiæ parochialis loci decimas
prædiales, quia cum prædia habuerunt hoc
onus annexum, tranſierunt in clericos cum
ſuo onere, c. *cum contingat c. nuper hoc tit. c. ſi
quis laicus 16. quæſt. 1. Capr. concl. 99.* Sive præ-
dia ſint ſita in aliena parochia, quia quilibet
poſſeſſor tenetur eas ſolvere, c. 1. 2. *c. dilecti c.
licet c. in aliquibus, & c. ſeq. hoc tit.* ſive in pa-
rochia propria, quia cum debeantur à præ-
diis, non poteſt dici confuſa actio, *l. ſtychum
§. addit. ff. de ſolut.* nam clericus percipit de
prædio ſuo fructus, ut dominus, & ſibi ipſi
ſolvit decimas ut Rectori, adminiſtratores
enim ſicut ab aliis, ita à ſeipſis exigere de-
bent, *d. c. novum genus. & ibi Anchar. ante num.
1. Zab. in 2. & 3. oppoſit. hoc tit.* Eadem ratio-
17 ne tenentur † ſolvere decimas perſonales,
quando clerici ſibi acquirunt, puta advoca-
tione, vel aliis licitis modis; quia lucran-
tur ut laici & quilibet Chriſtianus tenetur
ipſas dare de omnibus licite quæſitis; c.
18 *non eſt c. ex tranſmiſſa hoc tit.* ſi acquirunt †
Eccleſiæ, de eis non ſolvunt decimas perſo-
nales, niſi ab alia eccleſia percipiant ſacra-
menta, *d. c. novum genus. & ibi Anch. in princ.
Zab. in princ. & in 4. oppoſ. verſ 6. intellectus. &
Can. latius Capr. concluſ. 99. numer. 10. & ſeqq.*
19 Religioſi omnes † ſuper ſolutione decima-
rum privilegiati, de terris alienis, & acqui-
ſitis poſt Concilium Lateranenſe celebra-
tum anno 1215. Pontificatus Innocentii
tertii anno decimo quinto, de quibus deci-
mæ debentur eccleſiis, etiamſi eas propriis
manibus aut ſumptibus excolant, decimas
perſolvere tenentur eccleſiis quibus antea
perſolvebantur, niſi cum ipſis aliter compo-
ſuerint, c. *nuper hoc tit. quod limitat c. ex part.
1. hoc tit. Conſt. Alex. 3. qui fuit creatus anno*
1159. Soli Ciſtercienſes & hoſpitalarii
Hieroſolymitani non tenentur ſolvere de-
cimas de prædiis ante dictum Concilium
Lateranenſe acquiſitis, quæ propriis ma-
manibus aut ſumptibus excolunt, c. *ex parte
1. hoc tit.* Cæteri religioſi de novalibus ſuis,
quæ propriis manibus vel ſumptibus exco-
lunt, & de nutrimentis animalium ſuorum,
& de hortis ſuis decimas non perſolvunt, de
aliis rebus decimas eccleſiæ ſuæ non poſſunt
ſubtrahere, *d. c. ex parte 1. Clem. 1. §. ſeu
qui de terris hoc tit. c. licet eodem*, ad perſo-
nales decimas non tenentur, quia eccleſiæ
& monaſterio acquirunt, *d. c. novum genus
hoc tit.*

Solvendæ ſunt decimæ † ſacerdotibus ſi- 20
ve Civitatis parochialium eccleſiarum, qui
jure communi habent fundatam intentio-
nem ſuper jure decimarum, c. *cum contingat
c. cum in tua hoc tit. Greg. xv. dec. 449.* & ex
magis communi opinione rectoribus Ca-
pellarum parochialium non autem rectori
matricis eccleſiæ, *Pan. in c. cum contingat nu.
8 hoc tit. & ibi Can. Lap. alleg. 66. nu. 5. Calder.
conſ. 2. hoc tit. qui diſtinguit an Rectori Capellæ
ſit aſſignata parochia, vel certi homines, Rot. fa-
rin. deciſ. 1078 num. 5. part. 1. contra Io Andr.
& ſpecul. tit. de decim. in verb. unica,* aut eis † 21
quibus rectoria & parochialis eccleſia eſt
incorporata per unionem, & non Vicario
perpetuo in ea inſtituto, qui debet eſſe con-
tentus ſua congrua portione, c. *extirpandæ, §.
qui vero c. expoſuiſti de præb. Mohed deciſ. 5. hoc
tit. Greg 15. deciſ. 1074. num. 3. & ibi annot.*
Epiſcopus debetur † canonica portio, quæ 22
jure noviſſimo eſt quarta, c. *quoniam, & ibi*

*gloſſ.in verb. tua parte hoc tit. c. conquerente de off.ordin.cap.de quarta de præſcrip.* Rot. *diuerſ.dec.31.in prin. & numer.4.par.1. & 2.* ſed
hæc diſpoſitio iuris communis non habet
locum in regnis Hiſpaniarum, in quibus eccleſiæ cathedrales, dignitates, & multa beneficia ſunt fundata ſuper decimis, vel ſaltem de eis percipiunt, *Greg.15. deciſ.429.*
23 *numer.* 6. Perſonales † decimæ ſunt ſoluendæ eccleſiæ parochiali in qua laici audiunt diuina, & recipiunt Sacramenta: *cap. ad apoſtolicæ hoc tit.cap.fin. de paroch.* prædia-
24 les, † eccclesiæ loci vbi ſita ſunt prædia, *cap. commiſſum cap. cum homines c. quoniam hoc tit.* de omnibus prædiorum fructibus, ſiue ſimul, ſiue diuerſis temporibus anni, in eodem horto vel agro diuerſa ſemina ſparſa fuerint, *d.c.ex parte 2.hoc tit.* & poſſeſſio decimandi in vna fructuum ſpecie puta frumenti, prodeſt quoad alias quaſcumque etiam nouas fructuum ſpecies loco frumenti ſeminatas, *cap.cum in tua, & ibi Pan. numer. 5.& 6.hoc tit.* Per conſuetudinem induci poteſt vt debeantur eccleſiæ loci, vbi adminiſtrantur Sacramenta, ad quam inducendam ſufficiunt decem anni, quia eſt præter ius, *d.cap ad Apoſtolicæ in fin.Pan.in cap. cum ſint numer.6.in fin.hoc tit.Rot. diuerſ. deciſ.163 numer.4 par. 2.* Ab epiſcopo vel alio clerico ſæculari, vel religioſo, cum non habeant parochiam, & allegant præſcripſiſſe decimas prædiales, probari debet titulus, & tempus 40 annorum, aut poſſeſſio immemorialis, quia ius commune illis reſiſtit, *cap.1.de præſcr. in 6.Pan.in cap.nuper numer 5.hoc tit.* Hinc decimarum prædialium ſolutio, ab eo qui in vna parochia degit, & in alia prædia colit, ſiue ſit dominus, ſiue ſit colonus, fieri debet in loco, in quo ſita ſunt prædia, ex communiore Doctorum opinione, *cap.cum ſint cap. ad Apoſtolicæ hoc tit. & ibi gloſ.in verb. conſuetudo de cogn. ſpirit.& ibi DD.cap.ſuper eo*, quia illud non eſt per legem ſcriptam deciſum, & ideo recurrendum eſt ad conſuetudinem, quia principalius eſt ius conſuetudinarium, *d. c.cum ſint & ibi gl. in verb. ad conſuetudinem & Can.gl fin.in d.c.Apoſtolicæ, c. in quibuſdam §.fin.& ibi gloſſ.fin.hoc tit. Achil. deciſ.3.& 6. eodem*, propter mixturam operum colentis, & prædij, à quo fructus percipiuntur; quia in materia conſuetudinaria attendenda eſt conſuetudo, *Iaſ.in l.de quibus num. 22. & ibi DD communiter ff. de legib. Nicol. Euerard in loco à rat.leg.larga num.77. & ſeqq.* Mixtæ † 25
ſoluendæ ſunt eccleſiæ loci, vbi animalia paſcuntur, *d.c.commiſſum d.c.ad Apoſtolicæ & ibi gl.in verb.perſonalis Zab.in 2. qu.l. 2.C.de verb.& rer.ſignif.l.pecoris paſcendi ff. de ſeruit. ruſt præd.* de herba, feno, fœtu, lacte, pilo lana, *Zab.in Clem 1.in 15.& 16. qu. hoc tit.* paſtor vero de mercede ſua debet decimam perſonalem, *Zab.in d.c.cum ſint in 2.qu.& in Clem.1.in 15.quæſt.in fin.hoc tit.* Perſonales
† decimæ ſoluuntur de lucro deductis pre- 26
tio & expenſis in mediatoribus, euectionibus, gabellis, & in eundo, redeundo, negotiando, faciendo rem meliorem factis, non ſolum neceſſario & vtiliter ſed etiam voluptuoſe, etiam quando negotiatio conſiſtit circa immobililia, *c.paſtoralis in princ. hoc titul. & ibi gl.Hoſtienſ.nu.7.Anchar.n.2.4.& 6. Io.And num.11.& 15.& Can* quia in negotiatione præcipue operatur manus hominis, *Hoſtienſ.in d.c.paſtoralis ſub nu.5. verſ. ſed quæ eſt ratio & nu.ſeqq.& ibi Pan.num.7. & num. 9. dat alias rationes*, ideoque facta laboris, pretij, & expenſarum pro conſeruandis & tuendis mercibus compenſatione, ſolum quod ſupereſt intelligitur lucro eſſe: *glo ſingularis in l.per diuerſas in verb.quam alijs cauſis verſ.vel die C.mand.l. illud & ibi gl. in verb.*

*lucrum*

lucrum C.de collat.Ancar.in d. c.paſtoralis n. 2.
& ſeq & num 4.& 6.Io.And num. 11 & ſeq.
27 & num.15.damni † vero accepti, ac expen-
ſarum factarum pro reſtauratione mercium,
nulla habetur ratio; vt ſi mercator emit cen-
tum libratas mercium, & caſu fortuito me-
dietatem amiſit, nihilominus de lucro alte-
rius medietatis decimam ſoluet, abſque vl-
la deductione pretij medietatis amiſſarum
mercium, aut etiam pretij aliarum librata-
rum, quas pro reſtauratione aut loco amiſ-
ſarum cœmit, ſed caſum fortuitum ſuis
peccatis imputabit, cap. paſtoralis in fin. ibi
portio mercis depereat hoc tit, & ibi Hoſt.ſub nu.
11.in verb.decimandis & Can. Ancar. vero ibi-
dem n 9.& Io.And. nu.7. diſtinguunt an dam-
num contingat in eiſdem mercibus an in diuerſis,
licet alias regulariter fiat lucri & damni
compenſatio, §. de illa in fin. Inſtit.de ſociet.
l.ſi negotio ff.de negot.geſt.& ibi gl.Bart.& DD.
l.mutius ff.pro ſocio, De fructibus prædio-
28 rum † redditibus molendinorum, piſca-
riarum &c. & fructibus animalium, ſol-
uuntur decimæ non deductis de prouenti-
bus decimandis expenſis, quæ fiunt pro fru-
ctibus percipiendis, aut pro reſtaurando
detrimento quarumcumque rerum, ex
quibus decimæ ſoluuntur; quoniam,
ſalua decima, fructus efficiuntur eorum, qui
faciunt dictas expenſas, & penes dominum
remanent res reſtauratæ, de. cap.paſtoralis
& §.expenſas & §.fin & ibi Pan. num. 9 cap.
cum homines c.ex parte canonicorum c. non eſt
29 & c.ſeq. & c tua nos hoc tit. Sunt onus † re-
ale, d.c.paſtoralis & c. cum non ſint ab homine
hoc tit. exiguntur decimæ præſentis tempo-
ris à colonis, qui rei inſiſtunt, d.c.in quibuſ-
dam hoc tit. præteriti vero temporis nouo
poſſeſſore vel antiquo adoptionem eccle-
ſiæ, c.cum homines & ibi Pan.nu. 6.hoc tit.&
Can.Franc.Marc.deciſ.549.par.1.Pan.in c.pa-
ſtoralis num. 5.hoc tit. antequam tradantur
ſunt in domino eccleſiæ, adeo quod poterit
ipſas vendicare; c.tua nobis & ibi Pan. num.
5.7.12.& 13.hoc tit.d.c.paſtoralis ibi quoniam
ſalua decima fructus efficiuntur eorum &c. c.
decimæ ibi res alienas inuadunt 16. q. 1. prius
ſoluendæ ſunt, quam cenſus & tributa, vel
ſaltem hi ad quos cenſus & tributa indeci-
mata peruenerint, ea decimare coguntur
eccleſijs, quibus de iure debentur: c.cum nō
ſit ab homine, fructus ipſi alienari non poſ-
ſunt ſine onere decimarum, de cap. paſtoralis
& ibi Pan.num.5. d. c. cum non ſit ab homine
in fine. adeo quod is penes quem reperiun-
tur fructus, teneatur ad decimas, ſiue ſit
Dominus ſiue colonus, ſiue quilibet alius,
cui etiam gratis detur portio fructuum, c.à
nobis hoc.tit.late Pan.in c.tua nobis num. 14.&
ſeq.eod. imo poteſt rector eccleſiæ, cui de-
bentur decimæ, prohibere colono ne fru-
ctus colligat, niſi ipſo pręſente aut eius nun-
cio, d.c.ex parte el 2.hoc tit.& ibi Pan.n.5. ſpe-
cul.tit.de decimis n.12.& ibi Bald.in addit.

Contra non ſoluentes † decimas prædia- 30
les aut perſonales, tam pro decimis in futu-
rum ſoluendis quam præteritis non ſolutis
ad petitionem rectoris, vel à iudice ex offi-
cio, ac etiam extra iudicium, poteſt fieri
monitio generalis fulminans excommuni-
cationis ſententiam, ac poſtea non ſoluen-
tes denunciari, & contra contumaces im-
plorari auxilium brachij ſæcularis, quæ eſt
bona practica ad euitandum litigia. Clem.
diſpendioſam & ibi gloſſ. in verb.præmoniti &
verb.coerceri de iud.Zab.n.26.27.& 28 Vital.
n.43 & ſeq.pulchre Ancar. nu. 4. & Can.c.tua
nobis in fine ibi ratione perſonarum aut etiam
prædiorum gl.fin.& Can.hoc tit.

Subtrahentes decimas † eccleſijs aut im- 31
pedientes earum ſolutionem excommuni-
cantur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſti-

cutione ſecuta, abſolvuntur, *c. omnes decimæ 16. qu. 7. c. pervenit cum duob.* cc. *ſeqq. hoc tit. c. 12. ſeſſ. 25.*

32 Religioſi quicumque, † exempti à ſolu-
tione decimarum, qui novalium, aut alias
decimas eccleſiis debitas, ad eos non ſpe-
ctantes appropriare ſibi præſumpſerint, aut
exquiſitis coloribus uſurpare, per immixti-
onem animalium familiarium, vicinorum,
aut aliorum cum ſuis, ſimulatas animalium
emptiones, vel traditiones terrarum ſuarũ
aliis ad excolendum liberarum à decimis,
ut maiores conſequantur redditus; niſi poſt
requiſitionem unicam per eos, quorum in-
tererit, ſuper hoc eis factam, à præmiſſis de-
ſtiterint intra menſem, aut ſi de eis quæ con-
tra præmiſſa uſurpare vel retinere præſum-
pſerint, intra duos menſes, qui currunt à die
factæ requiſitionis, daminificatis eccle-
ſiis emendam non fecerint competentem,
ſunt & tandiu manent ab officiis divinis &
aliis puta ſacriſtia, œconomatu, admini-
ſtrationibus & beneficiis ſuis ſuſpenſi, do-
nec deſtiterint & ſatisfecerint, ſufficitque
judicis declaratio ſuper deſiſtentia & ſatis-
factione, ſine alia abſolutione. Religioſi
vero huiuſmodi adminiſtrationes, vel be-
neficia non habentes, ſententiam excom-
municationis incurrunt ante ſatisfactionem
condignam, nullatenus abſolvendi, *Clem. 1.
hoc tit. & ibi gloſ. & DD.* nec hoc caſu textus
in d Clem curavit repetere officia, quaſi
ſola ſuſpenſio ab eis eſſet nimis parva pœna,
*gloſſ. marg. in d. Clem. 1.* Religioſi mendican-
33 tes, † vel alii qui decimas non percipiunt in
ſermonibus vel alibi, proferentes aliqua
verba, quæ poſſunt ſubtrahere auditores à
ſolutione decimarũ, ſunt ipſo facto excom-
municati, & tenentur requiſiti à rectoribus
eccleſiarum, Vicariis, vel loca tenentibus,
quoties populo prædicabunt in prima do-
minica, quarta, & ultima quadrageſimæ, &
in feſtis Aſcenſionis dominicæ, Penteco-
ſtes, Nativitatis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ
matris Dei, audientes expreſſe informare,
necnon his, quorum confeſſiones audient
conſcientiam facere, quod decimas ſolvere
non omittant: quod ſi forte in prædicatio-
nibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuade-
re ſcienter omiſerint, per ſuperiores ſuos
graviter puniuntur, qui vero ſcienter poſt
poſuerint confitentibus conſcientiam face-
re de ſolvendis decimis, ab officio prædica-
tionis tamdiu ipſo facto manent ſuſpenſi,
donec confitentibus ipſis, ſi hoc ipſum ſibi
dicendi commode facultatem habuerint,
conſcientiam fecerint, & exinde excommu-
nicationis incurrunt ſententiam, ſi prædi-
care præſumpſerint dicta negligentia non
purgata, *Clem. cupientes de Peruſ. c. 1. hoc tit. in
6. & ibi Can. notant.*

Laici decimas ſive jus † decimandi ac- 34
quirere non poſſunt pręſcriptione, *c. cauſam
de præſcript.* etiam tanti temporis, cuius initii
non extat memoria, *Felin. in d. c. cauſam n. 2.
plures cumulans & ibi Pan. & Can. communi-
ter c. 1. 16. qu. 7.* cum allegatione privilegii
vel tituli feudalis, niſi vel fama privilegii,
vel recognitio, vel aliud æquipollens pro-
betur, *Collectarius in c. ad hæc n. 5. & 6. aſſerens
ita ſervare Cancellariam apoſtolicam hoc tit. ap-
probatus à Rota diverſ. deciſ. 215. per totam part.
2. plures cumulans.* Ratio eſt, quia laici eas de-
cimare non poſſunt, & habent malam fidem
non probato titulo, vel conceſſione ſibi fa-
cta, *c. fin. 16. quæſt. 1. c. decimas & ibi gloſſ. 1. 16.
quæſt. 7. c. quamvis c. prohibemus hoc tit. glo. fin.
in d. c. cauſam.* & in eo qui non poteſt poſſi-
dere poſſeſſio immemorabilis nõ facit præ-
ſumi privilegium, *Felin. in d. c. cauſam nu. 2.
& ibi Can. Creſcent, deciſ. 1. hoc tit.* Iuſto titu-
lo eas poſſident, ſi probent infeudationem
ab an-

ab antiquo factam de decimis, *d.c.à nobis &* *ibi gl. fin. & Can. hoc tit.* quas in alium laicum vel clericum ullo modo transferre non poſſunt, niſi de conſenſu Epiſcopi, *d. c. probibemus & ibi gloſſ.* nec oppignorare alicui Eccleſiæ vel perſonæ, niſi illi ad quam de jure ſpectant, *c. fin. hoc tit.* hodierno jure decimæ alicui laico in ſæculo remanenti in feudum aut alias perpetuo, vel ad longum tempus non poſſunt concedi à Prælatis Eccleſiæ, quia eſt jus mere ſpirituale, & Prælatus qui contravenit à ſtatu ſuo ſuccidatur, & donec emendet, dolore ſuæ jaceat ruinæ proſtratus, *c. quamvis hoc tit. & ibi Can.* fructus decimarum poſſunt concedi laico ex cauſa ad tempus vitæ ſuæ, *gloſſ. in d.c. quamvis in verb. concesserit & ibi Can. communiter Mohed. deciſ. 7. de locat. & cond. & deciſ. 17. eodem inter omiſſus Franc. Marc. qu. 198. n. 11. par. 2.* Præ-
35 terea laici non poſſunt † acquirire libertatē à ſolutione perſonalium ſive prædialium decimarum conſuetudine, vel præſcriptione, repugnat enim juri divino morali cuius transgreſſio inducit peccatum; *c. fin. de conſuet. Pan. poſt Innoc. c. in aliquibus nu. 9 hoc tit. Felin. multos citans in c. cauſam num. 1. de præſcript.* & ad earum ſolutionem clericis faciendam, laici, ſi forſan moniti reddere noluerint, aut ſolvere neglexerint, Eccleſiaſtica diſtrictione, *c. nuncios c. non eſt verſ. 1. c. tua nobis §. verum hoc tit.* & cenſura Eccleſiaſtica, *c. ex parte 2. c. in quibuſdam hoc tit.* coguntur, atque de ſubtractis & retentis dignam ſatisfactionem compelluntur exhibere, *c. cum homines hoc tit.* cenſura Eccleſiaſtica non fertur pro levibus & paruis culpis, ſed pro mortali imponitur crimine, *c. nemo el 2. & c. nullus 11. qu. 1.* Vnde laici allegantes ſolam conſuetudinem vel præſcriptionem, appellatione remota, ad ſolutionem decimarum compelluntur, *c. tua nobis in fine hoc tit. & ibi Pan. n. 8. & 9.* & admittitur eorum appellatio, quando allegant exemptionem Papæ, *d. c. à nobis.* quæ ſi ſit realis, eximit terras ab onere decimarum, & coloni privilegio participant, ſi vero perſonalis, eximit terrarum dominos, ne de ſua parte ſolvant decimas, quas coloni de ſua parte ſolvunt, *Clem. 1. & ibi gl. in verb. excolendas in fine Tab. n. 21. Ancar. n. 6. & Can. Pan. in c. ex parte el 1. n. 4. & 5. hoc tit. Rot. deciſ. 4. de privil. in antiq. & diverſ. deciſ. 23. num. 5. & 6. parte 2.* aut compoſitionem legitimam, *c. ex multiplici hoc tit. c ſtatuimus de tranſact. & ibi poſt gl. 1. DD.* aut laudabilem clericorum deſuetudinem; de non vendicandis aut petendis decimis, qua ſtante, qui non ſolvunt, non ſunt in ſtatu damnationis, *Franc. poſt divum Thomam in c. 1. hoc tit. in 6. Pan. in c. in aliquibus in fine hoc tit.* quia jura canonica requirunt negligentiam, *c. non eſt verſ. 1. ibi eas ſolvere neglexerit hoc tit.* aut voluntatem, *c. tua nobis verſ. 1. ibi moniti reddere noluerint hoc tit.* ut laici ob non ſolutas decimas incurrant mortale peccatum.

Summaria eſt † cauſa decimarum, quæ 36
jure divino debentur, ſive quæſtio ſit cum debitore decimæ, ſive inter duas Eccleſias ſuper jure percipiendi, *Clem. diſpendioſam & ibi gloſſ. in verb. decimas de judiciis Panorm. num. 7. Vital. num. 37. & 38. & Can.* non etiam earum quæ ex pacto, pollicitatione, ex voto, aut ex impoſitione ſummi Pontificis debentur, *Clement. fin. h. tit. gl. in d. Clem. diſpendioſam, in verbo decimis, & Zab. nu. 20. & ſeq. & Can.*

Novale, eſt † ager de novo ad cultum re- 37
dactus, de quo non extat memoria quod aliquando cultus fuerit, & qui prius modicum aut nullum fructum adferebat, *cap. quid per novale de verb. ſignif. c. commiſſum & ibi gl. fin. & DD, hoc tit.* ſemel novale ſemper

cenſetur jure novalium quoad immunita-
tem de non ſolvendis decimis, c. *fin. de privil.*
38 Eccleſiæ † habens generaliter decimatio-
nem alicuius loci dicitur etiam habere de-
cimationem novalium, quia præteritæ, præ-
ſentes, & futuræ decimationes eodem jure
illi competunt, *Archidiac. in cap. cognovimus*
*num. 3. 12. quæſt. 2. & ibi Præpoſ. & Can. Bald.*
*in authentica excipitur numer. 5. C. de bon. quæ*
39 *lib. &c.* Fallit † in eo qui præſcripſerit deci-
mas in aliena parochia, & de novo fiant no-
valia in eadem, quia cum perceptio decima-
rum ad parochiales eccleſias de jure com-
muni pertineat, decimæ novalium quæ fi-
unt in parochiis earumdem, ad ipſas procul
dubio pertinere noſcuntur, c. *cum contin-*
*gat & ſeqq. hoc tit.* Fallit ſecundum in anti-
qua decimarum infeudatione facta laico,
cuius occaſione novalia non poteſt uſurpa-
re, c. *tua el 1. §. fin. & Achill. deciſ. 4. hoc tit.* Pri-
vilegium quoque conceſſum clerico ratio-
ne Eccleſiæ ſuper decimis non ſolvendis,
comprehendit novalia, c. *ex parte 3. hoc tit.*
ſimilis conceſſio facta laico, quia eſt mul-
tum odioſa, eſt reſtringenda, ut novalia nõ
comprehendat, *gl. pen. in fine in d. c. ex parte*
*3. & ibi Pan. n. 4. & Can.*

40 Primitiæ ſunt † primæ fruges prædiorum
Deo reddendæ, quæ non ſunt ſpeciali no-
mine vel quantitate definitæ, ſed arbitrio
offerentium derelictæ, c. 1. *verſ. at vero pri-*
*mitiæ hoc tit.* debentur Eccleſiæ parochiali
in cuius limitibus reperiuntur prædia, quia
ex eis debentur & cenſentur onera realia,
*Achil. deciſ. 1. hoc tit. arg. c. fin. de paroch. & a-*
*lien. paroch. & ibi gl. fin. c. cum ſint homines &*
*ibi gl. 2. & Can. hoc tit.* & ſunt de neceſſitate
ſolvendæ, c. *revertimini 56. qu. 1. c. præter hoc*
*§. præcipientes 32. diſtinct. c. 1. in fin. ibi exigant*
*& ibi gl. fin. hoc tit. Pan. n. 8. Abb. antiq. in fin.*
*& Can. Achill. reprobata opinione D. Thomæ de-*
*ciſ. 2. eodem.* Quando clerici parochialium
Eccleſiarum eas petunt, quia laudabilis de-
ſuetudo clericorum non petentium primi-
tias excuſat non ſolventes à peccato, ut di-
ctum eſt ſupra in decimis, De peculibus de-
bentur primitiæ, puta de ducentis agnus u-
nus, *gl. fin. in d. c. 1. hoc tit. & ibi Can.* Cancel-
laria apoſtolica non dat litteras ſuper ſolu-
tione primitiarum vel decimarum, quæ non
proveniunt ex poſſeſſionibus, ſicut ſunt de-
cimæ caſeorum, ovorum vel animalium,
*Collect. in d. c. 1. hoc tit. verſ. & ſciendum eſt.*

Oblatio eſt † donatio alicuius rei licite 41
acquiſitæ, 14. *qu. 5. in ſumma & c. 1. 2. & 3.*
*& per tot. quæſt.* facta à Chriſtiano, c. *quanto*
*de uſuris.* gratis Deo vel Eccleſiæ, *cap. ſcri-*
*tum eſt 14. quæſt. 5. Pan. in c. cauſa n. 1. & 2. de*
*verb. ſignif.* ab infidelibus eccleſia non reci-
pit oblationem ſed æſtimationem oblatio-
num pro intereſſe, *d. c. quanto*, neque ab eiſ-
dem recipit perſonales decimas ſed prædia-
les, c. *de terris hoc tit. & ibi gl.* ſunt neceſſita-
tis & de jure debentur diebus dominicis &
feſtivis quando rector eſt pauper, vel in lo-
co eſt conſuetudo dandi, *Pan. in d. c. cauſa n.*
*2. & in rubr. de paroch. &c. num. 3. Put. deciſ.*
*173. lib. 1.* extra dictos caſus ſunt volunta-
tis, *Put. d. deciſ. 173. Pan. poſt Hoſtien. in d. c. cau-*
*ſa n. 2. & latius in d. rub. de paroch. & alien. &c.*
*n. 3. poſt D. Thomam.* (quænam oblationis no-
mine intelligantur, traditur *in c. cum inter*
*vos De verb. ſignificat.*) cedunt † jure tituli 42
presbytero Eccleſiæ parochialis etiamſi fi-
ant capellæ ſitæ infra parochiam, vel imagi-
ni depictæ in muro alicuius parochiæ, aut
alteri celebranti intra parochiam, quia Ec-
cleſia parochialis fundat intentionem ſuam
de jure communi ſuper omnibus obventio-
nibus ſpiritualibus contingentibus intra pa-
rochiam ſuam, *c. paſtoralis & ibi Pan. nu. 2. &*
*Can. de his quæ fiunt à prælat. &c.* *Felin. in c.*

*dilectus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*dilectus num.1.2 & ſeq.de ordin.Pan. in rubr. de paroc.& c.n.3. & 4.arg.à ſpeciali in c. ad audientiam 1.de eccleſ.ædif.c.Tholoſ.qu.483.* Quilibet poteſt oblationem facere niſi ſpecialiter prohibeatur, c.*oblationes 90 diſtinct.& ibi gloſſ. enumerat ſpecialiter prohibitos quam vide & ibi Can.*

## *De regularibus & tranſeuntibus ad religionem.*

## Titulus XXXI.

*SVMMARIA.*

1 *Abbates omnibus in dignitate conſtitutis Epiſcopo inferioribus & canonicis cathedralium Eccleſiarum proferuntur.*

2 *Hic titulus differt à titulo de ſtatu monachorum & canonicorum regularium ſicut genus à ſpecie.*

3 *Regularia loca non poſſunt erigi ſine licentia Epiſcopi prius obtenta.*

4 *Regulares ſunt qui profitentur tria vota ſubſtantialia, videlicet paupertatem, caſtitatem & obedientiam, in una ex religionibus per ſedem apoſtolicam approbatis.*

5 *Religiones approbatæ ſunt quatuor ſancti Baſilij ſancti Benedicti, ſancti Auguſtini & ſancti Fraciſci.*

6 *Regulæ mendicantium ſunt quatuor.*

7 *Goncilium Tridentinum conceſſit omnibus monaſteriis & domibus tam virorum quam mulierum etiam mendicantium exceptis fratrum ſancti Franciſci capucinorum & eorum qui minorum de obſervantia vocantur, ut deinceps bona immobilia poßidere liceat.*

8 *Canones diſtrictius inhibent, ut aliquis novum ordinem vel religionem adinveniat vel habitum novæ religionis aſſumat.*

9 *Equites & Hoſpitalarij Sancti Ioannis Hieroſolimitani emittunt tua vota & ſunt religioſi.*

10 *Milites militiarum regularium & Hoſpitalarij qui matrimonio utuntur ſunt religioſi ſecundum quid*

11 *Eremitiæ ſubſunt Epiſcopo, gaudent privilegiis clericorum, quando habitum aſſumunt ab Epiſcopo.*

12 *Profeßio eſt duplex, expreſſa & tacita, ad expreſſam plura requiruntur primo in profitente in quacunque religione decimus ſextus annus expletus.*

13 *Secundo, quod non minore tempore quam per annum continuum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit.*

14 *Limita in ingrediente militarem religionem.*

15 *Item excipe religionem clericorum ſocietatis Ieſu.*

16 *Tertio, requiritur ex parte recipientis quod fiat in manibus ſuperioris maſculi.*

17 *Quarto, quod ſuperior requirat conſenſum ſui conventus vel conſilium.*

18 *Quinto, Quod profeßio fiat uni ex religionibus approbatis in monaſterio ſive clauſtro monaſterij.*

19 *Sexto, quod fiat ſimpliciter de tribus votis, obedientia caſtitate & paupertate per quæcunque verba.*

20 *Septimo, In virginibus deo dicandis ut ante profeßionem Epiſcopus vel Vicarius, vel aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus exponit virginis voluntatem diligenter in monaſteriis ordinario jure Epiſcopo Subjectis ac in iis quæ Romanam immediate ſpectant Eccleſiam, in aliis exploratio virginis ſpectat ad abbates vel alios prælatos.*

21 *Profeßionem tacitam inducunt, primo annalis delatio habitus monachalis, indiſtincti aut indiſtinctißimi, aut patenter*

*non diſtincti ab habitu profeſſorum, aut latenter ab eo diſtincti.*

22 *Secundo, Ordinatio monialis non profeſſæ in abbatiſſam.*

23 *Tertio, Promiſſio obedientiæ in manibus ſuperioris cum ſuſceptione habitus monachalis reſpectu certæ & determinatæ regulæ approbatæ.*

24 *Quarto, Annalis in monaſterio poſt maiorem ætatem mora & habitatio profeſſi ante legitimam ætatem vel per vim.*

25 *Quinto, quando nouitij ſponte ſe ingerunt actibus profeſſorum.*

26 *Sexto, Receptio habitus profeſſorum poſt annum probationis in monaſterio vbi habitus profeſſorum ab habitu nouitiorum patenter aut latenter ſunt diſtincti.*

27 *Profeſſio præſumitur ex delatione habitus.*

28 *Profeſſionis effectus eſt quia per eum acquiritur ingreſſis ius in ipſo monaſterio vt ibi deſeruiat & alimentetur.*

29 *Viciſſim Abbati & monaſterio acquiritur ius in perſonam profeſſi.*

30 *Profeſſione emiſſa regula eſt in percepto quoad tria vota ſubſtantialia.*

31 *Ad profitendam religionem omnes Chriſtiani ſunt apti.*

32 *Prohibitus clericati propter ſuum aut eius ex quo deſcendit delictum non prohibetur intrare religionem.*

33 *Nullum crimen impedit religionem.*

34 *At ingratitudo erga parentes.*

35 *Vel inregularitas.*

36 *Seu excommunicatio etiam maior.*

37 *Epiſcopus non poteſt intrare religionem niſi petita & obtenta licentia à ſummo pontifice.*

38 *Quid iuris ſit in Prælatis inferioribus Epiſcopo immediate ſummo pontifici ſubiectis.*

39 *Cæteri clerici ſeculares poſſunt intrare religionem non petita licentia ab Epiſcopo.*

40 *Nouitij intra annum probationis, ac finito eo ante profeſſionem emiſſam abſque apoſtaſiæ nota vel noxa ad ſæculum redire & ad ſæcularia beneficia promoueri poſſunt.*

41 *Non debet nec cogitur reſtituere alimenta monaſterio.*

42 *An idem iuris ſit in cooptatis poſt biennalem probationem in corpus ſocietatis Ieſu & ante publicam profeſſionem dimiſſis, ac in eis qui poſt adeptum gradum coadiutorum à ſocietate ex cauſis dimittuntur.*

43 *Regularium nemini licet immobilia vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint tanquam propria aut etiam nomine conuentus poſſidere.*

44 *Nec licet ſuperioribus bona ſtabilia alicui regulari concedere ad vſum fructum vel vſum aut commendam vel adminiſtrationem.*

45 *Prælati & religioſi habentes adminiſtrationem liberam habent fructuum diſpoſitionem in vita, & ex permiſſu ſuperiorum cæteri regulares poſſunt diſponere de fructibus beneficiorum ſuorum regularium.*

46 *Religioſi pœna qui ſine permiſſu ſuperiorũ quicquid tenere deprehenſus aut conuictus fuerit.*

47 *Regularibus non licet à ſuis conuentibus recedere etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accendendi, niſi ab eiſdem miſſi aut vocati fuerint.*

48 *Tenentur diligenter obſeruare quæ ad communem vitam victum & veſtitum pertinent.*

49 *Curia Romana tollerat quod regularibus taxetur aliquid pro veſtimentis vel dentur ad id certa poſſeſſiones.*

50 *In monaſterijs tam virorum quam mulierum, is tantum numerus conſeruandus eſt qui ex redditibus proprijs monaſteriorum vel ex conſuetis eleemoſynis commode poteſt ſuſtentari.*

51 Re-

51 *Regularibus canones prohibent ne ſine ſui ſuperioris licentia ſe ſubjiciant obſequio alicujus Prælati, principis aut alterius cujuſcunque perſonæ.*

52 *Ne excommunicatos à canone aut à ſententiis per ſtatuta provincialia aut ſynodalia promulgatis ſeu à pœna & culpa quenquam abſolvere præſumant.*

53 *Ne prædicent etiam in eccleſiis ſuorum ordinum niſi de ſuperiorum ſuorum licentia cum qua perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant, in Eccleſiis vero quæ ſuorum ordinum non ſunt, præter licentiam ſuorum ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur.*

54 *Monaſterio in quo certa regula ab initio fuit conſtituta reducto ad priſtinum rigorem, ſi in eo regula, contrario abuſu, fuit labefactam regulares inibi exiſtentes compelluntur obſervare illam reformationem.*

55 *Si regula in eo fuit collapſa, tunc inibi exiſtentes poſſunt cogi cauſative ad religionem profitendam, vel ut exeant è monaſterio.*

56 *Religioſus locus deformatus reformari debet de regularibus ejuſdem monaſterij, in defectum eorum de regularibus aliorum monaſteriorum ejuſdem ordinis, inde eis ejectis in perpetuum vel ad tempus deveniendum eſt ad regulares alterius ordinis poſtremo in defectum omnium regularium poterunt inſtitui clerici ſæculares authoritate Epiſcopi ſervatis dictis gradibus.*

57 *De ſæculari vero Eccleſia poteſt fieri monaſterium ab Epiſcopo de conſenſu capituli cathedralis Eccleſiæ etiam invitis clericis ſæcularis Eccleſiæ.*

58 *Regularibus per Canones percepta enumerantur.*

59 *Regularis poſt profeſſionem emiſſam licite tranſit ad monaſterium alterius religionis quatuor concurrentibus primo quod ſecunda religio ſit ſtrictior, Secundo quod tranſeat Zelo ſanctioris vitæ.*

60 *Tertio, ut petat licentiam tranſeunti à ſuo Prælato.*

61 *Quarto, quod primo religionem ſtrictiorem inveniat.*

62 *Quod ſi impetrata licentia tranſiverit ad arctiorem religionem, cujus non potuit ferre auſteritatem, & ante profeſſionem velit reverti, debet recipi in priori monaſterio quia licentia & renunciatio facta fuit ex cauſa non ſubſecuta.*

63 *Regularis non poteſt vigore cujuſcunque facultatis transferri ad laxiorem religionem.*

64 *Ad parem poteſt tranſire obtenta licentia ſui ſuperioris & juſta cauſa.*

65 *Regularis omnis perpetuo ad aliud monaſterium translatus ſive ut proſit ſive ut ſubſit debet iterum profiteri præcedente anno probationis.*

66 *Monachis non licet à congregatione ad ſolitariam cellulam diſcedere.*

67 *Mendicantes de licentia prælatorum ſuorum poſſunt vitam eremiticam eligere, ac cellas habitationes & manſiones acquirere ac mutare in eremo.*

68 *Non poſſunt recipi in monachum aut fratrum alicujus ex ordinibus monaſticis, ordine cartuſienſium excepto.*

69 *Quid juris eſt ſi tranſeant auctoritate apoapoſtolica ad non intendicantium ordines.*

70 *Translatum de uno ordine ad alium vigore cujuſvis facultatis, nemo prælatus vel ſuperior ad habitum vel profeſſionem poteſt admittere niſi ut in ordine ipſo ad quem* trans-

*tranſfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat.*

71 *Bona ingredientis monaſterium bonorum capax in communi poſt profeßionem factam ſunt ipſius monaſterij ſi non fecit teſtamentum.*

72 *Poſt profeßionem canonice translatus ad aliud monaſterium an & quæ bona recuperet.*

73 *Fugitivus bona non recuperat.*

74 *Ejectus bona patrimonialia recuperat ex benignitate.*

75 *Vagabundus bona non recuperat.*

76 *Bona eorum qui profitentur certam regulam vel ordinem ut Camaldulenſium & non profitentur expreſſe certum clauſtrum acquiruntur toti ordini.*

77 *Monachus propter grave delictum depoſitus non recipit præbendam ut cæteri ſed in carceribus recluditur.*

ECCLESIASTICORUM duo ſunt genera, quoddam clericorum ſæcularium, de quibus dictum eſt; quoddam religioſorum, ſive regularium, c. *unico* 19. *quæſt.* 1. c. *duæ ſunt* §. *lex vero privata verſic. ſi quis locum* 19. *quæſt.* 2. quia omnes clerici ſeculares etiam conſtituti in minoribus ordinibus ſunt in dignitate, c. *denique & ibi gloſſ.* 1. *& Can.* 4. *diſtinct.* & præferuntur jure Decretorum Abbatibus & monachis, ſive in publico, ſive in gremio eccleſiæ, c. *à ſubdiacono* 93. *diſt.*
1 ſed hodie Abbates omnibus † in dignitate conſtitutis, Epiſcopo inferioribus, & Canonicis Cathedralium eccleſiarum præferuntur, c. *fin. de off. deleg. in* 6. *& ibi Gemin. num.* 3. *c. ne pro defectu & ibi gloſſ. in verb. regularis de election. & Canon.* Differt hic titu-
2 lus † à titulo de ſtatu monach, &c. ſicut genus à ſpecie, omnes enim monachi & regulares Canonici, *Iaſ. in auth. ingreßi num.* 24. *& ibi DD. C. de ſacroſ. eccleſiis in Franc. in c. cum ſingula num.* 2. *de præb. in* 6. ſunt regulares, ſed non omnes regulares ſunt monachi aut Canonici, nam Prædicatores, Minores, Eremitæ ſancti Auguſtini & quorumlibet mendicantium ordines, regulares ac religioſi ſunt, ac reguntur à magiſtris aut miniſtris vel prioribus generalibus, eorumque loca conventualia, adminiſtrationes vocantur, *Clem dudum* §. *ſtatuimus de ſepult. Ioan. Andr. in c. quorundam ſub num.* 4. *& ibi Can. de elect. in* 6. Monachi vero reguntur ab Abbatibus & Prælatis, eorumque loca conventualia *monaſteria* vocantur, c. *quorumdam de elect. in* 6. *Clem.* 1. *de reb. eccleſ. alien. vel non Pan. in c. cauſam quæ el.* 1. *num.* 2. *de judic.* appellatione monaſteriorum, non veniunt Prioratus, aut adminiſtrationes; *d. Clem.* 1. *de reb. eccl. alien. vel non ibi monaſteriorum & aliarum adminiſtrationum quia copula cadit inter diverſa l. ſi is qui ducenta in princ. & ibi Bartol. ff. de reb. dieb. gloſſ. in rubr. ff. de juris & fiat ignor. & ita in terminis noſtris per illum textum conſuluit Frederic. de ſemin. conſ.* 145. *num.* 8. *Caput deciſ.* 84. *&* 225. *part.* 2. *Clem. dudum* §. *ſtatimus de ſepult* ſed hæc diſtinctio perpetua non eſt, quia ſub latiore ſignificatione monaſterii venit omnis locus regularis & dicitur à Μόνος, quod eſt ſingularis ſive ſolus, quia monaſterium eſt ſolitariorum habitatio, c. *& ſeq. c. ſi cupis & cc. ſeqq.* 16. *q.* 1. *Archid. in c.* 1. *in princ. h. t. in* 6. & appellatio *cœnobium* à κοινὸν Græce, quod eſt latine *commune*, quia ibi relig'oſi communiter vivunt, unde ſecundum ætymologiam vocabuli poteſt dici, *cœnobium* omnis locus in quo communiter plures vivunt, ſic etiam appellatur conventus quia ibi omnes conveniunt, *Pan. in c. tua nuper ſub numer.* 3. *in verb. cœnobiis de his quæ fiunt à prælat. &c. c.* 1. *in fin.* 15. *diſtinct.* Regularia † 3
loca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

locanon poſſunt, erigi ſinc licentia epiſco-
pi, c. qui religioſis cum trib. cc, ſeqq. 18. quæſt.
3. cap. 3. in fin. ſeſſ. 25. de regular. quod corrigit
cap. 1. de exceſſ. prælat. in 6. & Clem. cupientes
depœnis, prius obtenta, c. 3. in fine ſeſſ. 25. de
4 regul. & monial. Regulares ſunt † qui profi-
tentur tria vota ſubſtantia, videlicet pau-
pertatem, caſtitatem, & obedientiam, Clem.
exiui §. cum igitur. & §. ſeqq. de verb. ſignif.
Pan. in rub. huius tituli numer. 1. & in cap. non
magnopere numer. 2. ne cler. vel mon. cap. 1. ſeſſ.
25. de regul. & mon. in vna ex religionibus
per ſedem Apoſtolicam approbatis; cap.
vnico de vot. in 6. cap. fin. de relig. dom. in his
votis datur exceſſus, veluti paupertatis, D.
Tho. 2, 2, qu. 188 art. 7. caſtitatis, cuius com-
mutatio in caſtitatem coniugalem non mu-
tat ſubſtantiam regulæ; Sot. de iuſt. & iur. lib.
6. q. 5. art. 30. col. pen. Rot. diuerſ. deciſ. 266.
num. 6 part. 2. obedientiæ, quæ aliquando
ſi de ſuo aliquid habuerit, nulla eſt; ali-
quando ſi de ſuo aliquid non habuerit, mi-
nima eſt, c. ſciendum 8 q. 1. gloſſ. fin. in Clem. 1.
de relig. dom. quæ ponit gradus humilitatis, &
ibi Can. ſtantibus his, quæ ſunt de ſubſtantia
regulæ, ſolemnitates voti ex conſtitutione
eccleſiæ proceſſerunt, c. 1. de vot. in 6. ſuper
quibus Papa liberam habet diſpoſitione,
arg. c. non debet de conſang. & affin gl. in cap.
Deus qui. & ibi Pan. numer. 2. & Can. de vit. &
honeſt. cleric. & poteſt relaxare, & ſtringere
non ſolum in his, quæ ſunt de bonis fortu-
næ, ſed etiam circa dicta tria ſubſtantialia
quia ſunt etiam inducta iure poſitiuo, Inn.
in cap. cum ad monaſterium numer. 1. & ſeqq.
de ſtat. monach. Zab. in cap. Deus qui in 1. oppoſ.
de vit. & honeſt. cler. & ibi Can. ex quo quis
per votum ſe ſubmiſit iugo illius, qui vi-
cem Chriſti gerit in terris: c. quorundam c.
ſi religioſus de elect. in 6. Anch. in clem. attenden-
tes n. 3. de ſtat. monach. glo. in c. vnico in verb.
præſentes de ſtat. regul. in 6. & ibi Can. Religi-
ones approbatæ ſunt † quatuor S. Baſilij, 5
Sancti Bendicti, Sancti Auguſtini, c. perni-
cioſam 18. qu. 2. & Sancti Franciſci, Clem.
exiui de verb. ſignif. Bart. in tract. minoritarum
in princip. Franc. Marc. b. 1015. part. 1. qui tres
ordines inſtituit, gl in Clem. cum ex eo, in verb.
tertio & verb. continentia de ſent. excom. Franc.
Marc. deciſ. 963. part. 1. priorum duorum in-
ſtituta paupertatem, nõ tamen mendicita-
tem præcipiunt, poſteriorum hic mendici-
tatem præcipit, alter non præcipit, ſed con-
ſtitutiones poſteriores hoc ſaxerunt. Sub
iſtis militant omnes proprie religioſi, ex-
ceptis Carthuſienſibus, qui habent ſua ſta-
tuta pro regula, B. Ant. in ſumm. part. 3. tit.
16. c. 1. §. 5. & ſeq. late Boer. de ſtat. & vit. Ere-
mit. nu. 1. & ſeqq. Regulæ mendicantium † 6
ſunt quatuor, Prædicatorum, ſiue Domi-
nicanorum, Minorum Sancti Franciſci,
Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carme-
litarum: c. vnico §. ſane de relig. dom. in 6. cap.
quorundam de elect. in 6. & ibi Ioannes Andr. &
Can. Caputaq. dec. 224. part. 2. quibus addun-
tur ordines ſeruorum Beatæ Mariæ, Pius V.
conſtit. edita 1. Octobris 1567. Pontif. an. 2. in
Bull. 45. & fol. 997. Minimorum Sancti
Franciſci de Paula, Pius V. conſtit. edita 9. Octo-
bris 1567. Pontif. anno 2. in Bull. numer. 48. &
fol. 1001. Congregatio fratrum Sancti Hie-
ronymo Ieſuatorum, Pius V. conſtit. edita 19.
Nouembris 1567. in Bull. num. 49. & fol. 1002.
& Religio Societatis Ieſu, Greg. 13. in conſt.
edita 8. Cal. Iul. 1584. Pontif. anno 13. in Bull.
102. fol. 1350. in princip. qui refert conſtit. Pij
V. Concilium Tridentinum † conceſ- 7
ſit omnibus monaſterijs, & dominibus tam
virorum, quam mulierum etiam medican-
tium, exceptis fratrum Sancti Franciſci Ca-
puccenorum, & eorum qui Minorum
de obſeruantia vocantur, vt deinceps eis

boma immobilia poſſidere liceat; c. *conce-
dit ſeſſ.*25.*de regul. & monial.* alii qui obedi-
entiam promittunt , & non iſta tria vota
profitentur, non dicuntur proprie habere
regulam, ſed potius quemdam modum vi-
vendi, licet ille modus ſit approbatus, per
ſedem Apoſtolicam, *Clem.* 1. *in prin. & ibi glo.
in verb. obedientiam de relig. domib. & Pan. nu.*
4. *&* 5. *& Can. Clem. cum ex eo, & ibi gloſſ. in
verb. tertio de ſent. excom. & ibi Can. Fel. in c.
eccleſiæ B. Mariæ num.* 1. *& ſeqq. de conſtit.* & ſi
vivant in unum Conventuales appellari
poſſunt, c. 1. *& ibi poſt gloſſ.* 1. *Archid. & Can.*
10. *q.* 1. ac gaudent privilegio clericali, *Butr.
in c.* 2. *ſub n.* 6. *verſ. & generaliter de for. compet.*
8 Canones † diſtrictius inhibent , ne aliquis
novum ordinem , vel religionem adinve-
niat, vel habitum novæ religionis aſſumat,
c. *fin. de relig. dom.* c. 1. *in princ. eod. in* 6. di-
verſum ab aliis , & commmunem inter ſe
pluribus ſimul in eodem collegio habitan-
tibus , & eamdem religionem profitenti-
bus, alias ſingularis perſona ſectas non ad-
inveniens , & ſeorſum habitans in domo
ſua, vel in eremo, c. *qui verè* 16. *q.* 1. *Pan. in c.
ex parte* 2. *num.* 10. *de converſ. conjug.* novum
habitum inducere ſibi poteſt, *d.* c. 1. *& ibi
gloſſ. in verb. habitum & Gemin. ac Can. de re-
lig. dom. in* 6. c. *parſimoniam* 41. *diſt.* Equites
9 † & Hoſpitalarii Sancti Ioannis Hieroſo-
lymitani emittunt tria vota, & ſunt religio-
ſi, licet non ſuſcipiant ordines, *Put. deciſ.* 382.
*libr.* 1. *Caſ. deciſ.* 1. *de prob. Mohed. deciſ.* 10. *de
cauſ. poſſ. & propr. Rot. diverſ. deciſ.* 436. *part.*
3. *lib.* 3. *Rot. Farin. deciſ.* 87. *num.* 1. *& deciſ.*
454. *num.* 3. *part.* 1. 2. *Pan. in rub. huius tit.
ſub num.* 4. *& ibi Can. Greg.* 15. *deciſ.* 87. *& de-
ciſ.* 509. *Pan. in c.* 2. *n.* 3. *in fin. de ſtat. monach.*
Idem obtinet in Equitibus B. Mariæ Theu-
tonicorum, cæteri milites militiarum regu-
larium, & Hoſpitalarii, qui matrimonio
utuntur, † neque large, neque ſtricte ſunt 10
religioſi, ſed ſunt religioſi ſecundum quid,
*Pan. in rub. huius tit. num.* 4. *& in c.* 2. *num.* 11.
*de for. comp. Rot. diverſ. deciſ.* 591. *num.* 4. *&* 7.
*& ſeq. part.* 1. *late Zab. in clem. per litteras nu.*
9. *de præb.* clerici, & ſacerdotes huiuſmodi
militiarum regularium poſt profeſſionem
ſunt capaces beneficiorum ſæcularium,
tum quia non emittunt tria vota ſubſtan-
tialia, c. *ut lex* 27. *q.* 1. *& ibi gloſſ. in verb. pro-
feſſi, & Can.* tum quia non promittunt obe-
dientiam monachalem, c. *non dicatis* 12. *q.*
1. c. *conſuluit, qui cler. vel vovent. &c. & ibi
Can. Card. in clem.* 1. *in* 2. *q. de relig. dom. Cald.
conſ. fin. hoc tit.* nec ſufficit, ut dicantur re-
gulares, quod ſimpliciter promittant obe-
dientiam, aut reſtrictam ad ſtatuta, *Zab. in
clem.* 1. *num.* 5. *de relig. dom.* cum canonici
ſæculares eam promittant, c. 3. *& c. hiſque
de maior. & obed.* Eremitæ † ſunt ſicut Lo- 11
cuſtæ, quæ regem non habent, ſubſunt epi-
ſcopis, gaudent privilegio clericorum, c.
*qui vere & ibi gloſſ. in verb. vero* 16. *q.* 1. *gl. fin.
in c. nulla ratione* 93. *diſt. Innoc. in c. cum mo-
naſterium in fin. de elect.* quando habitum
aſſumunt ab epiſcopo , alias ſecus, *Franc.
Marc. q* 630. *part.* 2. Epiſcopus vero dictum
habitum & ritum vivendi in communi eis
non poteſt concedere obſtante c. ne nimia
de relig. domib. edito in Conc. generali, *Ex-
travag. Ioan.* 22. *unica* §. *quidam autem eorum
de religioſ. domib.* poſſunt vocari ad prælatu-
ram, c. *cum monaſterium de elect. gloſſ. in d.* c.
*qui vere in verb. vero* c. *ſi clericatus* 16. *q.* 1. *&
ibi gloſſ. pen.* poſſunt de Eremitica vita licite
tranſire ad monachatum, quia vita mona-
chalis eſt magis ſtricta, quoad hoc, quod
monachus renunciat propriis, & ponit ho-
minem ſupra ſe, *d.* c. *qui vere, & ibi gl. in verb.
vero* c. *ſi clericatus, & ibi gloſſ. in verb. contu-
bernium* 16. *q.* 1. Eremita vero non renunciat
pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

propriis, c. *per latum* §. *è contra* 19. *q.* 3. fra-
tres tertii ordinis de pœnitentia non gau-
dent privilegio clericali, *Bart. in l.* 1. *in fin. ff.*
*de pœn. Bart. in l. ſemper* §. *quibuſdam ff. de jur.*
*immunit. & ibi late addit. pulchre Butr. in c.* 2.
*num.* 6. *de for. comp. & ibi Felin. ubi recenſent*
*plures, de quibus dubitatur, an gaudeant privile-*
*gio clericali Franc. Marc. etiam plures enume-*
*rans q.* 630 *part.* 2.
12 Profeſſio eſt duplex, † expreſſa & tacita,
ad expreſſam plura requiruntur. Primo in
profitente jure veteri pubertas. c. *ſignifica-*
*tum hoc tit. c. illud* 20. *quaſt.* 1. & ſi religio eſt
dura plena pubertas: c. *quia hoc tit.* ex de-
cretis Concilii Tridentini in quacumque
religione tam virorum quam mulierum de-
cimus ſextus annus expletus, *in quacumque*
*ſeſſ.* 25 *de regul. & mon.* Secundo quod non
13 minori † tempore quam per annum, *d. c. in*
*quacumque c. ad apoſtolicam hoc tit.* 17. *quaſt.*
2. *in ſumma & c.* 1. *in fin.* vel ſi dura ſit con-
gregatio aut ſtatuta ordinis ut præmonſtra-
ten. requirant per biennium c. *monaſteriis*
19. *quaſt.* 3. *arg. c. quia in inſulis hoc tit.*
continuum non interruptum, *Franc in c.* 1.
*ſub num.* 3. *verſ. quid autem ſi non fuit continua-*
*tus, & ibi Can. hoc tit. in* 6. *late lap. alleg.* 46.
*& ibi addit. Pan. in c. ad apoſtolicam num.* 9.
*& ſeqq. hoc tit. & ibi Can.* poſt ſuſceptum
habitum in probatione ſteterit, nam fini-
to tempore novitiatus ſuperiores novitios,
quos habiles invenerint ad profitendum
admittere debent, aut è monaſterio eos eji-
cere, *d. c. in quacumque junct. c. nulla* §. *fini-*
*to ſeſſ.* 28. profeſſio antea facta jure canoni-
co valida eſt, c. *porrectum c. ad apoſtolicam*
*hoc tit.* niſi facta fuerit alicui religioni men-
dicantium, c. 2. *&* 3. *hoc tit. in* 6. ex decre-
tis Concilii Tridentini eſt nulla nullamque
inducit obligationem ad alicuius regulæ vel
religionis vel ordinis obſervationem, aut
ad alios quoſcumque effectui, *d. c. in qui-*
*cumque.* & ſublata videtur diſtinctio inter
mendicantes ac alias religiones, ac inter ex-
preſſam & tacitam intra annum factam pro-
feſſionem traditam in c. conſtitutionem §.
in aliis hoc tit. in 6. ac inter ſuſceptionem
habitus profeſſorum ac ſuſceptionem, ha-
bitus noviciorum intra annum, c. *ſuper eo*
*hoc tit.* nulla quoque renunciatio aut obli-
gatio de bonis aut patrimonio antea facta
etiam cum juramento vel in fauorem cuiuſ-
cumque piæ cauſæ, valet, niſi cum licentia
epiſcopi ſive eius vicarii fiat intra duos
menſes proximos ante profeſſionem, & nõ
alias intelligitur effectum ſuum ſortiri, niſi
ſecuta profeſſione, aliter vero facta etiam
cum expreſſa decreti Concilii Tridentini
renunciatione etiam jurata eſt irrita, & nul-
lus effectus, c. *nulla quoque ſeſſ.* 25. *de regul.*
quod decretum locum non habet in teſta-
mentis & ultima voluntate, *Garc. de benef.*
*part. xj c.* 9. *n.* 10. *& plurib. ſeqq.* Limita in † 14
ingrediente militarem religionem, qui non
tenetur poſt ſuſceptum habitum ſtare per
annum ad profeſſionem emittendam *juxta*
*d. c. in quacumque ſeſſ.* 25. *Card. Seraph. deciſ.*
121. *arg. eorum quæ tradit ſpecul. de ſtat monach.*
*& c. quæſt.* 36. *Pan. in rubr. huius tit. nu* 4. Præ-
terea Concilium Tridentinum in d. c. nulla
ſeſſ. 25. excipit à generali percepto dicti §.
*finito*, religionem clericorum † ſocietatis
Ieſu, quæ habet novitiatum biennii, quo 15
completo & tribus votis ſubſtantialibus
ſimplicibus, obedientiæ caſtitatis & pau-
pertatis privatim emiſſis, qui literis operam
dederunt, vel daturi ſunt ut ſcholares ap-
probati, alii vero ut coadjutores tempora-
les non formati, in ſocietatis corpus coop-
tantur, deinde ſtudiis abſolutis, antequam
profeſſi vel auditores ſpirituales formati
fiant, tertium adhuc ulterioris probationis

annum in devotionis exercitiis impendunt, ad quem temporales , coadjutores ut ad gradum formatorum recipiantur non obligantur, *Gregor.* 13. *in Bullar. ſive conſt. aſcendente domino.* Tertio, ex parte recipientis
16 † quod fiat in manibus ſuperioris maſculi, *c. fin & ibi gloſſ.* 1. 20. *qu.* 1. *& c. ſtatuimus* 20. *quæſt.* 2. vel de eius licentia, *c. porrectum , & ibi Pan. in* 5. *notab. & in c. ad apoſtolicam num.* 4. *hoc tit.* vel ſequatur eius rati habitio, *Inn. in d. c. porrectum num.* 4. *&* 5. *& ibi Can.* vel fiat in manibus Epiſcopi recipientis per ſe vel miſſos ſuos profeſſionem certæ regulæ approbatæ in monaſterio ſibi ſubiecto, *Sylveſter in verbo religio* 3. *quæſt.* 14. *Cunct. Inſt. maior. lib.* 3. *tit. de regular. nu.* 62. *c. porrectum & ibi Innoc. ſub num.* 5. *de Regular. & Canon. qui inter ſe diſputant inſinuante qui clerici vel voventes & ibi gloſ. in verbo quod in manibus c. dudum ibi in perſonam Eccleſiæ huiuſmodi reſignationem recipere procuravit, de converſ. con-
17 iugator.* Quarto, quod ſuperior † requirat conſenſum ſui conventus, *gloſſ.* 1. *& Prob. ad Monach. in c. fin. num.* 2. *&* 3. *hoc tit. in* 6. *& ibi Can. c. veniens de ſimon. Lap. alleg.* 31. vel Conſilium, *gloſſ. addit. in d. c. fin. hoc tit. in* 6. *Pan. in d. c. ad apoſtolicam num.* 12. Quinto, quod
18 profeſſio † fiat uni ex religionibus, *c. unico , verſ. aut per profeſſionem de vot. in* 6. *Butr. in c. rurſus ſub num.* 8. *verſ. quandoque ſolemnitatur profeſſione, qui cler. vel vov. Clem. fin. & ibi gl. in verb. religione hoc tit. Navar. conſ.* 35. *numer.* 1. *hoc tit.* per ſedem apoſtolicam approbaris, *d. c. unico verſ. aut per profeſſionem de vot. in* 6. *c. fin. de relig. domib. c. unico eod. in* 6. in monaſterio ſive clauſtro monaſterii , ſed poteſt concedi ex cauſa ut profeſſio fiat extra monaſterium, *c. ex publico, & ibi Pan. nu.* 10. *de converſ. conjug. c. ut lex, & ibi glo. fin. & Can.* 27. *quæſt.* 1. *Bart. in auth. ingreſſi nu.* 12.
19 *de ſacroſ. eccleſ.* Sexto, quod fiat † ſimpliciter de tribus votis obedientia caſtitate & paupertate, *c. non dicatis* 12 *quæſt.* 1. *cap.* 1. *ſeſſ.* 25. *de regul.* per quæcumque verba videlicet trado me tibi in monachum & fratrem, *d. c. porrectum , & ibi Can.* volo religionis propoſitum inviolate obſervare, *cap. fin.* 20. *quæſt.* 1. ſcriptura non eſt neceſſaria ſed adhibetur ut ei obviet , qui contravenit, *gloſſ.* 2 *in d. c. fin.* 20. *quæſt.* 1. *& ibi Can. c. omnes* 27. *qu.* 1. *c. nuper de teſtib.* neglectus formæ traditæ à regula circa actum profeſſionis, non inducit nullitatem. *Pan. in d. c. porrectum nu.* 13. aut ſi habitum non ſuſceperit, *c. conſuluit qui cler. vel vov. & c. c. ut clerici d. c. porrectum, & ibi gloſſ. in verb. Monachum c. ex parte hoc tit.* vel habitaverit extra monaſterium, *c. ſicut* 2. *hoc tit.* Septimo , in virgini-
bus † Deo dicandis , ut ante profeſſionem 20
Epiſcopus vel eius Vicarius aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus , exploret virginis voluntatem diligenter , an coacta an ſeducta fuit, an ſciat quid agat , & ſi voluntas eius pia & libera cognita fuerit , libere ei profiteri licet non in manibus Abbatiſſæ vel alicuius ſanctimonialis quibus velamen nulli alteri ſanctimoniali imponere licet, *c. puella verſ. fin. & c. vidua* 20. *qu.* 2. ſed Epiſcopi vel ſacerdotis aut miniſtri, *c. vidua* 20. *qu.* 1. *& ibi gl.* 1. *& Can. Franc. Marc. q.* 957. *l.* 1. & tenetur præfecta monaſterio Epiſcopum ante menſem certiorem facere, quod ſi non fecerit quamdiu epiſcopo videbitur ab officio ſuſpenditur, *c. libertati ſeſſ.* 25. *de regul.* quæ locum habent in monaſteriis ordinario jure Epiſcopis ſubjectis, ac in iis quæ ad Romanam immediate ſpectant Eccleſiam, in aliis exploratio voluntatis virginis ſpectat ad Abbates & alios tam exemptus quam non exemptos prælatos quibus monaſteria huiuſmodi ſunt ſubjecta, *c. periculoſo* §. *fin. de ſtat. regul. in* 6. *Clem. attendentes in fin.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in fin princ. de ſtat. monach. & ibi Can.* Ab his
excipiuntur mulieres quæ pertinentes aut
convertitæ appellantur, in quibus conſtitu-
tiones earum ſervantur, *c. anathemati ſeſſ. 25.
de regular.*

21 Tacitam profeſſionem † inducunt, Pri-
mo, annalis per conſtitutum in legitima æ-
tate delatio, in religione vel monaſterio, *c.
ut clerici, & ibi gloſſ fin. & Can. c. ex parte, &
ibi gloſſ. fin. Clem. fin. & ibi gloſſ. in verb. aliqua
hoc tit. Put. deciſ. 131. libr. 1.* poſt annum
continuum probationis peractum, *c. in qua-
cumque juncto c. nullo §. finito ſeſſ 25. de regul.
Garc. de benef part. xj. cap 9. numer. 5. & ſeqq.*
habitus monachalis indiſtincti aut indiſtin-
ctiſſimi, aut patenter non diſtincti ab habi-
tu profeſſorum, aut latenter ab eo diſtincti,
*c. ex parte tua hoc tit. & ibi Pan, poſt gl. fin. nu-
mer. 3. & Can, Clem. fin eod.* ſed ſi habitus no-
vitiorum ab habitu profeſſorum ſit diſtin-
ctus patenter, colore, ſciſſura, forma, *d.
Clem. fin. verſ. fin. hoc tit.* eius delatio per
quantumcumque tempus non inducit pro-
feſſionem, *gloſſ. in Clem fin. in verb. deinceps in
fin. & ibi Can.* latens diſtinctio inducitur ex
benedictione veſtium tempore profeſſio-
nis, *c. ſtatuimus hoc tit.* earumque datione à
certis perſonis, vel in certis diebus, certo lo-
co, aut certis formis & ſolemnitatibus, *c. 1.
§. fin. hoc tit. in 6.* indiſtinctus habitus eſt ut
quia profeſſi & novitii eodem habitu utun-
tur, indiſtinctiſſimus quando non ſolum
novitii & profeſſi ſed etiam communem
ducentes vitam cum eis deferunt eundem
habitum, *Pan. in d. c. ex parte n. 3. gloſſ. in d.
Clem. fin in verb. deinceps, & ibi Can. hoc tit.*
Secundo, inducit tacitam profeſſionem or-
22 dinatio † monialis non profeſſæ in Abba-
tiſſam, licet electio non valeat, *c. 2. & ibi Io.
Andr. n. 3. & Can. de teſtam.* novitiis vero or-
dinari ſe permittens ad minores intra an-
num probationis, per hoc nõ intendit pro-
fiteri, *Gemin, in c. abbates nu. 9. poſt Ioan. Andr.
de privil. & c. in 6.* Tertio, promiſſio † obe- 23
dientiæ in manibus ſuperioris cum ſuſce-
ptione habitus monachalis reſpectu certæ
& determinatæ regulæ approbatæ, opera-
tur profeſſionem expreſſam quoad votum
obedientiæ & tacitam quoad alia vota, *Butr.
in d. c. porrectum n. 9. verſ. 3. modo hoc tit. & in
c. rurſus ſub num. 8. verſ. quandoque ſolemniza-
tur qui cler. vel nov. & c. Præpoſ. in c. conſuluit
ſub n. 1. verſ. & ita D. Anton. & alii &c. eod. tit.
approbati à Rot. diverſ. deciſ. 216. ſub num. 10.
part. 2.* Quarto, annalis † in monaſterio poſt 24
maiorem ætatem mora & habitatio profeſſi
ante legitimam ætatem vel per vim, *c. ſigni-
ficatum c. cum virum cap. 2. hoc tit. cap. 1. eod.
in 6.* ex decretis Concilii Tridentini qui-
cumque regularis prætendit ſe per vim, aut
metum, aut ante ætatem debitam profeſ-
ſum fuiſſe, aut quid ſimile non auditur
niſi intra quinquennium à die profeſſionis
coram ſuo ordinario & ſuperiore, & ſi antea
habitum ſponte dimiſerit nullatenus ad al-
legandam quamcumque cauſam admitti-
tur, ſed ad monaſterium redire cogitur &
tanquam apoſtata punitur, interim vero
nullo privilegio ſuæ religionis juvatur, *cap.
quicumque ſeſſ. 25. de regul.* Quinto, quan-
do † novitii ſponte ſe ingerunt actibus pro- 25
feſſorum, *c. vidua hoc tit. & ibi Can.* Sexto,
receptio † habitus profeſſorum poſt annum 26
probationis in monaſterio ubi habitus pro-
feſſorum ab habitu novitiorum patenter
aut latenter ſunt diſtincti, *c. ſuper eo verſ fin.
cap. ſtatuimus & cap. conſulti hoc titul.* jura
enim decretalium limitanda & reſtringen-
da ſunt juxta Concilium Tridentinum quod
requirit in profitente decimum ſextum an-
num expletum; & præcedentem annum
continuum probationis peractũ, *d. c. in qua-*

*cumque*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cumque ſeſſ.25.gl. fin. circa fin.in d.c.ex parte*
*& ibi Can.Pan.in d Clem.fin.num.9. & 10.*
*hoc tit.vbi ponderat dictionem, per, & ibi Can.*
& concurrentibus alijs requiſitis tacitam
profeſſionem non excludit. *Garc. de beneſ.*
*part.xj.cap 9.nu.5 & 8.Greg.15.deciſ.385.in*
*fin.& ibi late annotata.* Ex delatione habitus
27 † præſumitur profeſſio & fundatur intentio
monaſterij & qui dicit ſe non profeſſum
debet hoc probare, c.*quod interrogaſti : 27.*
*diſt.& ibi Archid.& Can.Io.And.in c.2.ſub. n.*
*2.verſ.item hoc quod dictum eſt hoc tit. diuerſ.*
*deciſ.216.num.18.part.2.* Effectus profeſ-
28 ſionis † eſt, quia per eam acquiritur ingreſ-
ſis ius in ipſo monaſterio, vt ibi deſeruiant
& alimententur, c.*porrectum de regul. gl. fin.*
*c.cum dilecta, & ibi Can. de reſcript. Pan.ſub.*
*num.13.* & licet pro alimentis ſibi ſubtractis
non poſſint agere, pro ſibi miniſtrandis in
futurum bene poſſunt agere *Rot.deciſ. 10.de*
*iudic.in nou.Felin.in c.cum dilecta num. 16.&*
*ſeqq.de reſcript.Cald.conſ xj.hoc tit.* Per prio-
ratum vel Abbatiam retinetur monacha-
tus, & licet prior vel Abbas renunciet vel
deponatur remanet monachus monaſterij,
*c.ſicut ex litteris, & ibi Pan.in 1.not.Felin.nu.*
*1.& Can.de iureiur.c.fin.de Simon.* mona-
chus vero translatus ad prioratum vel Ab-
batiam alterius monaſterij etiam eiuſdem
ordinis, perdit locum & vocem actiuam in
priori monaſterio, etiamſi talia iura ab Ab-
bate & monaſterij ſibi fuerint reſeruata, c.
*conſtitutis de elect.c.cum ſingula § prohibemus,*
*& ibi gl.in verb.canonicæ, & Can.de præb.in 6.*
29 Viciſſim Abbati † & monaſterio acquiri-
tur ius in perſonam profeſſi, vt eum forſan
fugitiuum, aut eiectum poſſit & cogatur
vindicare, *d.c.porrectum, & c.fin.de regul.* ac
in bonis per eum habitis acquiſitis ac acqui-
rendis, *Auth. ingreſſi C. de ſacroſ.eccl.& ibi*
*DD.c.in præſentia, & ibi Can.de probat.c.abba-*
*tes 18.q.2.& ibi gl.pen.* Profeſſione † emiſſa 30
regula eſt in præcepto quoad tria vota ſub-
ſtantialia, c.*ex parte hoc tit. c.cum ad monaſte-*
*rium de ſtat.monach.* omnia alia contenta in
regula non ſunt in præcepto, *Hoſt.in c. rela-*
*tum ſub num. 2. ne clerici vel mon. &c. & ibi*
*Pan.ſub num.6.latius diſtinguit, & Can.com-*
*muniter Fel.in c.nam concupiſcentiam num. 1.*
*& num.9.& ſeqq.& ibi Can de conſtit. Pan.in*
*c.Deus qui num.3.de vit.& honeſt.cler. Boih.in*
*d.c.cum ad monaſterium num. 18. & ſeqq.de*
*ſtat.monach.& c.Matheſ.ſing.77.& ibi add.*

Iure canonico omnes Chriſtiani † ſunt 31
apti ad profitendum religionem, & ſtatuta
inferiorum à Papa aliquem inhabilitantia
non valent, *Nauarr.conſ.26. hoc tit. nu.4.&*
*ſeqq.* prohibitus † clericari propter ſuum, 32
aut eius ex quo deſcendit, delictum, non
prohibetur intrare religionem, ſed prohi-
betur ne in domibus regularibus alicuius
prælationis aſſequatur honorem, c.*in qui-*
*buſdam in fin.& ibi Can. de pœn.* Imo nullum
crimen † impedit ingreſſum religionis, & 33
factam in ea profeſſionem, c.*poſt translatio-*
*nem de renunc.* nec homicidium voluntari-
um, c.*admonere te § idcirco 33.quæſt.2.* etiam
presbyteri, c.*in quibuſdam in fin. de pœn.* aut
ingratitudo † erga parentes vel liberos, imo 34
hæc per ingreſſum monaſterij aboletur, c.
*fin.19.q.3.* vel irregularitas, c.1.*56.diſt.Na-*
*uar.conſ.1.de ſtat. monach.* quæ † ſi prouenit 35
ex delicto, non tollitur per ingreſſum reli-
gionis, c.*veniens de eo qui furt.ord ſuſcepr. &*
*ibi Pan.num.3.Anch.num.6.& Can.Pan.in c.*
*tuæ num.4 de Simon.late Fel.in c.cum deputati*
*num.2.& ſeqq. de iudic.* aliunde proueniens
tollitur in caſibus in iure expreſſis tantum
& non in aliis, c.1.*de fil.presb. Pan. poſt gloſ.in*
*c.2.num.5.de apoſt.& ibi Can.* præbet ingreſ-
ſus religionis materiam diſpenſandi poſt
laudabilem conuerſationem in monaſterio
etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam nulla pœna impoſita, quia pœniten-
tia relaxatur ingredienti religionem, c. *ſcri-
pturæ de vot. & ibi gloſſ. & DD. c. quis aliquando*
36 *§. 1. de pœnit. diſt. 1.* excommunicatus † ma-
jore excommunicatione poteſt recipi ad re-
ligionem, quia licet cum excommunicato
orare pro utilitate & ſalutę animæ illius, c. 1.
*de eo qui furt. ord. ſuſc. licet aliter ſentiant Ar-
chid. in c. monaſteriis 19. quæſt. 3 Franc. Marc.
quæſt. 682. num. 2.* ſunt tamen quædam qua-
litates quæ impediunt ingreſſum & aliquan-
do eum annullant, ex quibus octo recenſet
ſumma Angel. *in verb religioſus à num. 4. uſque
ad num. 15.* gloſſ. fin. *in c. duæ ſunt 19. quæſt. 2.*
ponit tres, *& ibi Can.* quibus adde militiam
quæ requirit prævium conſenſum ſummi
Pontificis, c. *monaſteriis §. miles 19. quæſt. 3.* E-
37 piſcopus ſive † ſit conſecratus ſive non, c. *in-
ter corporalia de translat. epiſcoporum*, non po-
teſt intrare religionem, niſi petita & obten-
ta licentia à Rom. Pont. c. *licet quibuſdam h.
tit.* ex juſta cauſa, c. *niſi cum pridem. de renunc.*
38 an idem juris ſit, in prælatis † ſecularibus E-
piſcopo inferioribus imēdiate Summ. Pont.
ſubjectis, *vide Pan. in c. licet num. 13. hoc tit. la.
Ioan. Andr. in c. cum non ſtat. de reg. jur. in 6.* qui
diſputat in utramque partem in Mercurial.
39 cæteri clerici ſeculares † poſſunt intrarare
religionem non petita licentia ab Epiſcopo,
*Pan. in d. c. licet num. 14. de regular. & trans. ad
vel ſylveſt. in verb. religio 2. §. 8. quæritur* c. *alie-
num, & c. duæ §. tex. vere 19. qu. 3.*
40. Novitii intra † annum probationis, c.
*conſulti c. poſtulaſti c. ſtatuimus hoc tit.* ac finito
eo ante profeſſionem emiſſam, c. *nulla §. fi-
nito ſeſſ. 25. de regul.* aſque apoſtaſiæ nota vel
noxa ad ſæculum redire & ad ſæcularia be-
neficia promoveri & in eis libere poſſunt
miniſtrare, *d. c. poſtulaſti* Prohibet Conciliū
Tridentinum ne ante profeſſionem, exce-
pto victu & veſtitu novitii, illius temporis
quo in probatione eſt quocumque prætextu
monaſterio ex ejuſdem bonis aliquid tri-
buatur, ne hac occaſione diſceſſus impedia-
tur, ac præcipit ſub anathematis pœna dan-
tibus & recipientibus, ne hoc ullo modo
fiat, & ut abeuntibus reſtituantur quæ ſua e-
rant; *l. nulla verſ. ſed neque ante profeſſionem
ſeſſ. 25. de regul.* nam regulariter novitius e-
grediens monaſterio intra annum proba-
tionis vel eo finito, non debet † nec cogitur 41
reſtituere alimenta monaſterio, quia fru-
ctus ſunt ad hoc deputati ut ſuſtentetur: *Ge-
min. in c. 1. § ſane nu. 2. de ſtat. regul. in 6. tex.
in c. non ſolum, ibi aliquatenus impedire hoc tit.
in 6. & ibi Gemin. num. 5. not. & Can. ſylveſt. in
verb. religio 5. in 8. quæſt. circa princ. c. ſtatui-
mus ibi libere, hoc tit. & Can.* quod decretum
procedit & jam in donationibus factis ab
ingreſſuris monaſterium, *Navarr. conſ. 81. 82.
& 83. de regul.* ac in renunciatione beneficiis
quæ facienda eſt de conſenſu ſuperiorum
ante duos menſes profeſſionis, ne temere
quis renunciet dum eſt novitius, & poſtea
contingat carere beneficio & monachatu, ſi
forte non admittatur ad profeſſionem, vel
ipſe poſtea nollit profeſſionem emittere,
*Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 13. à num. 4. uſque ad fin.
Garc. de beneſ. part. xj. c. 9. num. xj. & plur. ſeqq.
in utramque partem.* Eadem fere obtinere vi-
dentur non ſolum in cooptatis † poſt bien- 42
nalem probationem in corpus Societatis
Iesu per privatam emiſſionem trium voto-
rum ſubſtantialium & ante publicam pro-
feſſionem à præpoſito generali dimiſſis, ſed
etiam in eis qui poſt adeptum gradum co-
adjutorum formatorum ſpiritualium ſeu
temporalium à Societate ex cauſa dimit-
tuntur: *arg. l. 5. ff. de re milit. l. ictus ff. de his qui
not. infam. & ibi gloſſ. & DD. l. nullam l. inter-
locutio C. de his qui not. infam.* Concil. Tri-
dentinum excipit religionem clericorum

ſocietatis Ieſu à regula §. *finito c. nulla ſeſſ.* 25. *de regular. & monial.* quod ipſa non ſolis noviriis & profeſſis ut reliqui regulares ordines conſtet ſed habeat plures gradus , ut communibus aliorum regularium ordinum rationibus & ſanctionibus ejus inſtitutum metiri non poſſit. Ingreſſuris in ſeparata habitatione traduntur conſtitutiones & privilegia ſocietatis maturius conſiderãda, deinde ut novitii biennio probantur, quo expleto tria vota ſubſtantialia ſimplicia emittunt privatim, & promittunt ſe eamdem ſocietatem ingreſſuros, id eſt ulteriorem aliquem illius gradum arbitrio generalis; votis emiſſis novitii eſſe deſinunt, & in ſocietatis corpus qui literis operam dederunt vel daturi ſunt ut ſcolares approbati, alii vero ut coadjutores temporales nondum formati cooptantur ex parte ipſorum perpetuo, ex parte ſocietatis quamdiu præpoſitus eos in ſocietate retinendos cenſuerit; ut liberi potius quam votis obligari dimittantur contra vulgatam regulam *l.* 1. *verſ. nam quod Ariſto ff. de reſcind vendit. & ibi poſt gl.* DD. ſtudiis abſolutis antequam profeſſi vel coadjutores ſpirituales formati fiant, non ſolum tertium probationis annum adhuc impendunt, ſed etiam in pœnitentiæ & ſacramentorum miniſteriis, aliiſque officiis & exercitiis ſocietatis tam diu probantur, quamdiu generali videbitur & interim bonorum ſuorum jus atque dominium ad tempus generalis præpoſiti judicio præſcribendum retinent , ut majorem ſocietas habeat libertatem illos, ſi opus fuerit, cum minori offenſione dimittendis, uſum vero eorum arbitrio ſuperioris, *Greg.* 13. *in Conſtit. ſive Bull. aſcendente Domino §. & licet.* poſſunt itaque de eis libere præhabita licentia in pios uſus teſtari, *l. in re C. Mand. l. qua ratione §.* 1. *verſ. nihil enim ff. de acquir. rer. domin.* vita & doctrina eorum probata poteſt generalis ſacerdotes quos idoneos cenſuerit admittere ad profeſſionem quatuor votorum , nempe trium ſubſtantialium ac ſpecialis obedientiæ ſummo Pontifici, qui à ſocietate non dimittuntur, niſi in certis quibusdam caſibus, & nonnullos ad ſpiritualium coadjutorum gradum per tria illa vota publica, ſed ſimplicia in manibus ſuperioris emiſſa , quæ ceſſant, id eſt, non valent, ac nulla ſunt, *l. ſi procuratorem §. mandati actio, & ibi gl. in verb. ceſſat ff. Mand. l. ergo §. ſi bona fiſco, & ibi gl. in verb. ceſſat ff. fideicom. libert.* per dimiſſionem legitimam à ſocietate ipſo jure, *gloſſ. in rubr. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript. l.* 3. *ff. ne quis eum qui jus in vocat. eſt in exim.* & non antea extinguuntur, *l. inter ſtipulantem §. ſacram. & ibi gl. in verb. ceſſaturã ff. de verb. oblig. l. qui res §. aream de ſolut.* coadjutores temporales non formati poſt aliquot annos, quibus generali & ſocietati ſatisfecerint, ſine alia ulteriore probatione tertii anni per tria vota publica in manib. ſuperioris emiſſa nõ tamen ſolemnia in adjutorum temporalium formatorum gradum admittuntur , & tam ſpirituales quam temporales coadjutores formati, certum in ſocietate gradum habent ſuntq; omnis hæreditariæ ſucceſſionis incapaces, & nihil proprii habent , nec propter emiſſa, hujuſmodi vota publica aut per mortem ab inteſtato in illorum ſicut nec in profeſſorum bonis , domus ulla aut eccleſia vel collegium dictæ Societatis ſuccedere poteſt, *d. conſtit. aſcendente Domino §. quibus emiſſis,* cenſenturque mendicantes quorum gaudent privilegiis, & habent diverſa à collegiis loca, *Felic. epiſc. Scalen. in Enchir. de cenſ. irregul. & privil. c.* 10. *circa finem, & c. privil. Societatis Ieſu.* Hæc omnibus communia ſunt, quod novitiatu completo & emiſſis votis ſimplicibus una eſt omnibus omnino vivendi

& obe-

& obediendi ratio, in domibus quidē pro-
bationum & collegii ex redditibus, in do-
mibus vero profeſſorū, quæ nullos omnino
reddit[9] habere poſſunt ex eleemoſynis tan-
tum, quodq; non modo ii qui ad profeſſio-
nem vel in coadjutorum formatorum gra-
dus admittuntur, ſed & ſcholares ipſi ac ſu-
pradicti alii omnes, & quicumq;, qui in ipſā
Societatem admiſſi, biennio probationis à
quolibet ipſorum exacto tria vota ſubſtan-
tialia tametſi ſimplicia emiſerint, vere ac
proprie ſunt religioſi, & ab omnibus cenſeri
& nominari debent, *d. conſt. Greg. 13. aſcen-
dente Domino, § biennio, & §. etiam non modo*,
& habent in eis locum canones de religioſis
& eorū votis loquentes. Dimiſſi à Societate
nullam apoſtaſiæ notam incurrunt, ac poſ-
ſunt, eis qui profeſſionē quatuor votorum
emiſerunt, exceptis, ad beneficia eccleſiaſti-
ca & dignitates promoveri, laici aut conſti-
tuti in minorib. ordinibus uxorem ducere,
quia juxta Conſtitutionē Gregor. XIII. per
dimiſſionem vota ceſſant, & in eadem nulla
fit mentio de incurſu alicuius inhabilitatis,
& ab ea parte, quæ dicit adverſarium ſuum
ab aliquo jur prohibitum eſſe ſpecialiter le-
ge vel conſtitutione, id probari oportet, *l. ab
ea parte ff. de probat. l ſi quæramus, & ibi gl. 1. &
DD. ff. de teſt. ord. &c.* tum quia clericos poſſe
promoveri ad beneficia eſt de genere per-
miſſorum, c, *inter corporalia, & ibi gl. in verb.
non invenitur Pan. n. 37. & Can. de transl epiſc.*
ſicut etiam eſt de genere permiſſorum, lai-
cos, c. *duo ſunt §. aliud vero 12 q 1.* ac clericos
conſtitutos in minoribus ordinibus poſſe
uxores ducere, c. *1. de cler. coniug. & ibi poſt gl.
Can.* & quod in dubio præſumatur dimiſſio
cauſaria, honeſta, & non ignominioſa, *l. hæ
enim cauſæ, & ibi gl. in verb. verum & DD. ff. de
ſuſpec. tut. l. 2. §. ignominiæ ff. de his quæ not. inf.
& ibi poſt gl. in verb. cur miles DD.*

Nemini regularium † licet immobilia, 43
vel mobilia cuiuſcumque qualitatis fuerint
tanquam propria, aut etiam nomine con-
ventus poſſidere, quæ ſtatim tradi debent
ſuperiori conventuique incorporari, c. 2. c.
*cum ad monaſterium de ſtat. monach. &c.* c. *non
dicatis* 12. *q.* 1. c. 1. *18. q.* 1. c. *nemini ſeſſ.* 25. *de
regul.* Imo regularis non habet dominum
pannorum, quos in dorſo defert inſtar ſervi:
*l. id veſtimentum ff. de pecul.* non licet ſupe-
rioribus † bona ſtabilia alicui regulari con- 44
cedere etiam ad uſum fructum vel uſum aut
commendam vel adminiſtrationem, *d. cap.
nemini §. nec deinceps ſeſſ.* 25. *&c.* & corre-
cta ſunt jura de ore talium quibus permiſ-
ſum erat regulari peculium habere, pro in-
iuncta ſibi ab Abbate adminiſtratione; c.
*quanto de off. ord.* c. 2. *ff. qui vero peculium de
ſtat. monach.* mobilium vero uſum ita poſ-
ſunt permittere, ut eorū ſupellex ſtatui pau-
pertatis conveniat, *d. c. nemini §. mobilium.*
Prælati & † religioſi habentes adminiſtra- 45
tionem liberam habent fructuum diſpoſi-
tionē in vita, *Greg 15. deciſ.* 401. *Bal. in* c. *cle-
rici el. 2. nu. 7. de vit. & honeſt. cler. Zab. in* c. *ſi
quis col. pen. verſ. in religioni de pecul. cler. Zab.
Clem. 2. §. ſed & talis in princ. de vit. & honeſt.
cler. & aliis infra alleg.* & ex permiſſu ſupe-
riorum cæteri regulares poſſunt diſponere
de fructibus beneficiorum ſuorum regula-
rium, *Clem. 2. §. ſed & tales, & ibi Zab. in 1. not.
& Can. de vit. & honeſt. Rot. diverſ. deciſ.* 772.
*num. 4. part. 1. Zab. in Clem. gratia col. pen. in
fin. de reſcript. Navar. de reddit. eccl q. 1. monit.
8.* præſertim de parte fructuum ad ſuum vi-
ctum & uſum deſtinata, *Navar. de reddit. eccl.
q. 1. monit. 33. n. 2. & ſeqq. Greg. 15. deciſ.* 401.
*num. 6.* quia non repugnat ſtatui pauperta-
tis habere peculium ex permiſſu ſuperioris,
pro utilitate monaſterii aut ſuis alimentis;
c. *inſinuante, qui cler. vel vov. &c. Pan. in* c. 2.

*num. 4. de ſtat. monach. &c. Rot. diverſ. deciſ.*
*216. num,* 12. 13. *&* 14. *part.* 2. quod ſi quis
aliter quicquam tenere deprehenſus aut
46 convictus fuerit, is † biennio activa & paſ-
ſiva voce privatus eſt, *d. c. nemini in fin.* regu-
lari monitione præmiſſa de monaſterio ex-
pellitur, nec recipitur ulterius, niſi peniteat
ſecundum monaſticam diſciplinam, c. *cum*
*ad monaſterium de ſtat. monach.* à communio-
ne altaris removetur, *cap. 2. de ſtat. monach.*
quod ſi proprietas apud quemquam inven-
ta fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum
perditionis extra monaſterium ſubterratur,
& ad terrorem aliorum eccleſia pro eo non
orat, c. 2. §. *qui vero peculium c. ſuper eo c. cum*
*ad monaſterium, verſ. quod ſi proprietas, & ibi gl.*
*in verb. inſterquilinio de ſtat. monach.*

47 Regularibus † non licet à ſuis conventi-
bus recedere, c. *quanto de off. ord.* c. *non ma-*
*gnopere, ne cler. vel monach. &c. Clem. ne in a-*
*gro §. quia vero de ſtat. monach.* etiam præte-
xtu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eiſ-
dem miſſi aut vocati fuerint, qui ſine prædi-
cto mandato in ſcriptis obtento repertas
fuerit ab ordinariis locorum tanquam de-
ſertor ſui inſtituti punitur, c. *prohibet §. nec*
*liceat ſeſſ. 25. de regul.* & ad monaſterium re-
gredi compellitur, c. *non eſt hoc tit.* in quo
tam in eccleſia quam in refectorio atq; dor-
mitorio communiter eſſe debent, nec pro-
pria ſibi ædificare receptacula aut privata
domicilia, c. *pernicioſam* 18. *q.* 2. nec non di-
48 ligenter † obſervare, quæ ad commmunem
vitam victum & veſtitum conſervanda per-
tinent, c. *1. ſeſſ. 25. de regul.* Curia Ramana
49 ſcit & tolerat † quod regularibus taxetur a-
liquid pro veſtimentis, vel dentur ad id cer-
tæ poſſeſſionis unde & regulares Capellani
Papæ de ſervitiis ita recipiunt portionem,
ſicut alii, teſtari tamen de his non poſſunt
ſicut proprietarii. Idem de monialibus,
quæ à monaſteriis habent ſolum victum, &
à parentibus vel de ſuo lucro habent indu-
menta, *Ioan. And. in d. c. cum ad monaſterium*
*num 23. de ſtat. monach. & Can. regul. Franc.*
*Marc. deciſ. 963. par. 1. Felin. in c. cum tu num.*
*26. de conſt. Creſc. deciſ. 3. numer. 3. de loc. &*
*cond.* & regulariter religioſi poſſunt habere
peculium pro utilitate monaſterii vel alen-
do ſeipſos, *Pan. in c. 2. num. 4. de ſtat monach.*
*c. inſinuante, & ibi gloſſ. in verb. ut in domo pro-*
*pria, qui cler. vel vov. & ibi Can. gloſſ. in cap.*
*unico in princ. in verb præſentes, & ibi Can. de*
*ſtat. regul. in 6.* verum ſi ſuperiori revocan-
ti peculium, pro utilitate monaſterii, vel a-
lendo ſe ipſos, reſiſtant, quia volunt abun-
dare & de ſuis ſuo modo facere, ſunt in ma-
lo ſtatu, cum ſæculariter vivant & velint
perſeverare; c. *relatum ne cler. vel monach.*
*ſylveſt. in verb. religio 6. num. 7. in fin.* In præ-
dictis autem † monaſteriis & domibus tam 50
virorum quam mulierum bona immobilia
poſſidentibus vel non poſſidentibus, is tan-
tum numerus conſervandus eſt, qui ex red-
ditibus propriis monaſteriorum, vel ex
conſuetis eleemoſynis commode poteſt ſu-
ſtentari, c. 3. §. *in prædictis ſeſſ. 25. de regul.* &
ſublata videntur ſive correcta jura decreta-
lium requirentia ut abſque penuria ſuſten-
tari poſſit, c. 1. *& 2. de inſtit. c. periculoſo §. ſa-*
*ne in fin. & ibi gloſſ. in verb. abſque penuria de*
*ſtat. regul. in 6.* & differentia tradita *in d. §.*
*ſane juncta gloſſ. in verb. irritum,* inter rece-
ptionem monialium in monaſteriis ordinũ
non mendicantium, quæ eſt nulla ipſo jure,
& receptionem monachorum ultra quam
per facultates ſuſtentari poſſint, quæ eſt va-
lida, quia cœtibus hominum ſe immiſcere
& ſibi vitæ neceſſaria acquirere poſſunt, c.
*nunquam diſt. 5. de conſecr.* Prohibent † quo- 51
que Canones regularibus, ne ſine ſui ſupe-
rioris licentia ſub prætextu prædicationis

aut

aut lectionis vel cuiuſvis pii operis ſe ſubji-
ciant obſequio alicuius Prælati Principis
vel univerſitatis communitatis aut alterius
cuiuſcumque perſonæ vel loci, neque eis a-
liquod privilegium aut facultas ab aliis ſu-
per iis obtenta ſuffragatur, contrafaciens
tanquã inobediens arbitrio ſuperioris pu-
nitur, c. *probibet ſeſſ. 25. de regul.* & ne excom-
municatos † à Canone, præterquam in caſi-
52 bus in jure expreſſis, vel per privilegia ſed is
Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, aut à ſenten-
tiis per ſtatuta provincialia aut ſynodalia
promulgatis, ſeu à pœna & culpa quemquã
abſolvere præſumant, alioquin excommu-
nicationis incurrunt ſententiam ipſo facto
per ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſol-
53 vendi, *Clem. 1. de privil.* Præterea † niſi à ſu-
perioribus ſuis de vita, moribus, & ſcientia
examinari & approbati fuerint, ac de eorũ
licentia etiam in eccleſiis ſuorum ordinum
prædicare non poſſunt, antequam cum hac
licentia perſonaliter ſe corã epiſcopis præ-
ſentent, & ab eis benedictionem petant, c.
2. §. *regulares ſeſſ. 5.* & in eis, contradicente
epiſcopo, prædicare non præſumant, c. *præ-
dicationes §. nullus ſeſſ. 24.* In eccleſiis vero
quæ ſuorum ordinum non ſunt, ultra licen-
tiam ſuorum ſuperiorum etiam licentiam
epiſcopi gratis concedendam habere te-
nentur ſine qua in ipſis eccleſiis nõ ſuorum
ordinum prædicare non poſſunt, *d. c. 2. §. re-
gulares ſeſſ. 5.* & cavere debent epiſcopi, ne
aliquem eorum qui cum ſint nomine regu-
lares, extra clauſtra tamen & obedientiam
religionum ſuarum vivunt, etiam quorum-
libet privilegiorum prætextu in ſua civitate
vel diœceſi prædicare permittant, donec ab
ipſis epiſcopis ſancta ſedes Apoſtolica con-
ſultatur, à qua privilegia huiuſmodi non ni-
ſi tacita veritate & expreſſo mendacio ab
indignis extorqueri veriſimile non eſt, c. 2.
§. *caveant ſeſſ. 5.* Reliqua prohibita regu-
laribus annotata ſunt ſub titulo de ſtat mo-
nach. &c.

Quando † monaſterium, in quo regula 54
certa & approbata, ab initio fuit conſtituta,
reducitur ad priſtinum rigorem, ſi in eo re-
gula eiuſque auſteritas deinde contrario
abuſu fuit labefactata, regulares inibi exi-
ſtentes præciſe compelluntur obſervare il-
lam reformationem, quia in profeſſione
fuerunt profeſſi regulam non conſuetudi-
nem, *c. 2. & ibi Hoſt. à n. 4. in fin. & n. 5. Ioan.
Andr. n. 2. & Can. de teſt. c. ante triennium, &
ibi Præp. n. 31 diſt. Rot. diverſ. dec. 216. per tot. par.
2. c. ea quæ in prin. de ſtat. Monach. & c. Gemin.
in c. 1. §. qui vero n. 6. h. t. in 6. Late Pan. in c. ſu-
per eo n. 4. & ſeqq. h. t. & ibi Can.* ſi vero re-
gula † in eo fuit collapſa ita quod in eo nec 55
regulæ, nec religio aliqua obſervabatur,
tunc inibi exiſtentes poſſunt cogi cauſative
ad religionem profitendam, ad quam iſtud
monaſterium fuit inſtitutum vel ut exeant
monaſterio, & ibi remaneant monachi qui
juxta conſtitutionem regulæ profiteantur,
*Præpoſ. in d. c. ante triennium ſub n. 3. verſ. aut
non tractamus ſolum 31. diſt. Ioan. And. in d. c.
2. verſ. ſi quis in trat. de teſtam. & utrobiq; Can.*
quia locus religioſus † deformatus refor- 56
mari debet de regularibus eiuſdem mona-
ſterii, in defectum eorum de regularibus a-
liorum monaſteriorum eiuſdem ordinis,
inde eis eiectis in perpetuum vel ad tem-
pus, donec corrigantur & revertãtur poſtea,
*gl. pen. in d. c. relatum & ibi Can.* deveniendũ
eſt ad regulares alterius ordinis, poſtremo
in defectum omnium regularium poterunt
inſtitui clerici ſæculares, c. *inter quatuor &
ibi Pan. & Can. de relig. dom. late Boich. in c. ad
noſtram n. 3. & ſeqq. hoc tit. c. relatum ne cler.
vel monach. & c.* auctoritate Epiſcopi ſervatis
dictis gradibus, *Ioan. And. in d. c. inter quatuor*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſub.num.3.per gloſſ.in c.ſi Epiſcopus* 12.*queſt*.2.
*c.relatum,n.cler.vel.monach.* &*c.* quia cano-
nes prohibent monaſteria fieri clericorum
habitacula,c.*peruenit* 2.18.*qu*.2.*cap.ſtatui-
mus in fin.verſ.quæritur,*& *cap.ſeq.*19.*quæſt*.3.
quæ eſt notabilis limitatio ad regulam,
quod nullus citra Papã poteſt alterare ſtatũ
Eccleſiæ religioſæ,vt ſi cõſueuit regi per re-
gulares,regatur nunc per ſæculares, *cap quæ
ſemel* 19.*quæſt*.3. *cap. poſſeßiones dereb. eccl.
non alien.*& à practicis appellatur reductio
ad ſæcularitatem,*Mand.de ſign.grat.tit.redu-
ctio ad ſæcularitatem.* An eccleſia regula-
ris reducta ad ſæcularitatem perdat ſua pri-
uilegia late diſputat Prob. *ad monac. in cap.
cum de benef.ſub num.*22. *verſ. nunc intro du-
bium.*& *num.ſeqq.*& *num*.42. & *ſeqq. de præ-
ben. in* 6. quod non perdat exemptionem
vel ſubjectionem tenet Pan. in c. dilectus
num.9.de capel.Monach, ex quibus infer-
tur quod ordo ſancti Benedicti cujus mo-
naſteria per Abbates gubernantur ſub Iuris
dictione diœceſanorum indiſtincte poſſit
vindicare monaſteria aggregata & non ag-
gregata hæreticis aut hoſtibus erepta,*l cum
loca ff.de relig.* & *ſumpt fun. iuncta gl.in cap.
paſtoralis in verb.reuertaris, verſ. ſed contra* 7.
*quæſt*.1.*Vital.in Clem.in plerisque numer.* 19.
& 20.*de elect.faciunt not.per Felin.in c. dilecti
num.*2.*de maior.*& *obed.*quando paratus eſt
ea ordinare ex monachis aliorum mona-
ſteriorum ordinis , *cap. inter quatuor de
relig. domib. cap. relatum ne cler. vel mo-
nach.* &*c.* quia canones prohibent ea tunc
ſæcularia fieri habitacula,c.*ſtatuimus* §. *quæ-
ritur* &*c.ſeq.*19.*quæſt*.3.ſiue clericorum ſiue
laicorum,c.*peruenit el* 2.18.*quæſt* 2.c.*poſſeßi-
onis de reb.eccl.non alien.*&*c.* vel ad ordinem
in quo fuerunt fundata redeunt iure Poſtli-
minis,*d.l.cum loca l.ſi captiuus verſ. expulſis ff.
de capt.*& *poſtlim.reuerſ.l. ab hoſtibus la* 3. C.
*eod.gl.pen.in l.transfugam ff.de acquir. rer.do-
min.*quæ iura in eccleſijs & monaſterijs lo-
cum habent, c. 1. *actione* 16. *quæſt*.3.*cap.pa-
ſtoralis* 7.*quæſt*.1.*Innoc.in c.* 2.*num*.2. & *ibi
Pan.n.*5.& *Can.communiter de nou.oper.nunc.
c.ſuper eo,*& *ibi Hoſt. in princ.de cenſib.* vel
non deſierunt eſſe loca ſacra & monaſteria
per captiuitatem aut occupationem ab hæ-
reticis,c.*paſtoralis* & *ibi gl.in ver. reuertaris
verſ.ſed contra* 7.*quæſt*.1. *Clem. in pleriſque* &
*ibi gl.in verb. Chriſtiano de elect.* De ſæculari
vero Eccefia † poteſt ab Epiſcopo fieri 57
monaſterium de conſenſu capituli cathe-
dralis Eccleſiæ etiam inuitis clericis ſæcula-
ris Eccleſiæ; & ſine eorum præiudicio c.*ſi
Epiſcopus* 12.*quæſt*. 2. & *ibi gl. Anchar. in c.de
monachis num.*6.*de præb.*

Canones † præcipiunt regularibus Pri- 58
mo , vt omnes tam viri quam mulieres ad
regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum
vitam inſtituant nec non pertinentia ad
communem vitam, victum, & veſtitum fi-
deliter obſeruent,c.1.*ſeſſ*.25.*de regul. Clem.
ne in agro de ſtat.monach.* Secundo, quodo-
mni menſe confiteantur & communicent,
*d.Clem.ne in agro* §.*ſane cap. attendant ſeſſ*.25.
*de regul.*Tertio , vt is qui capitulo præeſt,
exponat per ſe vel aliam regulam in capitu-
lo vulgariter.*d.Clem. ne in agro* §.*ſane verſ.
regula.* Quarto, quod ſervent ſilentium
continuum in dormitorio,refectorio, & o-
ratorio , in clauſtris certis horis & locis,c.
*cum ad monaſterium* §.*in oratorio de ſtat. mo-
nach.* Quinto , vt nihil habeant poſſi-
deant,dent vel accipiant, ſcribant vel mit-
tant epitolas ſine ſuperioris licentia, *cap.
non dicatis* 12.*quæſt*.1. Sexto, quod bona
monaſteriorum ſeu conuentuum per ſo-
los officiales eorumdem ad nutum ſuperi-
orum amouibiles adminiſtrentur, *cap.ne-
mini* §.*adminiſtratio ſeſſ*.25.*de regul.*Septimo,
per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

59 permittunt Regulari † poſt profeſſionem
emiſſam etiam moniali, *Pan. in c. fin. n. 5. &*
*7. de ſtat. monach. & Can. regul. & ibi Can.*
*Franc. Marc. deciſ. 963. in fin part. 1. c. virgines*
*20. quæſt. 4.* vt licite tranſeat ad monaſteri-
um alterius religionis, etiamſi prima religio
ſit priuilegiata, quod de illa ad arctiorem
aliam tranſiri non poſſit, *cap. non eſt c. licet.*
*hoc tit. c. mandamus, c. ſtatuimus 19. quæſt. 13.*
quatuor concurrentibus primo quod ſe-
cunda religio ſit ſtrictior, *d. c. licet.* dicitur
autem arctior & laxior non habito reſpe-
ctu ad regulam ſed ad obſeruantiam, ac
etiam ad conſtitutiones factas vltra regu-
lam, oportet enim quod monaſterium ſe-
cundum exiſtat de præſenti in maiori ob-
ſeruantia, *c. ſane hoc tit. & ibi Pan. n. 3. Io. And.*
*& Can.* ſtrictior clauſura non inducit ſtri-
ctiorem religionem, *c. periculoſo, & ibi Franc.*
*n. 5. de ſent. excom. in 6.* Secundo, vt non
tranſeat ex leuitate, temeritate, aut odio ſui
60 prælati, ſed zelo ſanctioris vitæ. Tertio, vt †
petat licentiam tranſeundi à ſuo prælato li-
cet eam non obtineat, *d. c. licet, & ibi gloſſ. in*
*verb. licentiam & Can iura decretorum requi-*
*runt conſenſum conuentus. c. ſtatuimus 19 quæſt.*
*3. c. 2. & ibi gloſſ. mag. 58. diſt. Inn. in c. fin. nu.*
61 *1. de renunc.* Quarto, quod primo † religio-
nem ſtrictiorem inueniat quæ parata ſit
eum recipere: ſi aliter recedit, fugitiuus eſt
& apoſtata cum non ſit in alicuius obedien-
tia, *Innoc. in c. fin. num. 2. de renunciat.* Quod
ſi dubitari contingat, an ſecunda religio
ſit ſtrictior, vel an ex temeritate fiat tranſi-
tus, non ſtatur verbo volentis tranſire, nec
prælati denegantis, ſed iudicium erit ſupe-
rioris, ad quem appellaretur, ſi ille religio-
ſus grauaretur, quia non debet proprius
prælatus eſſe iudex in cauſa ſua, *Innoc. in d.*
*c. licet n. 2. & ibi Can.* Quod ſi regularis im-
62 petrauit † licentiam tranſeundi ad arctio-
rem regulam cuius poſtea non potuit ferre
auſteritatem & ante profeſſionem vult re-
uerti debet recipi in priori monaſterio quia
licentia & renunciatio facta fu[illegible] cauſa
non ſubſecuta, *Sylueſt in verbo religio 4. num.*
*5. Euch. Inſt. maior, lib. 3. tit. de Regul. num. 140.*
An Abbas vel alius prælatus regularis poſſit
tranſire ad ſtrictiorem religionem præla-
turis dimiſſis, petita licentia & non obten-
ta, *Vide Pan. in c. licet num. 13. hoc tit. Ioannem*
*Andr. in cap. cum non ſtat. de regul. iur. in 6. in*
*mercurial.* nemo regularis † vigore cuiuſ- 63
cumque facultatis poteſt transferri ad la-
xiorem religionem, c. *quicumque in fin. ſeſſ.*
*25. de regul.* qualis translatio, ſtante dicta
prohibitione Conc. Tridentini à ſolo Papa
peti & concedi poſſe videtur, ſiue laxior ſit
religio ratione regulæ, ſiue obſeruantiæ:
*Lap. alleg. 130, nu. 2. licet Pan. in c. non eſt n. 6.*
*aliter diſtinguat.* tranſiens auctoritate prop-
ria ad laxiorem religionem, & ibidem ha-
bitum illius aſſumens, & deferens non dici-
tur apoſtata, ita quod ſit excommunicatus,
quia hoc non eſt expreſſum in iure, *Lap. al-*
*leg. 33. & ibidem Add. gl. 1. in c. non eſt hoc tit.*
*& ibi Can. Zab. in Clem. fin. nu. 12. de elect.* ad
parem † ſiue æqualem religionem tranſire 64
poteſt petita & obtenta licentia ſui ſuperio-
ris ex iuſta cauſa, c. *non eſt hoc tit. & ibi gl. 1.*
*in fin. Pan. numer. 6. dicens cautius eſſe obtinere*
*diſpenſationem Epiſcopi* ſine cauſa non poteſt
abſque diſpenſatione ſummi pontificis,
*Pan. in d. c. non eſt ſub. nu. 6.* Omnis regularis
etiam † Abbas perpetuo ad aliud mona- 65
ſterium translatus, ſiue vt præſit, ſiue vt
ſubſit, debet iterum profiteri, præcedente
anno probationis, ſaltem obſeruantiam
illam, quæ vltra tria vota in ſecundo mo-
naſterio eſt ſeruanda, c. *Deus, qui Eccleſiam,*
*de vit. & honeſt. cler. Nauar. conſ. 60. & 61.*
*hoc tit. approbatus à Rot. Farin. 109. numer. 4.*
*part.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*part.2 Dec in c.prætereanum.6.de præben.* Mo-
66 nachis non licet à congregatione † ad ſoli-
tariam cellulam diſcedere, niſi forte proba-
tis poſt meritos labores, aut propter infir-
mitatis neceſſitatem aſperior regula Abba-
tis licentia remittatur, & inter eadem mo-
naſterij ſepta ſub Abbatis poteſtate ſepara-
tas habere cellulas permittatur, *cap. Mona-
chum 20.quaſt.4.c. priuilegium & ibi gl. in
verb.ſecreta de verb.ſign.in 6.* eadem prohibi-
tio locum habet in monialibus, *c. pernicio-
ſam 18.quaſt.2.* Prædicta locum habent in
regularibus monaſticis, ſiue non mendi-
67 cantibus: medicantes de licentia † prælata-
torum ſuorum poſſunt vitam eremitarum
eligere, ac cellas, habitationes, ac manſio-
nes acquirere, & mutare in eremo, ſiue in
locis, vbi non ſit hominum habitatio de
propinquo: *c. vnico §.fin. de exceſſ. præl.in 6.*
68 non † poſſunt admitti, aut recipi quocun-
que quæſito colore in monachũ, aut in fra-
trem alicuius ex ordinibus monaſticis, ordi-
ne Chartuſienſium excepto, ſub pœna ex-
communicationis, quam tam recipientes,
quam recepti ipſo facto incurrunt, à qua à
nemine, niſi à Romano Pontifice, præter
quam in mortis articulo, poſſunt abſolutio-
nis beneficium quomodolibet obtinere, &
nihilominus receptio eſt nullius momenti,
*Extrauag.1.hoc tit.inter communes*, Imo qui-
69 libet mendicantes, † qui ad non mendican-
tium ordines etiam auctoritate Apoſtolica
tranſeunt, vocem aut locum in Capitulo
generali, prouinciali, aut ſpeciali ipſius mo-
naſterij, in quo degunt, non habent, etiamſi
hoc ſibi ab alijs libere concedatur, *Clem.1.
§.& ibi poſt gl. Anch.& Can. hoc tit.* in electio-
nibus, tractatibus, & alijs, quæ ſunt hono-
ris, ſecus in his, quæ ſunt oneris, vt diſci-
plinis, & correctionibus, quia pœna non
præſtat immunitatem contra iura, *c. ad no-
ſtram c.reprehenſibilis in fin.de appell.l. relega-
torum §.fin.de interd.releg.& c.c.legi, & ibi gl.
1.16.q.1.* nec poſſunt aſſumi ad prioratus,
adminiſtrationes, aut quæcumque officia
dicti ordinis, ad quem ſunt translati, *An-
char.in d.clem.1.num.xj.hoc tit. Franc. Marc.
deciſ.1284.par.1.* etiam tanquam Vicarij,
ſeu miniſtri, vel locum tenentes, neque ani-
marum curam, aut regimen pro ſe, aut alijs
exercere, quicquid in contrarium actum
fuerit, eſt ipſo iure irritum, quouis priuile-
gio non obſtante, in his quæ ſunt retracta-
bilia, vt eſt ſuffragium vocis, promotio ad
prioratus, ad curam animarum, &c. Sunt
enim quædam de officio curæ, quæ non
poſſunt cadere in hoc decretum, quia non
ſunt retractabilia, vt baptizare, Euchariſti-
am dare, & his ſimilia; item ea, quæ conſi-
ſtunt in facto, & nequeunt non fuiſſe, ſicut
prædicare, & ſimilia, *Clem. 1. hoc tit.& ibi
Can.communiter in §. ad prioratus.* Ex decre-
tis Concilij Trident. nemo cuiuſcumque
ordinis † prælatus, vel ſuperior vigore cu- 70
iuſuis facultatis aliquem de vno ordine ad
alium translatum ad habitum & profeſſio-
nem admittere poteſt, niſi vt in ordine ipſo
ad quem transfertur, ſub ſui ſuperioris obe-
dientia in clauſtro perpetuo maneat, ac ta-
liter translatus, etiamſi canonicorum regu-
larium fuerit, ad beneficia ſæcularia etiam
curata omnino incapax exiſtit, *c. quia vero
el 2.ſeſſ.14.& ſublata videtur quæſtio mota per
Anchar.in clem.1.n.11 hoc tit.& Can.*

Bona ingredientis † monaſterium bono- 71
rum capax in communi poſt profeſſionem
factam ipſo iure quoad dominium & poſ-
ſeſſionem, ſine noua apprehenſione. *arg.
l.ſi adoptauero, & ibi Bart. & DD.ff.de pre-
car.c.pen.& ibi gl. in verbo non exſtantibus,
verſic.ſed nunquid monaſterium 19.qu.3. Bald.
in auth ingreſſi n.19.& ſeqq.C.de ſacroſ.eccleſ.*

ſunt

ſunt ipſius monaſterii; *Auth. ingreſſi C. de ſa-*
*croſ. eccleſ. & ibi DD. c. in præſentia de probat. &*
*ibi Can. c. quia ingredientibus. c. ſi qua mulier*
*19. quæſt. 3.* Si non fecerit teſtamentum,
quia jura permittunt ei teſtari ante profeſ-
ſionem, quomodo vult, § *illud authent. de mo-*
*nach. c. pen. § fin. 19. quæſt. 3. c. religioſo. § fin.*
*de ſent. exc. in 6.* & ſi nihil reliquit monaſterio
jure inſtitutionis non rumpitur teſtamen-
tum quod jure cautum non reperitur, mo-
naſterium quoad hoc haberi loco filii, *Felin.*
*in c. in præſentia ſub num. 54. de prob. & ibi Im-*
*mol. num. 22. gloſſ. in c. ſi qua mulier in verbo*
*non exſtantibus 19. quæſt. 3. & ibi Arch. in §.*
*nunc autem,* ſi vero ingreditur monaſterium
religionis incapacis bonorum, quia mors il-
la civilis habet eundem effectum quem na-
turalis quoad id de quo quæritur, c. *placuit*
*communi 16. quæſt. 1. & ibi poſt gloſſ. fin. Canon.*
Succedunt ſtatim venientes ab inteſtato &
ſi fecerit teſtamentum ante ingreſſum, ve-
nit inſtitutus & teſtamentum habet ſuum
effectum, *Imol. in d. c. in præſentia num. 21. late*
*Bald. in auth. ſi qua mulier, num. 9. & plur. ſeqq.*
*& num. 24. C. de ſacroſ. eccl.* quod profeſſio-
72 nem † canonice transferatur ad aliud mo-
naſterium; ſi quidem propter peccatum ad
peragendam pœnitentiam, proprietas bo-
norum manebit apud primum monaſte-
rium: uſusfructus, vita monachi durante,
ſpectabit ad monaſterium, ad quod fuit
translatus, *cap. de lapſis 16. quæſt. 6.* vel pri-
mum monaſterium præſtabit alimenta, c.
*quod ad te, & ibi Pan. num. 6. Imol. num. 10. &*
*Can. de cler. conjug. Rot. Farin. deciſ. 109. part.*
*2. gloſſ. fin. in c. fin. hoc tit. & ibi Pan. late, &*
*Can.* ſi recedit in caſu licito cum licentia ſu-
perioris, recuperat bona matrimonialia,
quæ adfert ſecundo monaſterio, ad quod
tranſit; acquiſita induſtria monachi rema-
nent penes primum monaſterium, c. *ex*
*tranſmiſſa de renunciat. Pan. in d. c. quod à te*
*num. 8. per illum tex. de cler. conjug.* imo inte-
rim dum quærit aliud monaſterium, acqui-
rit primo, *Ioan. Andr. in c. 1. nu. 7. de infant. &*
*lang. expoſ.* Fugitivus † qui moratur extra 73
monaſterium, & celat ſe ſuo abbati, *l. ſi quis*
*ſit fugitivus, ff. de ædil. edict.* bona non recupe-
rat, quem poteſt abbas quocumque acceſ-
ſerit cum omnibus bonis per eum acquiſi-
tis vindicare, c. *quanto de off. ordin. & ibi Pan.*
*num. 2. c. abbates 18. quæſt. 2. & ibi gloſſ. pen. &*
*utrobique Can.* ejectus † qui religione, habi- 74
tu, & alimentis, culpa ſua exigente, ſpolia-
tur, ſed votis non ſolvitur, c. *ea quæ poſt princ.*
*de ſtat. monach. l. quod ait prætor §. ignominiæ,*
*verſ. ſed etſi ita ff. de his, qui not. infam. Feder.*
*conſ. 38. Pan. conſ. 96. Put. deciſ. 502. lib. 1.* re-
cuperat bona patrimonialia ex benignita-
te, quia omnis donatio facta monaſterio
tempore ingreſſus tacitam habet conditio-
nem, ut duret eo ibidem perſeverante ad in-
ſtar dotis, *gloſſ. in d. c. quod à te, & ibi gl. in verb.*
*redire communiter approbata,* poſt ejectionem
non acquirit monaſterio, ſed epiſcopo, c.
*cum olim el. 2. & ibi Ioan. Andr. ſub nu. 5. Boich.*
*ſub num. 4. Hoſt. ſub num. 12. & Can. communi-*
*ter de privil.* vel ejus ſtipulatio non valet, *l.*
*quod ſervus 35. & ibi Bart. num. 1. ff. de ſtipulat.*
*ſerv.* Vagabundus † bona non recuperat, & 75
acquirit monaſterio, ac ubi inventus fue-
rit, cum auxilio epiſcopi tanquam fugax ſub
cuſtodia revocatur, c. *Abbates §. monach. 18.*
*quæſt. 2. & ibi poſt gloſſ. pen. Can. c. quidam 16.*
*quæſt. 1.* Prædicta procedunt quando pro-
feſſio fit ad certam regulam, & in † certo 76
monaſterio, eorum bona qui profitentur
certam regulam, vel ordinem, ut Camaldu-
lenſium, Vallis umbroſæ, &c. & non profi-
tentur expreſſe certum clauſtrum, aut ſtabi-
litatem in monaſterio, & habent ſuperio-
remunum, in cujus manibus fit profeſſio,

vel cuius nomine profeſſio recipitur, toti ordini acquiruntur, *cap de viduis el 1. & ibi gloſſ. in verb. proprijs 27. quæſt. 1. & ibi Can. Bart. in cap. præſentia numer. 64. verſ. profeſſos autem in genere ſub alterno de probat.* quia cum cauſa, ex qua fit incorporatio, non determinetur ad locum, ſed ad religionem in vniverſo, ita bona acquiruntur non loco, ſed religioni in genere, vt ſic effectus ſequatur naturam ſuæ cauſæ, *Iaſ. in d. l. de quibus num. 32.*
77 *ff. de legib.* Monachus † propter graue delictum depoſitus non recipit præbendam, vt cæteri, ſed à conſortio aliorum fratrum excluſus in carceribus recluditur, *Anch. in Clem. 1. §. quibus n. 18. & 19. de priuil. c. cum in eccleſiis in fin. de maior. & obed. iuncto c. ſi cuſtos §. præſentia 27. q. 1.*

### *De conuerſione coniugatorum.*

## Titulus XXXII.

### *SVMMARIA.*

1 *Coniugum vnus poſt conſenſum de præſenti ante conſummatum matrimonium poteſt altero inconſulto & repugnante monaſterium eligere.*

2 *Alteri in ſæculo remanenti licitum eſt ad ſecunda vota redire.*

3 *Si poſt conſenſum de præſenti ante conſummatum matrimonium alter velit in habitu religionis in domo propria remanere quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſeruaturus, conſummandum eſt matrimonium iam contractum.*

4 *Niſi ſe voto adſtrinxerit ad obſeruantiã regularem quo caſu compelli poteſt vt religionis propoſitum exequatur.*

5 *Si ſponſus rapuit ſpõſam de præſenti & ipſam inuitam cognouit cum haberet propoſitum ingrediendi religionem non dicitur conſummatum matrimonium.*

6 *Coniugam alter ſi poſt conſummatum matrimonium ingrediatur religionem plures caſus ſunt diſtinguendi aut vnus coniugum altero inuito vel ignorante ingreſſus eſt religionem & poteſt alter qui remanet ingreſſum reuocare.*

7 *Aut ingreditur monaſterium altero ſciente & diſſimulante & præmortuo coniuge ad ſæculum redire non poteſt.*

8 *Aut coniuges ſe ad inuicem à mutua ſeruitute propter Deum abſoluerunt & alter alterum non poteſt repetere.*

9 *Aut vnus de conſenſu alterius ingreditur religionem & non eſt recipiendus ad obſeruantiam regularem niſi reliquus perpetuam continentiam promittat.*

10 *Votum ſolemnitatum per ſuſceptionem ſacri ordinis impedit matrimonium contrahendum ac dirimit ſi poſt contractum fuerit non diſſoluit prius contractum per verba de præſenti etiam per carnis copulam non fuerit conſummatum.*

11 *Pæna eius qui durante matrimonio nondum conſummato aliquem de ſacris ordinibus præſumit ſuſcipere.*

12 *Coniugatus, vxore conſentiente & continentiam profitente etiam poſt conſummatum matrimonium poteſt ad ſacros ordines promoueri.*

13 *Nec vxor conſentiens debet intrare religionem.*

14 *Vxor Epiſcopi etiam vetula cogitur intrare religionem.*

CONIVGATI aliquando intrant religionem, ideo compilator poſt titulum generalem de Regularibus ad clariorem doctrinam ponit de eo ſpecialem rubricam. Poſt conſenſum † de præſenti ante conſum- 1
matum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

matum matrimonium vnus coniugum po-
teſt altero inconſulto, & repugnante mona-
ſterium eligere, c. *ex parte 2. hoc tit. c. 2. eod.*
data ſufficienti cautione , quod infra ſpa-
tium duorum menſium , qui currunt non
à tempore contracti matrimonij , ſed à
tempore quo iudex ſtatuit terminum, alte-
rum faciat , vel ad coniugem redeat , vel
monaſterium ingrediatur , & profiteatur,
*c. ex publico, & ibi gloſ. in verb. intra duorum hoc
tit.* quia huic non datur annus probationis,
niſi coniunx conſentiat, *d. c. ex publico in verb.
intra duorum, & Pan. ſub num xj. verſ. nota
bene gl. Zab. in 5. quæſt. Garz. de benef. part. xj.
cap. 9. ſub num. 7. dicit annum non poſſe abbre-
uiari*, quæ eſt notabilis limitatio *ad cap. in
quacumque ſeſſ. 25 de regul.* propter imminens
periculum fornicationis, c. *ſtatuimus, & ibi
glo. 1. circa fin. verſ. idem credo ſeruandum de re-
gul. &c. Pan. ſub numer. 3. Zab. in 6. q. & Can.*
2 alteri in † ſæculo remanenti, ſi commoni-
tus continentiam ſeruare noluerit, licitum
eſt ad ſecunda vota tranſire , quia nondum
ſunt vna caro ſimul effecti; *d. cap. 2. hoc
tit.* vnde primi matrimonij vinculum ſolui-
tur per ingreſſum religionis, etiamſi rema-
nens in ſæculo non contrahat cum alia: *d.
cap. ex parte 2. gl. fin. & marg. in d. c. 2. hoc tit.*
3 *& ibi Pan. & Can.* ſi vero poſt † conſenſum
de præſenti ante conſummationem matri-
monij , alter velit in habitu religionis in
domo propria remanere, quaſi propoſitum
caſtitatis in ſæculo ſeruaturus , nihilomi-
nus conſummandum eſt matrimonium iam
contractum, *d. c. ex parte § porro*, quia ad bo-
num & malum ſe poſſet habere , & ideo
quod certius eſt, tenendum eſt, *cap. iuuenis
de ſponſal. Zab. in d. c. ex publico in 3. q. & ibi
Can. hoc tit.* & ceſſante monachata ſponſa
eſt reſtituenda ſponſo, licet adhuc non fue-
rit cognita, *Felin. in c. cauſam num. 3. de teſtib.
& ibi Can. communiter*, niſi ſe voto † adſtrin- 4
xerit ad obſeruantiam regularem, in quo ca-
ſu compelli poteſt, vt relicto ſæculo religio-
nis propoſitum exequatur, *d. c. ex parte 2. in
fin.* ſi ſponſus violenter † rapuit ſponſam de 5
præſenti, & ipſam inuitam cognouit carna-
liter, cum haberet propoſitum ingrediendi
religionem , non dicitur conſummatum
matrimonium, vt impediatur ingreſſus reli-
gionis, quoad profeſſionem faciendam: ſed
oppreſſa non poterit inter virgines conſe-
crari , cum à canonibus potius attendatur
opus, quam voluntas, *late Franc. Marc. quæſt.
521. part. 1. plures citans gl. in c. ſi Euangelica
55. diſtinct. Felin. plures cumulans in c. cauſam
monaſterij ſub n. 4. circa fin. verſ. item dicit Bald.
hic de probat.* Poſt conſummatum † matri- 6
monium, ſi alter coniugum ingrediatur re-
ligionem , plures caſus ſunt diſtinguendi,
aut vnus coniugum altero inuito ignoran-
te religionem ingreſſus fuit, & poteſt alter,
qui remanſit, ingreſſum reuocare, *cap. qui-
dam c. placet. & c. ſeq. hoc tit.* ne illius conuer-
ſio relicto in ſæculo poſſit fieri perditionis
occaſio, c. *Agathoſa 27. quæſtion. 2.* niſi com-
miſerit adulterium carnale, c. *conſtitutus, &
c. ſeq. hoc tit.* quia propter fornicationem li-
citum eſt dimittere coniugem, *d. c. Agathoſa.*
aut ſpirituale, ſecuta ſententia diuortij inter
eos, c. *fin. hoc tit.* reuocatus mortuo reuocan-
te non cogitur redire ad monaſterium, quia
ingreſſus non tenuit; *d. c. quidam, d. c. placet
in fin.* vlterius tamen matrimonium non pot-
eſt contrahere, quia licet votum eius vſque
quaque non tenuerit , eatenus tamen fuit
obligatorium, quatenus ſe poterat obligare,
promiſit enim intrando monaſterium ſe
non exacturum carnis debitum , quod erat
in poteſtate ipſius, redire vero ad ſæculum in
eius poteſtate non erat, ſed in poteſtate alte-
rius coniugis, ideo quantum ad ipſum tenuit

votum, quod poſt obitum coniugis tenere
non deſiit, cum ad eum caſum, à quo pote-
rat efficax habere principium, perveniſſe
noſcatur: *d. cap. quidam d. c. placet.* aut in-
7 greditur † monaſterium altero ſciente, &
diſſimulante, & præmortua coniuge ad ſæ-
culum non poteſt redire, c. *conſuluit hoc tit.*
*& ibi Pan. in 3. lect.* quia in continenti, quan-
do ſublatum fuit obſtaculum poſt mor-
tem coniugis, remanet profeſſio ſua vali-
da, quæ quoad ipſum ſemper tenuit. Aut
8 coniuges † ſe ad invicem à mutua ſervitute
omnino propter Deum abſolverunt, con-
tinentiam promittentes in manibus ſacer-
dotis in perſonam eccleſiæ reſignationem
huiuſmodi recipientis, etiam abſque licen-
tia epiſcopi, *Pan. in c. dedum n. 3. hoc tit. & ibi*
*fuſe Anchar. n. 12. & Can.* ac alter ſine uterq;
religionem ingreditur, & alter alterum non
poteſt repetere, c. *dudum hoc tit. & ibi Can. c.*
*unico 32. quæſt. 8. c. manifeſtum paulo ante fin.*
9 *33. quæſt. 5.* aut unus † de conſenſu, & licen-
tia alterius ingreditur monaſterium, & non
eſt recipiendus ad obſervantiam regularē,
niſi reliquus perpetuam continentiam pro-
mittat, c. *coniugatus, c. ad apoſtolicam hoc tit.*
quia cum per copulam carnalem effecti ſint
una caro, non poteſt una pars converti ad
dominum, altera in ſæculo remanente: id-
eo ſi conſentiens eſt ſuſpectus de inconti-
nentia, cogitur intrare religionem, ſi nō eſt
ſuſpectus, cogitur publice in conſpectu ec-
cleſiæ continentiam profiteri, & poterit in
domo propria cum familia remanere, c.
*cum ſis, c. uxoratus, c. ad apoſtolicam hoc tit.* ali-
ter profeſſus poteſt & debet à monaſterio
revocari, & coniugi reſtitui; c. 1. c. *chariſſi-*
*mus hoc tit.* ipſe profeſſus, etiamſi monaſte-
rium nunquam intraverit, non poteſt poſt
mortem coniugis conſentientis ad ſecunda
vota tranſire. c, *ex parte 1. hoc tit. & ibi Zab.*
*verſ. ſed pro intellectu opinionum, ubi latius di-*
*ſtinguit.*

Votum ſolemnizatum † per ſuſceptionē 10
ſacri ordinis impedit matrimonium con-
trahendum, ac dirimit, ſi poſt contractum
fuerit, c. *aliter 31. diſt. c. cum in præterito 84.*
*diſt. c. cum olim de cler. coniug. c. 1. de vot. in 6.*
non diſſolvit prius contractum per verba
de præſenti, etiam ſi per carnis copulam non
fuerit conſummatum; ignorante, aut invita
uxore, cum nec jure divino, nec per ſacros
canones reperiatur hoc ſtatutum, *Extravag.*
*Ioan. 22. de vot. & vot. redempt.* quia nullum
votum poteſt emittere maritus in præiudi-
cium juris maritalis uxore non conſentien-
te; c. *una ſola c. manifeſtum 33. qu. 5.* ſi quiſ-
piam † durante matrimonio, nondum et- 11
iam conſummato aliquem de ſacris ordini-
bus præſumat ſuſcipere, nec ſoluto matri-
monio in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec
ad ſuperiores ordines provehi, neque ad a-
liquod beneficium, vel officium eccleſiaſti-
cum valet promoveri, niſi aliquam de reli-
gionibus approbatis, quarum profeſſio ad
caſtitatis cuſtodiam, & abdicationem tem-
poralium in ſpeciali, & communi, & ſui ſu-
perioris obedientiā ſuos profeſſores aſtrin-
git, ingrediatur; quo caſu diœceſanus cum
eo ſuper præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum
poteſt diſpenſare; ad ingreſſum huiuſmodi
ſic ordinatus, ſi matrimonium conſumma-
tum non fuerit, per diœceſanum inſtanter
eſt inducendus; quod ſi renuerit adimplere,
& ſponſa inſtiterit, per cenſuram eccleſiaſti-
cam compellendus eſt contractum matri-
monium conſummare, *Extravag. Ioan. 22. u-*
*nica de voto & voti redempt. §. quod ſi ſecus &*
*ibi gl. & Can.* uxore vero conſentiente, † & 12
continentiam profitente, etiam poſt con-
ſummatum matrimonium, poteſt conjuga-
tus ad ſacros ordines promoveri; c, *conjuga-*
*tus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tus hoc tit. c. ſeriatim* 32. *diſt. & ibi gloſſ. fin.* nec
13 enim iſta † debet intrare religionem, quia
nec vir eius intrat; ſed ſequeſtrato à viro
manſionis cubiculo, habitare, *c. epiſcopus be-*
*nedictionem, verſ. ſane* 77. *diſt. & ibi gl. in verb.*
*ſequeſtrato gl. fin. in fin. in d. c. conjugatus, licet*
*Pan. ibidem num.* 4. *aliter diſtinguat.* ſecus eſt
in uxore monachi, & epiſcopi, *c. ſane hoc tit.*
*& ex antedictis.* Ratio diverſitatis eſt, quia
vir promotus ad ſacros ordines tenetur u-
xori in neceſſariis providere, *c. omnino* 31.
*diſt.* & ſic ſibi materia incontinentiæ præ-
textu defectus neceſſariorum incurrendæ
aufertur; *arg. l. palam §. 1. verſ. non eſt igno-*
*ſcendum ff. de rit. nupt.* & in ſe peccantem in
vinculis detinere, & ad jejunia cogere, *c. pla-*
*cuit* 33. *quæſt.* 2. *c. hæc imago* 33. *quæſt.* 5. *glo. fin.*
*in c. quemadmodum de jurejur. & ibi Pan. num.*
15. *Hoſt. in fin. & Can. communiter.* Sed non
debet eam verberibus afficere, quæ inge-
nuis aliena ſunt: *l. conſenſu in fin. C. de repud.*
quæ omnia ceſſant facienda per virum in-
greſſum religionem carentem proprio, &
14 libero arbitrio: Epiſcopi † autem uxor et-
iam vetula cogitur ingredi religionem pro-
pter excellentiam dignitatis epiſcopalis,
*Zab. in d. c. ſane in 1. quæſt. hoc tit. & Can.* &
quia inter epiſcopum, & eccleſiam contra-
hitur matrimonium ſpirituale. *dictum eſt ſu-*
*pra in tit. de elect.*

## *De converſione infidelium.*

## Titulus XXXIII.

### SUMMARIA.

1 *Conjugum altero de Iudaica cæcitatis aut infidelitatis errore ad Chriſtum adducto altero in infidelitatis errore remanente & nullo modo, vel non ſine blaſphemia divini nominis vel ut pertrahat eum ad mortale peccatum ei cohabitare nolente qui relinquitur poteſt ad ſecunda vota tranſire.*

2 *De infideli relinquente Eccleſia nihil ſtatuit.*

3 *Quomodo conſtare poteſt quod infidelis nolit cohabitare fideli.*

4 *Si converſus plures in infidelitate habuit uxores præfigendus eſt terminus primæ ut cohabitet fideli.*

5 *Suſcepta in infidelitate communis proles, in pueritia conſtituti aſſignantur converſo.*

6 *Alii doli capaces ſuo arbitrio relinquuntur.*

7 *Saracenus ad fidem converſus poteſt Chriſtianam mulierem quondam uxorem eius quem in belli certamine occidit ſibi matrimonialiter copulare.*

8 *Si vero occiderit machinatione Chriſtianæ mulieris, cum ea matrimonium contrahere non poteſt & ſi contraxerit ſeparatur.*

9 *Ratihabitio in delictis trahitur retro quatuor concurrentibus.*

10 *In foro poli ratificans delictum tenetur ad peccatum.*

POST converſionem conjugatorum ad
religionem tranſeuntium ſequitur vi-
dere de conjugatis tranſeuntibus ad fideli-
tatem, ideo &c. Quando alter † conju- 1
gum de Iudaicæ cœcitatis, aut gentilitatis
errore ad Chriſtum adducitur, altero in in-
fidelitatis errore remanente, & nullo mo-
do vel non ſine blaſphemia divini nominis,
vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum,
ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad
ſecunda ſi voluerit vota tranſit; quia con-
tumelia creatoris ſolvit in dictis tribus caſi-
bus jus matrimonii circa eum, qui relinqui-
tur, *c. quanto de divort. c. ſi quis infideles* 28.
*quæſt. gl. in c. non ſolum in verb. recede* 28. *qu.*
1. *c. gaudemus § qui autem ſecundum, de divort.*
Verum enim matrimonium inter infideles

 exiſtit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exiſtit, non tamen eſt ratum, c. *ſi quis iudai-*
2 *ca § item illud* 28. *quæſt.* 1. de infideli † relin-
quente Eccleſia nihil ſtatuit, quid enim ad
eccleſiam de his, qui foris ſunt, *cap. multi*
2. *quæſt.* 1. c. *gaudemus de diuort.* Conſtare po-
3 teſt, † quod infidelis non vult cohabitare
fideli per teſtes: item iudex poteſt præfige-
re terminum remanenti in infidelitate, vt
cohabitet fideli, quod ſi noluerit, diſſoluitur
matrimonium; *Pan. in d. c. gaudemus n.* 15. ſi
4 conuerſus † plures in infidelitate habue-
rit vxores, quia repudiata prima duxit ſe-
cundam, præfigendus eſt terminus primæ,
vt cohabitet fideli, & maritus conuerſus
illi volenti redire cogitur adhærere, quia re-
pudium factum in infidelitate, non valet
poſt conuerſionem, nec etiam in infideli-
tate valuit, cum non ſit licitum cuicumque
quantocumque infideli eodem tempore
plures habere vxores: *Pan. in d. c. gaudemus
num.* 7. *& 9 per illum tex.* quod ſi recuſet,
maritus conuerſus poteſt aliam ducere, *d. c.*
5 *quanto d. c. gaudemus.* Suſcepta † ex remanen-
te in infidelitate communis proles, in pue-
ritia, ſeu infantia conſtituti aſſignantur con-
uerſo, fauore Chriſtianæ religionis, c. 2. *hoc
tit. c. iudæi, & c. ſeq.* 28. *quæſt.* 1. quia in tali æ-
tate quis non debet apud eas remanere per-
ſonas, de quibus poſſit eſſe ſuſpicio, quod
ſaluti, vel vitæ inſidientur illius, *l.* 1. *& l pen.*
6 *ff. vbi pupill. educ. & c. l.* 1. *C. eod. tit.* alij doli †
capaces ſuo arbitrio relinquũtur: c. *ad fidem*
23. *quæſt.* 5. c. *de iudæis* 45. *diſt.* Etenim non vi,
ſed libera arbitrij ſui voluntate & facultate,
vt conuertantur, ſuadendi ſunt, & non im-
pellendi; *d. c. de iudæis* 45. *diſtinct.* cogi tamen
poſſunt, vt admittant prædicatores euange-
lij, *Innoc. in c. quod ſuper n.* 8. *de vot.*
7 Saracenus † ad fidem conuerſus poteſt
Chriſtianam mulierem quondam vxorem
eius, quem in belli certamine occidit, ſibi
matrimonialiter copulare, c. 1. *verſ. ad hæc
hoc tit.* Si vero † occiderit machinatione 8
Chriſtianæ mulieris, cum ea matrimonium
contrahere non poteſt, & ſi contraxerit
ſeparatur, licet per eam ſi conuerſus ad fi-
dem, cum tale damnum tali lucro eccleſia
compenſare non velit, *d. c.* 1. *in princ. hoc tit.*
c. *ſi quis viuente* 31. *quæſt.* 1, & nota, quod ca-
nones dicunt occidiſſe, vnde niſi machi-
natio fuerit cum effectu, non impeditur
matrimonium, puta, ſi voluerit dare vene-
num, & non dederit, *cap.* 3. *& ibi gl. in verb.
machinata de eo qui dux. in matr. quam poll. per
adult. & c.* ſed nec impeditur, ſi mortem viri
vxor ratam habet, dummodo non præcepit,
*gloſſ. fin. in fin. in d. c.* 1 *hoc tit. & ibi Can.* vbi re-
quiritur actus perſonalis alicuius, nunquam
poteſt fieri per alterum, nec locum habet
ratihabitio, *Io. de Anan. in d. c.* 1. *in fin. hoc tit.
Bart. in l ſi quis mihi bona § ſed quid ſi manda-
uit ff. de acquir. hær.* licet † alias in delictis re- 9
trotrahatur ratihabitio quatuor concur-
rentibus. Primo, quod delictum ſit geſtum
nomine meo, id eſt, contemplatione mei, c.
*cum quis, & ibi glo in verb. tuo nomine de ſent.
excom. in 6.* Secundo, quod habeant ratum
geſtum & factum nomine meo, nam ſi di-
cerem, doleo quod fecerit nomine meo; ſed
gaudeo, quod ſit factum, non dicor ratum
habere. Tertio, quod ſit tale delictũ, quod
poſſit committi per alium, vt adulterium
non poteſt committi per alium, *gl. in l.* 1. *§.
ſi quis ff. de vi & vi arm Bal. in l. fi. n.* 10. *& ſeqq.
C. ad S. C. Maced.* Quarto, quod ratihabitio
fiat eodem tempore, quo actus ille fieri po-
teſt, *l.* 1. *c. quoties & ibi poſt gl. Bart. ff. de vi, &
vi arm. Iaſ. in l. prætor ait §. hoc interdictum n.*
3. *ff. de nou. op. nunc. Salic. in l. non ideo minus n.*
30. *& ſeqq. C. de accuſ. Bald. in d. l. fin. n.* 2. *vbi
ponit* 8. *fallẽt. ad regu. ratihabitio retrotrahitur
C. ad S. C. Maced. Ioan. de Anan. in d. c.* 1. *nu.* 9.
*hoc*

*hoc tit.* Prædicta procedunt quoad forum
10 iudiciale: in foro pœnitentiali, ſiue poli † ratificans delictum tenetur ad peccatum quamvis illud non ſit factum nomine ſuo, ſed non incurrit pœnam excommunicationis, vel aliam. *d.* c. *cum quis* §. *ſi vero.*

*De voto & voti redemptione.*

## Titulus XXXIIII.

SVMMARIA.

1 *Votum ab initio eſt voluntatis.*
2 *Ad illud tria requiruntur, deliberatio, propoſitum voluntatis, & promiſsio oris.*
3 *Diſtinguitur in ſolemne & ſimplex, ſolemnitatur per ſuſceptionem ſacrorum ordinum, vel profeſsionem factam alicui ex approbatis religionibus.*
4 *Simplex eſt omne aliud votum à ſolemni quantumcunque cum multis cæremonijs ſit factum.*
5 *Solemne impedit contrahendum & dirimit contractum, ſimplex aliquando impedit contrahendum ſed nunquam dirimit contractum matrimonium.*
6 *Emittitur ſuper rebus tendentibus ad Dei honorem & vtilibus ad ſalutem vouentis, vt ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, peregrinationibus, religionibus, abſtinentijs, & continentijs propter bonum finem.*
7 *Non eſt ſeruandum, quo vel ſpiritualis, vel temporalis ſalus adimitur.*
8 *Sepulcrum Dominicum & alia vltramarina loca non licet viſitare niſi de licentia ſedis apoſtolicæ.*
9 *Vouere quilibet poteſt.*
10 *Excipiuntur Epiſcopi & alij ſuperiores prælati.*
11 *Clerici beneficiati in beneficijs in quibus requiritur reſidentia.*
12 *Religioſi.*
13 *Abbates & prælati religioſorum.*
14 *Serui.*
15 *Viret vxor.*
16 *Impubes.*
17 *Filius familias.*
18 *Vouens non tenetur adimplere per alium votum emiſſum pro deuotione ſuperueniente impedimento omnino impeditiuo quãdo prius nõ fuit in mora in executione.*
19 *Poteſt ſi vult per aliam ſupplere.*
20 *Hæres non cogitur ad complementum pœnitentiæ defuncti quæ conſiſtit in ieiunijs vigilijs & orationibus.*
21 *Limita vbi quis voto ſe obligat ad certum quid quod poteſt cum ſuis expenſis facile per alium expedire.*
22 *Impedimentum difficultatis reddit facilitatem diſpenſandi.*
23 *A Voto liberant ingreſſus religionis.*
24 *Impedimentum perpetuum & defectus conditionis generalis quæ eſt multiplex.*
25 *Defectus conditionis ſpecialis.*
26 *Irritatio.*
27 *Diſpenſatio.*
*Qui ſuper voto poſſunt diſpenſare.*
28 *Commutatio.*
29 *Redemptio.*
30 *Matrimonium carnale etiam non conſummatum ſubſequens tollit votũ ſimplex præcedens, ſed non matrimonium ſpirituale.*
31 *Dilatio.*

DICTVM eſt de voto, quod emittitur per ingreſſum religionis, vel per ſuſceptionẽ fidei, nunc ſubijcit de voto in genere, & de eius redempione. Votum à principio † eſt voluntatis; poſtquã emiſſum eſt 1
neceſſitatis: c. *licet in princ. hoc tit.* ad illud tria † requiruntur, deliberatio, *cap. litteraturam hoc tit.* Secundo propoſitum voluntatis,

ſtatis, c. *qui bona* 17. *qu.* 1. Tertio promiſſio
facta Deo, vel Sanctis, *cap. licet c. per tuas hoc*
*tit.* His adduntur alia duo ad quandam voti
confirmationem, pronunciatio oris, & te-
ſtimonium aliorum, quæ non ſunt de ſub-
ſtantia voti; *gloſſ. fin. in c. fin. & Pan. in d. cap.*
*litteraturam ſub num. 2. hoc tit. Collect. in fin.*
3 *Abb. antiq. & Can. ibid.* diſtinguitur † in ſo-
lemne, & ſimplex, ſolemne eſt illud ſolum-
modo, quod ſolemnizatur per ſuſceptio-
nem ſacrorum ordinum, aut per profeſſio-
nem tacitam, vel expreſſam factam alicui de
approbatis religionibus, *c. vnico hoc tit. in 6.*
*gloſſ. 2. in c. rurſus qui cler. vel vouent. &c. c.*
4 *presbyteris in fin. 27. diſt.* ſimplex eſt † omne
aliud votum à ſolemni quantumcumque
cum multis cæremonijs, miſſa, Litanijs fa-
ctum ſit, *d. c. vnico hoc tit. in 6. & ibi Franc. n.*
*2. & Can.* ſolemnia impedit contrahendum,
5 & dirimit contractum, ſimplex † aliquando
impedit contrahendum, *d. c. rurſus qui cler.*
*vel vouent. &c.* ſed nunquam dirimit contra-
ctum matrimonium, *d. cap. vnico hoc tit. in 6.*
6 *gloſſ. in ſumma 27. q.* 1. Emittitur votum †
ſuper rebus tendentibus ad Dei honorem,
ac vtilibus ad ſalutem vouentis, vt ieiunijs,
orationibus, elemoſynis, peregrinationi-
bus, religionibus, abſtinentijs & continen-
tijs, & his ſimilibus propter bonum finem,
*c. 1. c. ſcripturæ c. licet c. per tuos hoc tit. c. no-*
*luit 33. q. 5.* Circa quas notanda eſt regula:
7 votum non eſt † ſeruandum, quo vel tem-
poralis, vel ſpiritualis ſalus adimitur, vel ſi-
ne qua vtraque ſalus reparari, vel confir-
mari non poteſt, *c. innocens §. quiſquis 22. q.*
8 4. Item non licet † ſepulchrum dominicum,
& alia loca vltramarina viſitare, niſi de licē-
tia ſedis Apoſtolicæ; quæ datur ſub ſola ſi-
gnatura etiam pro abſentibus, & pro religi-
oſis de licentia ipſorum ſuperioris, nec ſub
ſpecie peregrinationis vagentur, *Staphyl. de*
*reſcript. Apoſt. in form. breuis §. datur per breue*
*n. 18. Mand. de ſign. grat. tit. licentia verſ. licen-*
*tia viſitandi ſepulchrum, & verſ. ſeqq.*

Quilibet poteſt † vouere niſi prohibea- 9
tur, *c. duæ. 19. q. 2.* Excipiuntur primo Epiſ-
copi, & † alij ſuperiores prælati, qui non 10
poſſunt facere votum, quo vinculum inter
ipſos, & eccleſias diſſoluatur, ſine licentia
Papæ, *c. niſi cum pridem §. verum ſi propter de*
*renunciat.* vel quo diu ab eccleſia ſua habe-
ant abſentari, *c. epiſcopus de conſecr. diſt. 3. &*
*ibi gl. Pan. in c. magnæ n. 9. & 10. hoc tit. per il-*
*lum text.* Secundo Clerici † beneficiati in 11
beneficijs, in quibus requiritur reſidentia,
qui non poſſunt facere votum longæ pere-
grinationis ſine licentia Epiſcopi, *d. c. ma-*
*gnæ §. ipſum hoc tit. c. non oportet diſt. 5. de con-*
*ſecrat.* in alijs libere poſſunt vouere. Tertio
Religioſi † qui nullum votum facere poſ- 12
ſunt ſine conſu Abbatis: *c. monacho 20. q. 4.*
*c. noluit 33. q. 5.* imo Abbas poteſt reuocare
votum, quod religioſus fecit ante ingreſ-
ſum, *gl. in d. c. monacho 20. qu. 4.* quando reli-
gioni non eſt conſonum, *Pan. in c. ſcripturæ*
*ſub num. 6. hoc tit.* Quarto Abbates † & 13
prælati religioſorum non poſſunt facere
votum, per quod habeant diu ſe abſentare
ab eorum eccleſijs conuentibus, præter-
quam vltra marinum pro ſubſidio Terræ
Sanctæ, quando fit paſſagium generale ex
diſpoſitione Papæ, *c. fin. & ibi gloſſ. in verb.*
*enormiter hoc tit. Pan. ſub. numer. 2. & Can.*
Quinto † ſerui, qui non poſſunt facere vo- 14
tum in præiudicium operum corporalium
debitorum dominis: ſecus in ſpiritualibus,
vt dicere tot orationes, *c. ſi quis incognitus 17.*
*q. 2. arg. c. relatum de ſent. excom.* Sexto vir † 15
& vxor, qui non poſſunt facere votum, per
quod præiudicium alteri generetur, quia ad
imparia non iudicantur, *c. gaudemus, & ibi*
*gloſſ. in verb. non ad imparia, & Can. de diuort.*

*c. ſi quis*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

c.*ſiquis vxorem* 1.32.*q*.1.*c præcepit* c. *Chriſtia-*
*na* 32.*q*.5.*Pan. in c.ſcripturæ numer*. 8.*hoc tit.*
prætervotum peregrinationis, in ſubſidio
terræ Sanctæ, quod vir ſine licentia vxoris
facere, & libere ad implere poteſt:c. *ex mul-*
*ta* §.*in tanta hoc tit.* maritus poteſt reuocare
votum vxoris ante nuptias factum, nec mu-
lier rea indicabitur ob votum non ſervatum,
16 c.*noluit* 33.*q*.5.Septimo impubus, qui † non
poteſt ſe obligare voto expreſſe, aut tacite
ſuſcipiendo ordinem ſacrum, c.*illud* 25.*q*. 1.
c.*ſignificatum* c.*ſicut de regul.Cæſ.deciſ*.2.*num.*
9.*plures cumulans*, & *num*.27.*de ijs, quæ vi, me-*
*tusve cauſ. fi*. De Stylo Cancellariæ, & Pœni-
tentiariæ declaratur talem non teneri ad ſer-
uandam continentiam, ſed poſſe libere, & li-
cite matrimonium contrahere, *Cæſ.d.deciſ*.2.
*num*.27.*Pract.Canc. Apoſt.tit.ſumm. doctr. col-*
*lecta ex form.antiq.Cancell.*&c *verſ.* & *pro ac-*
*cipientes*, & *verſ.ſeq*. niſi ſit doli capax, aut for-
ſan in maiori ætate ratum habuerit, quo caſu
tenetur votum adimplere, niſi abſolutio-
nem impetret propter facilitatem teneræ
ætatis, c. 2. & *ibi gl*. 1. *Pan.num*.2.& *Can.hoc*
17 *tit*. Octauo filiusfamilias † ex voto, quod fa-
cit cum præiudicio patriæ poteſtatis, niſi pa-
ter conſenſerit, non obligatur, *Pan. in c.ſcri-*
*pturæ num*.7.*hoc tit.per l*.2.*ff.de pollicit*. & diſ-
ſoluta patria poteſtate non tenetur votum
adimplere, *arg.c.quidam cap. placet de conuerſ.*
*coniug.Pan.in d.c.ſcripturæ n*.7.

18 Vouens non tenetur † adimplere per a-
lium votum emiſſum pro deuotione ſuper-
ueniente impedimento omnino impediti-
uo, *Pan.in* c. 1. *num*. 4. & *Inn.in* c. *licet* & *ibi*
*Pan.num*.12.*hoc tit*. quando prius non fuit in
mora in executione, *Pan.in d.c.licet numer*.14.
& *in c.per tuas in* 2.*not.hoc tit*. quia in omni
voto de iure tacitæ ſub intelliguntur condi-
tiones, ſi potero, ſi Deo placuerit, ſi vixero,
quarum defectus facit deficere votum; *Io.de*
*Anan.in d.c.ſcripturæ num*.3. Poteſt, ſi vult † 19
per alium ſupplere, quia amicorum oratio-
nibus, & eleemoſynarum ſtudijs pondus
pœnitentiæ, & pœna ſubleuatur, *c.ſi quis fue-*
*rit*, & *ibi gloſſ.in verb. oblationem* 26. *q*. 6. & c.
1.*ead.cauſ.q*.7.c.*pro obeuntibus* c.*pro animæ* 13.
*q*.2. nec intereſt quis ſoluat, vtrum ipſe qui
debet, an alius pro eo, liberatur enim & alio
ſoluente, & ſatisfaciente, *Inſtit.quib.mod.toll.*
*oblig*. ſed hæres † non cogitur in bonis tem- 20
poralibus ad complementum pœnitentiæ
defuncti, quæ conſiſtit in ieiunijs, vigilijs, &
orationibus, & his ſimilibus: idem obtinet,
quando pœnitentia iniuncta licet ſalutifera
non poſſet expleri alium: c.*accuſatus* §.*ſi vero*,
& *ibi gl.in verb.in temporalibus de hæret. in* 6.&
*ibi Can*.ſed vbi quis voto † ſe obligat ad cer- 21
tum quid, quod poteſt cum ſuis expenſis,
quas poſſet facere, aut facturus eſſet rerum
facultate penſata, perſonæ præterea labore
compenſato, facile per alium expedire, tunc
ſi non poteſt per ſe, tenetur per alium votum
adimplere, c.*quod ſuper his Pan.in* c. *licet num.*
13.& *Inn.in d.* c.*ſcripturæ hoc tit*. & ad com-
plementum ipſius à iudice eccleſiaſtico or-
dinario cogi debent hæredes laici, vel alij ad
quos bona defuncti deuenerunt, ſiue ex te-
ſtamento, ſiue ab inteſtato per excommuni-
cationem, & bonorum ſubtractionem, ſiue
defuncto ſe obligauerint, ad voti executio-
nem ſiue ſe non obligauerint, *d.c.licet hoc tit.*
& *ibi Pan*.& *Can.communiter arg*. c. *accuſatus*
§.*ſi vero de hæret.in* 6. Impedimentum † diffi- 22
cultatis, voti non aufert obligationem, ſed
reddit facilitatem diſpenſandi, vt infirmitas.
c.1.& *Pan.in c.non eſt n*.6.*hoc tit.*

Liberant à voto † ingreſſus religionis, *d.c.* 23
*ſcripturæ c.admonere*, & *ibi gloſ.in verb. mona-*
*ſterium* 33. *quæſt*. 2. quia temporalo obſe-
quium in perpetuam pœnitentiæ, & obe-
dientiæ obſeruantiam commutat, c. *quis ali-*

*quando §.his auctoritatibus de pœnit. diſt. 1. & ibi gl. in verb.totum vitæ tempus,* c. *admonere, & ibi gl. in verb. monaſterium, & Can.33. q.2.*
24 Impedimentum † perpetuum, ut ſupra dictum eſt; defectus conditionis generalis, quæ multiplex eſt, ſi deo placuerit, ſi potero, ſi vixero, ac ſubintelliguntur, etiamſi nõ exprimantur, c. *beatus, & ibi gl.* 1. 22. *quæſt.* 2. *& Can. l. fin. & ibi gloſſ. & DD. ff. qui ſatid. cog. &c.* ita ut ſuperveniente totali impedimento, non ſit neceſſaria voti commutatio, aut redemptio, ſed tollitur ipſius obligatio: *Pan. in* c. 1. *num.* 4. *& in c. ſcripturæ num.* 3. *hoc*
25 *tit. Inn. in d.c. licet in princip.* defectus † conditionis ſpecialis, quæ ſunt multæ, ſi filius meus convaluerit, ſi ego liberatus fuerim &c. quæ ſi defecerit, non obligatur quis ad voti executionem c. 1. 22. *quæſt.* 4. c. *unico* 32. *quæſt.* 8. *& ibi gl. pen. & fin. Pan. in d.c. ſcriptu-*
26 *pturæ num.* 4. 5. *& ſeq. & ibi Can.* Irritatio, † quæ eſt annullatio obligationis voti ex beneplacito voluntatis eius, cui vovens ſubeſt ratione poteſtatis, aut colligatus eſt vinculo matrimoniali; ita pater irritat votum filii impuberis etiam religionis intra annum, & diem, c. 2. *de regul. &c.* c. *puella* 20. *quæſt.* 2. tutor pupilli, *d.c. puella* 20. *quæſt.* 2. coniunx uxoris; c. *manifeſtum* c. *hæc imago* 33. *quæſt.* 5. dominus ſervi, c *ſi quis incognitus* 17. *quæſt.* 2. prælatus ſubjecti, c. *magnæ* §. *ipſum etiam votum hoc tit.* c. *non oportet de conſecr. diſt.* 5. Di-
27 ſpenſatio, † quæ eſt annullatio voti, ſive abſolutio ab eo ex cauſa rationabili neceſſitatis, vel utilitatis facta à ſuperiore, c. *quod ſuper his de fid. inſtr. Pan. in c. non eſt num.* 5. *hoc tit.* Epiſcopus regulariter in omni voto poteſt diſpenſare, c. *ex multa, & ibi gloſſ. in verb. incumbit. Pan. num.* 10. *& Can. & Pan. in* c. 1 *n.* 7. *hoc tit.* Prælati inferiores non poſſunt diſpenſare niſi in caſibus à jure expreſſis. *Pan. in d.c.* 1. *num.* 7, *hoc tit, dictum eſt ſupra in tit. de off. ord.* Summo Pontifici reſervatur non omne votum ultramarinum, ſed emiſſum pro ſubſidio terræ ſanctæ, c. *ex multa hoc tit.* ac vota continentiæ caſtitatis, c. *veniens, qui cler. vel vovent. &c. & ibi Pan. num.* 6. & religionis: *Pan. in c. cum ad monaſterium num.* 21. *& ſeq. hoc tit.* votum de non nubendo, non eſt votum caſtitatis, & ita ſeruat ſacra pœnitentiaria. *Navar. in man. cap.* 22. *ſub nu-*
*mer,* 85. Commutatio, † quæ eſt annullatio 28
obligationis ex cauſa cum ligamine ad aliquid aliud faciendum, ut ſi ei qui vovit peregrinationem, imponatur jejunium, c. *ma-*
*gnæ* §. *fin. hoc titul.* Redemptio, † quæ eſt 29
annullatio voti ex cauſa cum ligamine ad aliquid dandum, ut ſi impedito ad peregrinationem promiſſam præcipiatur tantum dare, quantum erat expanſurus in eundo, morando, & redeundo, *d.c. magnæ* §. *cum igitur hoc tit.* c. *presbyter & ibi gl. in verb. denar.* 82. *diſtinct.* Debent commutatio, & redemptio eſſe juſti pretii, & æquales, in quibus non poteſt dari certa regula, ſed totum dependet ex arbitrio ſuperioris, qui ex diverſis informabit motum animi ſui. c. 1. *& ibi*
*Pan. in* 1. *&* 2. *notab. hoc tit.* Matrimonium 30
† carnale etiam non conſummatum ſubſequens tollit votum ſimplex præcedens, c. *unico hoc tit. in* 6. ſed non matrimonium ſpirituale, ut is qui voluit ingredi religionem intra certos dies, ſi interim eligatur in epiſcopum debet electioni renunciare, & votum religionis adimplere, & nõ inhabilitatur, quin poſt ingreſſum religionis ad eandem eccleſiam iterum eligi poſſit. c. *per tuas*
*hoc tit.* Dilatio, † quæ eſt quando voventi, 31
qui temporalem impedimenti cauſam habet, à ſuperiore indulgetur prolongatio executionis voti, quouſq; cauſa impedimenti ceſſaverit. c. *non eſt cap. quod ſuper his* §. *unde credimus hoc tit.*

De

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*De ſtatu Monachorum, & Canonicorum regularium.*

## Titulus XXXV.

### SVMMARIA.

1 *Monaſteria ordinata ſunt ad religionem eleemoſynas & hoſpitalitatem ſervanda.*

2 *Monachus à ſolitudine nomen accepit habitum mutat, profeßionem emittit & promovetur ad ordines.*

3 *Converſus eſt qui dedicat ſe & ſua habitu mutato, eſt ſæcularis & non promovetur ad ordines.*

4 *Oblatus eſt qui dedicat ſe & ſua habitu non mutato.*

5 *Converſi emittunt profeßionem oblati non profitentur uterque eſt perſona eccleſiaſtica.*

6 *Oblati cuicunque monaſterio exempto aut privilegiato vel quomodocunque addicti ſunt ordinarij juriſdictioni ſubjecti exceptis iis qui intra eorum ſepta & domos reſident.*

7 *Monachis canones præcipiunt primo quod faciant de triennio in triennium commune capitulum.*

8 *Secundo Quod ſtent in clauſtro.*

9 *Tertio, Quando ſtudiorum cauſa ad univerſitatem accedunt debent à ſuo prælato cum Conſilio ſui conventus eundi ad ſtudium licentiam prius obtinere.*

10 *Monachis canones prohibent primo ne in eodem monaſterio utantur diverſo habitu aut colore aut ad præbendas recipiant clericos ſæculares.*

*Secundo, Ne unus monachus habeat locum in pluribus monaſteriis.*

*Tertio, ne prioratus, Eccleſiæ, adminiſtrationes aut officia, unius monaſterij committantur monachis alterius monaſterij.*

11 *Quarto, ne utantur camiſeis lineis.*

12 *Quinto, ne concedant carnes in refectorio aut cameris.*

13 *Sexto, ne accupentur aut venentur.*

14 *Septimo, ne monachus poſt profeßionem emiſſam tranſeat in eadem religione de uno monaſterio ad aliud.*

15 *Octavo, ne ad curias principum abſque ſpeciali licentia prælatorum ſuorum ſe conferant niſi adminiſtrationem aliquam habeant.*

16 *Nono, ne prioratus aliquis ſive adminiſtratio committatur alicui ſive conferatur niſi expreſſe profeſſus fuerit ordinem monachalem.*

17 *Prioratus manuales æquiparantur perpetuis beneficiis.*

18 *Adminſtrationes in monaſterio ſive obedientias quinam cenſeantur.*

19 *Abbas poteſt priores manuales & monachos habitantes in prioratibus libere ad monaſterium revocare.*

20 *Decimo, ne ſinguli monachi in ſingulis ſibi mißis adminiſtrationibus vel prioratibus aut Eccleſiis parochialibus monaſterio ſubjectis habitare præſumant.*

21 *Monachus an Eccleſiæ parochiali ſæculari poßit profici.*

22 *Vndecimo, ne forenſis negotij ſuſceptores, executores ſive procuratores exiſtant.*

23 *Monachus nomine ſuo agere non poteſt aut procuratorem conſtituere ſine licentia immediate ſui ſuperioris.*

24 *Quæ regula limitatur quatuor modis.*

25 *Duodecimo, ne mulieres qualibet occaſione in monaſterio accedant.*

26 *Decimo tertio ne monachi & moniales in uno monaſterio habitent.*

27 *Regulares Canonici à ſanctorum monachorum*

*rum conſortio non ſunt ſeparati ſed regulæ inſerviunt Caxiori.*

28 *Poſſunt præſentari, inſtitui & provideri de Eccleſiis parochialibus ſæcularibus de licentia ſui ſuperioris abſque diſpenſatione Epiſcopi etiam juxta Concilium Tridentinum.*

29 *Beneficiorum ſæcularium ſimplicium ſunt in capaces abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicæ.*

30 *Abbas vel quocunque alio nomine præfectus in correctionibus ſecundum regularem diſciplinam præfertur epiſcopo.*

31 *Quæ verſantur in figura judicii ſpectant ad Epiſcopum.*

32 *Monacho de ſævitia vel intollerabili injuria per Abbatem perſonæ ſuæ illata competit officium judicis.*

33 *Si in juſte abjiciatur ex monaſterio petit ſe reſtitui per viam juris.*

34 *Spoliato prioratu, adminiſtratione aut obedientia nulla datur actio.*

35 *Niſi abbas illum ſpoliaſſet malitioſe.*

36 *Durante lite ſuper injuria perſonali aut iniuſta abjectione ex monaſterio debet habere ſumptus litis cum alimentis.*

37 *Monachus æquiparatur ſervo, & in ultimis voluntatibus & ſucceßionibus filio in poteſtate conſtituto.*

38 *Abbates de jure communi habent Dominium poſſeßionem rerum quibus præſunt ac etiam actiones.*

39 *Non competit eis ratione dignitatis uſus mitræ & pontificalium, ſed poteſt competere ex privilegio apoſtolico.*

40 *Qualibus mitris uti poßint.*

41 *Dum celebrant utuntur poſtergali tapete & non baldachino aut ſublimiore ſede.*

42 *Non poſſunt benedicere populo niſi ex ſpeciali privilegio apoſtolico.*

43 *Abbates utentes inſigniis pontificalibus vel ex diſpoſitione juris communis aut ex privilegio vel conſuetudine præſcripta benedicunt pateras, veſtes ſacerdotales & alia ſimilia ad opus ſuarum Eccleſiarum.*

44 *Propter infirmitatem religioſis aſperiorem regulæ diſciplinam remittunt.*

45 *Diſpenſant in caſibus à jure expreßis.*

46 *Abſolvunt monachum ſuum injicientem manus in monachum ſuum vel alterius ſed non poſſunt abſolvere ſi percuſſerit clericum ſæcularem.*

47 *In monachis & abbatibus diſpoſitum extenditur ad abbatiſſas & moniales quoad eis proportionabilia.*

48 *Virgines quibus diebus ſunt velandæ & conſecrandæ.*

49 *Velum multiplex eſt converſionis.*

50 *Profeßionis.*

51 *Conſecrationis.*

52 *Ordinationis.*

53 *Prælationis.*

54 *Moniales debent eſſe ſub clauſura.*

55 *Monialium nemini licet poſt profeßionem exire monaſterio etiam ad breve tempus.*

56 *Excipiuntur tres caſus.*

57 *Monialium monaſterii ſepta ingredi nemini licet aliquatenus in honeſte perſonæ vel honeſte ſint epiſcopi vel ſuperioris licentia.*

58 *Quæ danda eſt non ex rationabili & manifeſta cauſa ſed in caſibus neceſſariis.*

59 *Datur licentia à ſede apoſtolica mulieribus honeſtis nobilibus valde dignis ingrediendi monaſteria monialium quater in anno.*

60 *Monialium monaſteria per quos viſitentur & gubernentur.*

61 *Fornicantis cum moniali & monialium fornicantium pœna.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

QVi convertuntur ad religionem, ut
plurimum ſunt Monachi, religioſi, &
regulares Canonici, ideo dicendum reſtat
1 de eorum vita, & ſtatu. Monaſteria † or-
dinata ſunt ad religionem, eleemoſynas,
& hoſpitalitatem ſervanda, c. 1. *in princ. ne*
2 *ſed.vac.&c.* Monachus † à ſolutione no-
men accepit, quia μοναχὸς, Latine *ſingularis*
dicitur, id eſt, ſeparatus à converſatione ſæ-
cularium, c. 1, c. *placuit 16. quæſt.* 1. plagentis
habet officium, qui ſe, & mundum lugeat:
c. *Monachus* 1. 16. *quæſt.* 1. hodie proprie
dicitur, qui habitum mutat, profeſſionem
emittit, & promovetur ad ordines: c. *mode-*
*ramine, & cc. ſeqq. c. adjcimus* §. *ecce in hoc ca-*
*pitulo 16. q.* 1. differt à converſo, & oblato, c.
*per exceptionem de privil. in 6. clem.* 1. §. *ad am-*
*pliationem de ſtat. monach. c. nullus el.* §. *fin. ſeſſ.*
3 *23. in Trident.* Converſus † eſt, qui dedicat ſe
& ſua habitu mutato, c. *ut lex continentiæ &*
*ibi gloſſ. in verb. profeſſi 27. quæſt.* 1. *Boer. deciſ.*
20. *num.* 5. *&* 6. & eſt ſæcularis, nec promo-
vetur ad ordines, c. 2. *de inſtit. & ibi gloſſ. fin.*
c. *non dubium de ſent. excom.* neque habet lo-
cum, aut vocem capitulo, *Collect. in c. cum M.*
*ſub num.* 1. *verſ. ſed nunquid laicus de conſtit.*
4 Oblatus eſt, † qui dedicat ſe, & monaſterio
habitu non mutato: uterque adſtringitur
magis monaſterio, quam monachus; quia
etiam cauſa arctioris vitæ petita licentia
non poſſunt tranſire ad monaſterium ſtri-
ctioris religionis, & efficiuntur quaſi ſervi
monaſterii, c. *ut lex continentiæ, & ibi gl. in*
*verb. profeſſi 27 quæſt. 1. Pan. in c. num. 2. & 3.*
*de regul. &c.* Oblati non tenentur ad ſub-
ſtantialia regulæ, ſed habent quemdam, mo-
5 dum vivendi. Converſi † tenentur ad ſub-
ſtantialia regulæ, *Zab. in Clem.* 1. §. *nonnulli*
*in 2. notab. de exceſſ. præl. Anch. in Clem. 1. num.*
16. *de decim. & ibi Vital. numer.* 105. *& ſeqq.*
quia cõverſi emittunt profeſſionem, oblati
vero non profitentur, *Franc. Marc. qu.* 624.
*num. 14. part. 2. Felin. poſt Pan. in c. in præſentia*
*num. 4. de probat. & ibi* DD. uterque eſt per-
ſona eccleſiaſtica, c. *ex eo* §. *fin. & ibi gloſſ. fin.*
*de elect. in 7. clem. 1. in fin. & ibi poſt gloſſ.* DD.
*de decim. Franc. Marc. qu. 624. & ſeq. num. 2.*
*& 3. part. 2.* Cuicumque monaſterio † ex- 6
empto, aut privilegiato oblati, vel quomo-
documque addicti etiam ſub nomine ſer-
vientium militiis, ſeu monaſteriis, hoſpita-
libus, collegiis, ſunt ordinarii juriſdictioni
ſubjecti, exceptis iis, qui præfatis locis actu
ſerviunt, ſeu intra eorum ſepta, & domos
reſident, ſubque eorum obedientia vivunt;
ſive iis qui legitime, & ſecundum regulam
earumdem militiarum profeſſionem fece-
rint, de qua ordinario conſtare debeat, non
obſtantibus privilegiis quibuſcumque, et-
iam religionis Sancti Ioannis, & aliarum
militiarum; *c. quoniam 1. ſeſſ.* 24. idem juris
eſt in receptis in confraternitatem eorum,
& non plene translatis, c. *pen. de privil. & ibi*
*gloſſ. pen. c. cum ut plantare* §. *fin, c. ut privilegia*
*de privileg.*

Canones præcipiunt † monachis. Pri- 7
mo quod faciant de triennio in triennium
commune capitulum Abbatum, & Prio-
rum abbates proprios non habentium, in
quo diligens habeatur tractatus de refor-
matione ordinis, & obſervantia regulari, ac
deputentur religioſæ circumſpectæ perſo-
næ, quæ ſingulas abbatias eiuſdem pro-
vinciæ non ſolum monachorum, ſed et-
iam monialium vice ſummi Pontificis ſtu-
deant viſitare, c. *monaſteria ſeſſ. 25. de regu-*
*lar. &c. cap. in ſingulis hoc titul.* Secundo
quod ſtent † in clauſtro, *cap. ſicut ex litteris* 8
*de jurejur. c. ſi cupis cap. placuit, cap. juxta* 16.
*quæſt.* 1. quod ſtare non poſſunt, niſi quan-
do intervenit ſuperioris auctoritas, c. *cum*
*paſtoris 2. quæſt. 7. Pan. in d. c. ſicut ex litteris*

*num.3.in fin.* in ſcriptis obtenta, c.*prohibet*
*ſeſſ.25.de regular.&c.*ex cauſa ſpeciali, & ad
breue tempus: *arg.c.vnici §.verum hoc tit. in*
*6.*nam ſuperior non poteſt abſoluere à re-
ſidentia, ſeu mora clauſtrali, quia per hu-
iuſmodi abſolutionem fides profeſſionis
frangeretur, & ſtabilitatis propoſitum eua-
cuaretur, *arg.d.§.verum, & c.ſicut ex literis*
9 *de iureiur.* Tertio quando ſtudiorum † cau-
ſa ad vniuerſitatem accedunt, debent à ſuo
prælato cum conſilio ſui conuentus, vel
majoris partis eiuſdem, eundi ad ſtudium li-
centiam primitus obtinere, alias excom-
municationis ſententiam incurrunt ipſo
facto, c.2.*ne Clerici, vel Monach.ſec. neg.ſe im-*
*miſceant in 6.Franc. in cap. cum ex eo num 3.*
*de elect.in 6.*& tantum in conuentibus habi-
tare, alioquin per ordinarios contra eos
procedi poteſt.*d.c.prohibet in fin.ſeſſ.25.*
10 Prohibent canones † monachis Primo
ne in eodem monaſterio vtantur diuerſo
habitu, aut colore, c.*ex parte* 1.*& ibi Pan. nu.*
*1.de decim.Clem.*1.*de elect.c.in nona 16. quæſt.*
*7.& ibi gl.in verb. nec habitu.* aut ad præben-
das recipiant clericos ſæculares; *cap. ea quæ*
*§.præcipimus hoc tit. & ibi Anch. numer.15.&*
*ſeq.Pan. num.* 10. *& ſeqq. & Can.*per quem
textum reprobatur aſſerta conſuetudo, iux-
ta quam aliqui Reges, & Duces mandant
aſſignari militi impotenti, aut alteri pauperi
præbendam monachalem in monaſterio
iure regali, aut ducali, de quo conſtare de-
bet, fundato, & dotato; *de qua per Rebuff. in*
*prax.part.3.tit.de oblat.quand.reg.nom.in Mo-*
*naſt.ſunt recip.* quia principes rerum eccleſi-
aſticarum diſpoſitionem ſibi vindicare pro-
hibentur; c.*non placuit, cum duob.cc.ſeqq.16.*
*q 7.*Patronus quoque ab eccleſia, ſeu mona-
ſterio à ſe fundato non poteſt aliquod tem-
porale, vel aliquod ſeruitium exigere, nec
aliquod grauamen inferre, niſi reperiatur il-
lud iure cautum, vel fuerit reſeruatum per
Epiſcopum tempore fundationis monaſte-
rij; c.*præterea el 1.& melius in c.præterea el 2.*
*& ibi Pan.n.3.& Can.communiter de iurepatr.*
& homines diſparis profeſſionis in mona-
ſterijs non ſunt ſociandi, *Clem. 1.& ibi gloſ.*
*in terminis noſtris in verb.ſocientur de elect.* in
Germania Abbates monaſteriorum impe-
riali, aut regali munificentia fundatorum, &
dotatorum ſunt aut Principes, aut ſtatus. S.
R.Imperij, taxanturq; certo numero equi-
tum, & peditum, vt alio grauamine alimen-
torum impotentis militis, vel pauperis non
debeant onerari; *l. qui dotem & ibi gloſſ.fin.*
*alleg.concord ff.de dot.præleg.l.Titia cum teſta-*
*mento §.qui inuita ff de leg.2.l.nauis la 1.§.cum*
*autem ff.ad leg.Rhod.de iact.&c.c.mandatũ, c.*
*abbatem de reſcript.* Prętere alimenta patro-
no debita ſunt merè perſonalia, c.*quicumque*
*16.q.7.ibi, ipſi, aut filij ipſorum &c.* nam di-
ctio ipſe eſt perſonaliſſima demonſtratiua
ad oculum, *l. ipſe diſpice C. de eden.l. reſtitutu*
*§.pupillus autem ipſe ff.ad Trebell.Iaſ.in l. filius*
*familias §.Diui num.151.in 2 repet.ff.de leg.1.*
*Bald.conſ.304.vol.5.* Secundo ne vnus mo-
nachus locum habeat in pluribus monaſte-
rijs, niſi vnum dependeat ab alio, aut ſint
connexa, c.*fin.in fin.de relig. dom. c. cum ſin-*
*gula §.prohibemus de præb.in 6.c. 1. §.in eos in*
*de priuil.in 6.& ibi gloſſ. in verb. dependere &*
*Can.* Tertio ne prioratus, eccleſiæ, vel ad-
miniſtrationes, aut officia vnius monaſterij
committantur monachis alterius monaſte-
rij, *d c.cum ſingula §.prohibemus, dictum eſt ſu-*
*pra in titul.de præb §.altera beneficiorum diui-*
*ſio.* Quarto ne † vtantur camiſeis lineis, c.*cũ* 11
*ad monaſterium in princ.hoc tit.* Quinto ne
comedant carnes † in refectorio, aut ca- 12
meris, *cap. carnem de conſecr. diſt. 5.* nec in
certis ſolemnitatibus conuentus exeat cum
abbate, paucis in monaſterio relictis, ut
extra

extra refectorium comedant carnes , ſed
tantum debiles, & infirmi ex cauſa infirmi-
tatis in infirmitorio, *d. c. cum ad monaſterium*
13 *§. in refectorio vero hoc tit.* Sexto ne † aucu-
pentur, aut venentur, niſi ſaltus, viuaria, aut
garenas proprias habeant, aut ius venandi
habeant in alienis, quo caſu intra monaſte-
ria ſeu domos, quas habitant, aut corũ clau-
ſuras canes venaticos tenere, aut venationi
non debent perſonalem adhibere præſen-
tiam, *Clem. ne in agro §. quia vero de iur. venan.*
*vide Gail obſ 66. cum 2. obſer. ſeqq. lib. 2.* Sep-
14 timo ne † monachus poſt profeſſionem
emiſſam tranſeat in eadem religione de
vno monaſterio ad aliud, niſi monaſteria ad
inuicem ſint annexa, aut vnum ab alio de-
pendeat ; cum tunc non ſit inconueniens
aliquem vtrobique locum habere mona-
chicum, *cap. 1. §. fin. in fin. de priuil. in 6. late*
*Boich. in c. fin. de relig. domib.* aut de vno ad
aliud auctoritate Apoſtolica canonice
transferatur, c. *cum ſingula § probibemus de*
*præb. in 6. cap. fin. in fin. de relig. dom* inuitus
transferri non poteſt, quia promiſit ſtabili-
tatem in loco, c. *qui vere 16. q. 1. c. quanto de*
*off ord c. ſicut ex litteris de iureiur. Nauar. conſ.*
*4. numer. 1. hoc tit.* etiam ſit fugitiuus, aut ob
crimen eiectus , quoties paratus eſt ſubire
ordinis diſciplinam, quæ conſiſtit in ſeptem
gradibus, c. *fin de regul. & ibi Anchar. Zab. in*
*7. & 8. q & Can.* & reincidens in idẽ crimen
& poſtea pœnitens vſque ad tertiam vicem
tantum reconciliandus eſt , & non vltra ;
quia tunc præſumitur incorrigibilis , etſi
deinde pœnitentiam promitteret , eſſet in-
cludendus auctoritate apoſtolica iuxta mo-
naſterium in loco arcto competenti, ſiue er-
gaſtulo, quando abſque gravi ſcandalo fieri
poteſt, alioquin ad aliam religioſam domũ
eiuſdem ordinis transfertur ad peragen-
dam pœnitentiam : *d. c. fin. de regul. & c. &*
*ibi Hoſt. num. 6. & Can.* & notandum quod
*in d. c. fin.* tertio loco monacho pœna trans-
lationis imponitur non ſimpliciter , ſed
conditionaliter per dictionem , alioquin,
quæ inducit conditonem contrariam præ-
cedenti diſpoſitioni, *Iaſ. in §. in perſonam nu.*
*8. Inſtit. de act. Bart. in l. 1. n. xj. ff. de cond. &*
*dem. Franc. in c. vt circa §. alioquin n. 5. de elect.*
Octauo, ne † ad Curias Principum abſque 15
ſpeciali licentia prælatorum ſuorum ſe con-
ferant, *d. Clem. ne in agro §. quia vero.* niſi ad-
miniſtrationem aliquam habeãt, illos enim
quandoque pro ipſarum adminiſtratio-
num cauſis illuc ire oportet, *d. §. quia vero c.*
*cum deputati de iudic.* ij vero qui ad dictas cu-
rias ſe transferũt, vt ſuis prælatis, aut mona-
ſterijs damnum aliquod inferant , excom-
municationis ſententiam ipſo facto incur-
runt. *d. §. quia vero, verſ. quod ſi , & ibi gloſſ. in*
*verb. ipſo facto , & Can.* eamdem excommu-
nicationis ſententiam incurrunt, qui intra
ſepta monaſteriorum , ſine licentia abba-
tum ſuorum, arma tenent , *d. §. quia vero.*
Nono , ne prioratus † aliquis ſiue admini- 16
ſtratio cõmittatur alicui, ſiue conferatur, niſi
expreſſe profeſſus fuerit ordinem mona-
chalem : neque prioratus, aut adminiſtrati-
ones extra monaſterium obtinentes per-
mittantur in monaſterijs, ſed teneantur in
ipſis prioratibus , ſeu adminiſtrationibus
(quacumque non obſtante conſuetudine)
reſidere; niſi ex ſtudiorum , vel alia cauſa ra-
tionabili ad tempus forte ab huiuſmodi re-
ſidentia excuſentur, *Clem. ne in agro §. cæte-*
*rum verſ. ſane hoc tit.* & tam monaſterij, quam
ipſorũ prioratuũ monachi reputantur, c. 1.
*§. fin. de priuil. in 6.* ſi prioratus ſiue admini-
ſtratio habeat ius ſpirituale annexũ, vel bo-
na ſibi appropriata & diſtincta à bonis mo-
naſterij, & abbatis , non habet abbas illorũ
adminiſtrationẽ, ſed prior, alioquin ſi eſſent
de men-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de menſa abbatis vel monaſterij, poſſent abbas, & monachi ſtatuere, quod monachus, cui talis prioratus, ſiue adminiſtratio committitur, certum quid ſoluat annuatim de redditibus eorum, ſed non aliunde, & talis monachus dicetur potius miniſter, & cuſtos quam prior, quod ſonat in dignitatem, *c.2.& ibi Hoſt.nu.2.Butr.num.xj. & Can.per illum tex.hoc tit.Felin.in c.per tuas ſub.n. 4.de*
17 *maior. & obed.* dictique prioratus † manuales æqui parantur perpetuis beneficijs, in tempore Lateranenſis Concilij *c. 2.de conceſſ.præb.* in cenſibus nouis non imponendis, neque antiquis augendis, in fructibus eorum, cum vacant, non occupandis, in ipſorum pluralitate nõ habenda, in ætate, in ordine, in profeſſione, & in reſidentia, *Clem.ne in agro §.cæterũ verſ.ſane, & ibi gl in verb.reſidere h.t.per d.Clem. & Clem.vnic. de ſuppl.negl.*
18 *præl.* Adminiſtrationes † in monaſterio, ſiue obedientias, *Hoſt in.in c.2.n.4. hoc tit.* habere cenſentur, veſtiarius, eleemoſynarius, collerarius, vel alius quicumque habens certum officium, ratione cuius habet expendere, & recipere in vſus monaſterij, ſeu monachorum temporalia, ſiue ſint pecuniæ, vel quæcumque alia, quales ratione adminiſtrationis habent proprium, *arg.c.3.de præb. Hoſt.in c.2.ſub.n.3.in verb.adminiſtrationes & n.4. hoc tit. & ibi Butr.n.10.* Aliud cenſeretur, ſi eſſet officium, ratione cuius circa ſpiritualia tantum haberet intendere, ſicut eſt prior clauſtralis, vel qui vis alius audiens tantum confeſſiones, vel obſeruationi regulæ tantum vacans, quales non cenſentur habere adminiſtrationem, nec proprium habere poſſunt, plusquam ſimplex clauſtralis, nec habent ſe aliquibus ſæcularibus negotijs implicare, *c.1.in fin.ne cler.vel monac. ſæc. neg.ſe immiſc.c.4.in fin. & c.6.eod.tit. Hoſt.in c.2 ſub n.3.in verb.adminiſtratione hoc t.* Abbas poteſt † priores manuales, & mona- 19
chos habitantes in prioratibus libere ad monaſterium reuocare, *c. cum nullus §. religioſi, & ibi not.de temp.ord.in 6.c.1.§.fin in fin.de priuil.in 6.* & commiſſas adminiſtrationes; & obedientias libere adimere, *c. cum ad monaſterium §.tales hoc tit.c.porrecta de confir.vt &c.* ſed non poteſt reuocare priores in conuentualibus eccleſijs per electioné capitulorum ſuorum canonice inſtitutos, quia non poſſunt mutari, niſi ex manifeſta, & rationabili cauſa, aut pro neceſſitate maioris officij de Conſilio fratrum transferri. *c.2.in fin.hoc tit.& ibi Butr.n.20.* Decimo, ne † ſin- 20
guli monachi in ſingulis ſibi cõmiſſis adminiſtrationibus, vel prioratibus, aut eccleſijs parochialibus † monaſterio ſubiectis nam 21
in huiuſmodi parochialibus quæ ad monachos pleno iure pertinent poteſt monachus ſolius Abbatis authoritate, aut Abbatis & conuentus præfici, *c.viſis.16.quæſt.2.Sylueſt. in verb.religio 7.quæſt. 3. in fin.* habitare præſumant, *c. 2. hoc.t.* etiamſi habeant reſcriptũ apoſtolicum, vt in ſingulis eorũ proratibus ſinguli monachi commorentur, ſi pluribus non ſuppetent facultates, niſi in illo fiat mẽtio de Lateranenſi Concilio, *c.ex parte de capell.monach. & c.* Ordinarius, monitione præmiſſa, per cenſuras cõpellit ipſorum abbates, ſeu priores, data abbatibus optione, *Pan. in c.fin.ſub.n.1.de capell.mon. & ibi Can.* vt vel ipſos ad clauſtrum reuocent facientes in ipſis Eccleſijs de ſeruiri per clericos ſæculares, vel alios monachos eiſdem aſſocient: *c.fin.de c mon.* quia monachus deputatus ad prioratus, vel eccleſias monaſterio ſubiectas, non eximitur à poteſtate ſui abbatis, *Pan.in c.fin. n.2.de capell.mon. & bi Can.* quod ſi prouentus prioratuum, adminiſtrationum, ſeu eccleſiarum huiuſmodi duobus forte nõ ſuppetant, debent ijdem, niſi per abbates ad

ſuſten-

ſuſtentationem duorum ſufficientes red-
dantur, locis alijs vicinioribus ad eorum
monaſteria pertinentibus, vel ipſorum mo-
naſteriorum officinis, aut inter ſe inuicem,
monachis primitus ad clauſtrum reuocatis,
& clericis ſæcularibus ibidem deſeruituris
aſſignata congrua cum Conſilio, & conſen-
ſu abbatum per locorum ordinarios vniri,
*d.Clem.ne in agro §.ad hæc*. Eccleſiæ parochi-
alis ſæcularis collatio facta monacho, etiam
de conſenſu abbatis, aut præſentatio illius
ad eamdē eſt ipſo iure nulla *Rot. dec.* 28.
*de præb.in nou.& deciſ.5.de iurepat.in nou.Bell.*
*dec.750.c.in parochia c.monachi & c ſeq.16 q.*
*1.Garc.de benef.p.7.c.10.n.17.& 20.& ſeqq.*
niſi cum eo diſpenſetur de conſenſu abba-
tis ſolius, ſine conſenſu ſui conuentus, *Arch.*
*in.c.1.16 quæſt.1. & ibi Can.* per epiſcopum
ex magna cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis,
aut per ſummum pontificem, c.2.*& ibi gl.in*
*verb parochiales hoc tit.c.in parochia c doctis,&*
*cc ſeqq.16.quæſt.1.Rot.deciſ.5.de iuripatr.in*
*nou.Bellam.d.deciſ.750.n.4.& 5. Staphyl.de*
*litt.grat.de qual.& ſtat.benef.§.1.quid ſit.n.6.*
*Lamberit.de iurepat.19.art.7.qu.princi 1.par.*
*lib.2 Roch.de Curte iurepatr.in verb. Honorifi-*
*cum in 4.quæſt.n.13.* & tunc habita corpo-
rali parochialis eccleſiæ poſſeſſione, *gl.fin.in*
*c.ne pro cuiuslibet 16.quæſt.1.* deſinit eſſe mo-
nachus monaſterij, *d.c.ne pro cuiuslibet late*
*Franc.Marc.deciſ.481.part.1.* & abſoluitur ab
obedientia, ieiunio, ſilentio, ac vigilijs, c.
*nemo poteſt & ibi gl.fin.16 quæſt.1.* & in toto
eximitur à iuriſdictione abbatis, *gl.mag.1.in*
*d.c.de monach.18.quæſt.1. d. c.in parochia eod.*
*Pan.in c.ad audientiam n.2.de Capell.monach.*
*& c.tex. in c.ne pro cuiuslibet 16. quæſt.1.* nec
tenetur abbas ei dare ſocium. *gloſ. not. in d.*
*clem.ne in agro §. ad hæc in verb. ad clauſtrum,*
*& Can.Pan.in c.monach n.3. & in c.quod Deo*
*n.9.hoc tit.* non abſoluitur ab habitu, *c.cleri-*
*ci in fin.de vit.& hon.cler.* etiam ſi fieret Epi-
ſcopus, vel Cardinalis, *Pan.in d. c. clerici nu.*
*5.in fin.* nec à continentia, neque à voto
paupertatis, vnde nihil acquirere poteſt ſi-
bi ipſi, ſicut nec poterat exiſtens monachus,
*gl.mag in d.c.de monach.16.quæſt.1. Pan.in d.*
*c.clerui in fin.de vit,& honeſt.cleric.* ſed pro-
motus in epiſcopum acquirit epiſcopatui,
ac factus parochus eccleſiæ cui præeſt, *cap.*
*cum olim el.2 & ibi gl.in verb.reſtitutionem,&*
*ibi Io.And.n.5.& Can.de priuil. Bart. in l.ſi ſer-*
*uus communis ita 37.ſub.nu.6.ff.de ſtipul.ſeru.*
niſi conſtet quod noluerit acquirere eccle-
ſiæ, ſed alteri perſonæ, *Greg.16.deciſ.401.&*
*476.* quia de iure canonico indiſtincte alte-
ri vlteri vtiliter ſtipulamur, *c.quoties, & ibi*
*gloſſ in verb.& per te 1.q.7.& ibi Can. Bell. in*
*c.1.n.4 de pact.& ibi Can.facit lex ſervus meus*
*ff.de ſtipul.ſeru.* II. ne forenſis † negotij ſu- 22
ſceptores, vel executores, ſiuo procurato-
res exiſtant, etiamſi id monaſterij expoſcat
vtilitas, ſine licentia ſuperioris, *c. monachi à*
*monaſterio 16.q.1.* niſi pro conſorte eiuſdem
litis, *Clem. religioſus in princ.de procurator.*
ſufficitque auctoritas Vicarij generalis, vel
immediati ſuperioris, vt procurator eſſe
poſſit, *Achill.deciſ.5.de procur.Zab.in Clem.re-*
*ligioſus in 3.not. de procurat.* tenet iudicium
cum eo geſtum, donec opponatur, quia per
exceptionem repellitur c. *ex parte de poſtul*
*Collect.in c.dilecti ſub.num. 2. de arbitr. Pan.*
*in c.ſacerdotibus n.3.ne cler.vel monach. Fel.in*
*c.2.num.3.de iudic.* neque etiam poteſt pro-
curatorem ſubſtituere, etiamſi per conſtitu-
entem hoc expreſſe ſibi fuerit iniunctum,
niſi cum ſimili licentia: *Clem.religioſus verſ.*
*fin.de procurat.* Monachus † quoque nomi- 23
ne ſuo agere non poteſt, *Fel. in c.cum dilecta*
*numer. 15. vbi ponit 8. fall. de reſcript. & ibi*
*Can.* aut procuratorem conſtituere ſine li-
centia ſui immediati ſuperioris, ipſaque

conſtitutio nulla eſt, etiam ſi facta ſit in capitulo congregato, ſi in dicto capitulo non fuerit prior, *Achill. deciſ. vn. de regul. & c. Vital. in d. clem. religioſus nu. 22. & 23. de procur.* Li-
24 mita primo † quando monachus ab actore citatus conſtituit procuratorem, quia citando videtur approbaſſe inhabilem, c. *intelleximus, & ibi not. de iud. Innoc. in c. cum inter ſub nu. 1. de except. Iaſ. in l. fin. num. 24. plures cumulans de edict. D. Adr. toll. & ibi DD. Achil. dec. vnica de regu.* Limita ſecundo in quocumque religio, ac moniali habentibus aliqua officia diſtincta, ſiue adminiſtrationes extra monaſterium, quia nomine ſuo agere poſſunt pro iuribus ſuarum adminiſtrationum, c. *edocui de reſcript. Clem. 1. eod. Rot. deciſ. 8. de iud. in nou. dictum eſt in tit. de procur. §. 1. in fin.* Limita tertio vbi monach⁹, vel monacha contra aliquem deliquit, ipſe conueniendus eſt non monaſterium, c. *quia ſæpe contingit de elect. in 6. Auth. cauſ. quæ ſit cum Monacho C. de epiſc. & cler. Archid. in c. 2. in fin. & Rot. deciſ. 8. in fin. de iudic. in nou.* Limita quarto vt præfata procedant in monacho clauſtrali, ſecus in prælato, *gloſſ. 1. in d. Clem. religioſus c. ſapite de cenſib. c. 2. & ibi not. de teſt in 6. c. de præſentia 16. q. 1.* eadem ratione monachus clauſtralis ſine licentia ſui ſuperioris non poteſt eſſe officialis, ſiue Vicarius Epiſcopi, prout poteſt eſſe monachus habens adminiſtrationem, *Guid. Pap. deciſ. 563.* Alias limitationes vide apud Felin. *in c. cum dilecta n. 15. & ſeqq. de reſcript.* Duode-
25 cimo ne mulieres † qualibet occaſione in monaſterio accedant, & ne monachi commatres ſibi faciant, non baptizando, ſed leuando, quia in hoc contrahitur maior familiaritas, c. *peruenit 1. & ibi gl. 18. q. 2. & Can.* Decimotertio ne monachi, & moniales in
26 vno monaſterio † habitent, c. *in nullo 18. q. 2.* & ne canonici, aut monachi in eccleſia conueniant in vno choro ad pſallendum cum ſanctimonialibus, c. *perniciosam §. ſimili 18. q. 2.* Cætera monachis interdicta ſub ſuis titulis ſunt annotata.

Regulares † canonici à ſanctorum mo- 27
nachorum conſortio non ſunt ſeiuncti, c. *præſens paulo ante fin. 2. q. 3. c. quod Dei. hoc tit. c. ex parte de poſtul.* ſed regulæ inſeruiunt laxiori, c. *quod Dei hoc tit. c. ex parte de poſtul.* & poſſunt intra ſepta monaſteriorum arma tenere ſine licentia ſuorum Abbatum, quæ à monachis teneri non poſſunt, ſub ſententia excommunicationis ipſo facto incurrenda, *Clem. ille in agro §. quia vero verſic. fin. & ibi gloſ. in verb. monachos hoc tit.* poſſunt ſinguli in ſingulis ſibi commiſſis adminiſtrationibus, prioratibus, aut eccleſijs parochialibus obedientialibus, ſi commode ex eorum prouentibus duo non poſſunt ſuſtentari, *gl. in ſumma 16. qu. 1. d. c. quod Dei Franc. Marc. deciſ. 481. n. 6. & deciſ. 1281. par.*
1. ac præſentari † inſtitui, & prouideri de ec- 28
cleſijs parochialibus ſecularibus, & collatio de eiſdem ipſis facta valida eſt, *Rot. deciſ. 5. de iurepatr. n. 2. in nou. Mandoſ. de ſign. grat. tit. prouiſiones verſ. regularem fol. 47. atteſtans ita deciſum in Rota Nauarr. conſ. 11. n. 2. & 5. & conſ. 12. hoc tit.* de licentia ſui ſuperioris abſque diſpenſatione epiſcopi; *Card. Seraph. deciſ. 1269. qui reprehendit Caput. deciſ. 85. part. 1. Pan. in c. quod Dei timorem n. 7. de ſtat. monach. & in ſum. Zab. & Can. gl. in ſumma in verb. quod monachi 16. q. 1. Franc. Marc. deciſ. 481 n. 6. par. 1.* etiam iuxta Concilium Trident, c. *qui vero regulares in fin. ſeſſ. 14. Nauarr. conſ. 12. h. tit. plures citans.* dum ſtatuit in d. c. *quia vero*, tranlatis ad ordinem canicorũ regulariũ ad beneficia ſæcularia etiam curata omnino incapaces exiſtere, ergo canonici regulares in eodẽ ordine profeſſi, & non ad eum tranſlati capaces ſunt ſæcularium be-

neſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neficiorum curatorum, Card. Seraph. deciſ.
1269. alleg dec. Guid. 96. quando primo ab-
dicantur à clauſtro, & præſentantur, & in-
ſtituuntur, vt clerici; alias regularis rema-
nens clauſtralis non poteſt aſſumi ad eccle-
ſiam ſæcularem parochialem conſuetam re-
gi per ſeculares etiam cum diſpenſatione E-
piſcopi, late Faſtol. deciſ. fin. per c. doctos & cc.
29 ſeqq. 16. q. 1. beneficiorum ſæcularium †
ſimplicium ſunt incapaces, Garc. de benef.
part. 7. c. 10. n. 26. & ſeqq. Bellam. deciſ. 172.
Nau. conſ. 11. n. 1. h. tit. abſque diſpenſatione
Papæ, Lambert. de iurepatr. art. 19. 7. quæſt.
princ. 1. par. 2. li. n. 24. facit c. quia vero regula-
res in fin. ibi ad regularia etiam curata omnino
in c pax exiſtat ſeſſ. 14. Garc. de benef. par. 7. c.
18. n. 26. & pluribus ſeqq. vbi refert deciſionem
Rotæ & congregationis interpretum Conc. Tri-
dentin. In ſacro & venerabili ordine Præ-
monſtratenſi, qui in Ducatu Brabantiæ, &
finitimis locis maxime floret, & eſt canoni-
corum regularium ſub regula S. Auguſtini,
ſpecialiter cautum eſt, quod parochiales ec-
cleſias, & animarum ſæcularium curas in
proprijs perſonis ſuſcipiant, nec abdican-
tur à clauſtro ad quod per Abbates poſſunt
reuocari, Iac. Card. Vitriacus in hiſt. occid. c. 12.
Hubertus Miræus in proœm. Chron. ordinis præ-
30 monſtraten. in princip. Abbas vel † quocum-
que alio nomine præfectus in correctioni-
bus ſecundum regularem diſciplinam præ-
fertur epiſcopo, c. qui reſiſtit 11. q. 3. & ibi gl.
1. Archid. ſub. num. 4. & Can. cap. 1. & 2. 58.
diſt. poteſt monachum corrigere, punire, &
de monaſterio expellere ſecundum regula-
ria inſtituta, Pan. in c. quanto num. 4. de off. ord.
31 Quæ verſantur † in figura judicij ſpectant
ad epiſcopum, tam in criminalibus; in qui-
bus monachus delinquens, non autem mo-
naſterium conuenitur, Archid. in cap. 2. in
fin. de iud. & alijs ſupra alleg. quam etiam in
ciuilibus, in caſibus in quibus monachus al-
teri poteſt ciuiliter obligari, Archid. in d. c.
qui reſiſtit ſub. num. 4. Pan. in d. c. quanto nu. 4.
5. & ſeqq. & ibi Can. Zab. in d. clem. ne in agro §.
quia vero in 8. q. Rot. diuerſ. deciſ. 78. part. 1. di-
ctum eſt ſupra in tit. de off. ord. §. duæ ſunt leges
in fin.

Monacho de ſæuitia † vel intolerabili in 32
iuria per Abbatem perſonæ ſuæ illata com-
petit officium iudicis ad inſtar ſerui, §. fin.
Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. C. de
precib. Imper. offer. ſi iniuſte abijciatur † ex 33
monaſterio, recte petit ſe reſtitui ad mona-
ſterium per viam iuris, Pan. in. c. olim nu. xj.
de accuſat. quia per ingreſſum monaſterij, &
profeſſionem ius fuit ei quæſitum in mo-
naſterio, vt ibi deſeruiat, & alimentetur, c.
porrectum de regul. gl. fin. in c. cum dilecta, & 34
ibi Can. de reſcript. ſi ſpoliatur † prioratu, ad-
miniſtratione, aut obedientia per Abba-
tem, nulla darur ei actio, c. cum ad monaſte-
rium §. tales hoc tit. Gemin. & Franc. in c. cum
ſingula n. 5. de præb. in 6. quia prioratus, & ad-
miniſtrationes ſicut peculium, licet non in-
telligantur reuocati morte abbatis, Pan. in c.
fin. n. 6. de precar. Felin. in c. per tuas n. 4. de ma-
ior. & obed. tamen etiam ſi promiſſio facta eſ-
ſet monacho per abbatem de non auferen-
do ſibi prioratum, Ioan. Andr. in c. præſenti n.
1 & ſeq. de off. ord. in 6. & ibi Can. nuda abba-
tis voluntate adimuntur; l. non ſtatim in 2.
reſp. ff. de pecul. iuncto c. 2. & ibi not. hoc tit. c.
non dicatis 12. q. 2. c. quorumdam c. ſi religioſus,
& ibi annot. de elect. in 6. c. nemini §. admini-
ſtratio ſeſſ. 25. Felin. in c. per tuas ſub. num. 4 de
maior. & obed. niſi † Abbas illum ſpoliaſſet
malitioſe ad impediendã proſecutionẽ ac-
cuſationis, ſiue denunciationis contra eum
coram ſuperiore inſtitutæ, c. olim de accuſat.
aut ſpoliatio facta eſſet de rebus neceſſa-
rijs, puta veſtibus, libris &c. Pan. in d. c. olim

 in fin.

36 in fin. Præterea durante † lite ſuper inju-
ria perſonali, aut injuſta abjectione ex mo-
naſterio, monachus debet habere ab Abba-
te ſumptus litis cum alimentis, tam in cauſa
principali, quam in cauſa appellationis, c. ex
parte de accuſ. & ibi Pan. num. 9. & Can. l. ſi in-
ſtituta §. de inofficioſo ff. de inoff. teſtam. l. fin. C.
de ord. cognit. Pan. in repet. c. ſi quis contra ſub
num. 47. & ſeq. & in c. cum contingat ſub num.
26. & ſeq. de for. compet. Affl. deciſ. 10. num. 2.
quando eſt in poſſeſſione monachatus, Bart.
in l. ſi neget ff. delib. agnat. & al. &c, num. 2. Put.
deciſ. 202. lib. 1. etiamſi religio habeat con-
ſuetudinem, quod non det alimenta tra-
ctantibus cauſam propriam, Rot. diverſ. deciſ.
1. part. 3. libr. 1. Afflict. deciſ. 10. num. 2. Rot. deciſ.
2. de jud. in antiquior. gl. in fin. quæ allegat. con-
cord. in l. fin. C. de ordin. cogn. ac etiam pẽdente
accuſatione, & denũciatione, contra Abba-
tem coram ſuperiore facta, c. olim §. fin. de
accuſ. c. cum poſtoris, & ibi gloſſ. 1. 2. quæſt. 7. &
Can. quod ſi non poſſit habere expenſas ab
ipſo abbate, licitum eſt ei propria auctorita-
te capere de bonis ipſius monaſterii, cum i-
pſius utilitatem procuret, nec poteſt contra
eum agentem excipi de ſpoliatione, Pan in d.
c. olim. num. 8. In cæteris conſtituta in ſervis,
vendicant † ſibi locum in monachis noſtri
37 temporis, l. Pædius §. 1. & ibi gloſſ. in verb. nul-
lum ff. de arbit. gl. in l. ex pluribus ff de reg jur. gl.
in c. non dicatis in verb. poſſidere 12. q. 1. l. cum
hæredes § fin. & ibi gloſſ. pen. & Bart. ff. de acq.
poſſ. Pan. in c. penult. num. 10. de fidejuſſ. c. ſtatu-
tum 18. quæſt. 1. Innoc. in c. cum olim 2. num. 3.
& 4. de privil. Bald. in l. fin. in fin. C. quod cum eo,
qui in alien. eſt 1. & c. præterquam in iis, quæ
jure ſanguinis competunt, ut nobilitate, &
aliis, quia ſunt incõmutabilia, Rom. ſing. 37.
atteſtans ita deciſum in Rota contra gl. fin. in c.
1. de purgat. Can. gl. in c. ea quæ in princ. in verb.
de electu perſonarum de ſtat. monach. in ultimis
voluntatibus, & ſucceſſionibus quoad ſui-
tatem, Alex. in l. ſub conditione ff. delib. & poſth.
& ibi DD. legitimam, l. Deo nobis §. hoc etiam
C. de epiſc. & cler. & aditionem hæreditatis,
in qua monachus magis æquiparatur filio
in poteſtate, vel filio, aut ſervo, prout mona-
ſterio eſt favorabilius, Bald. in d. l. Deo nobis
nu. 6. & 7. & in l. 1. num. 50. & 51. C. qui adm.
ad bon. poſſ. & in l. cum proponas num. 12. C. de
hæred. inſtit. Pan. in c. in præſentia num. 76. de
probat. ac electione ſepulturæ, quam mo-
nachus non eligit, c. fin. de ſepult. ſervus po-
teſt eligere, c. de uxores & ibi Can. de ſepulturis.

De jure communi † abbates habent do- 38
minium, & poſſeſſionem rerum, quibus
præſunt, ac etiam actiones, c. edoceri de reſcr.
& ibi poſt gloſſ. DD. Pan. in c. cum deputati num.
8. & 9. & Can. de jud. Navarr. de regular. in
comm. 1. num. 31. & comm. 2. in princ. dicit,
quod habent jus adminiſtrandi, quia habent ec-
cleſiã, & monaſterium in titulũ, & per infe-
riorem prælatũ, vel cuſtodẽ poſſident, & re-
tinent poſſeſſionem, c. cum veniſſent de reſtit.
ſpol. c. ſicut de ſuppl. negl. præl. nec ſatiſdant
de rato, l. vulgo ff de admin. tut. aut judica-
to ſolvendo, l. 1. §. 1. ff. de adminiſt. tut. ac ſen-
tentia contra eos lata mandatur executio-
ni contra eccleſiam: Pan. in c. cum deputati
num. xj. de judic. non competit ratione † di- 39
gnitatis abbatibus, & aliis inferioribus præ-
latis ab epiſcopis uſus mitræ, & pontificaliũ;
ſed poteſt competere ex privilegio Apoſto-
lico tantum, non autem ex conceſſione le-
gati à latere, Gemin. in c. ut Apoſtolicæ num. 6.
de privil in 6. aut Epiſcopi, Pan. in c. accedenti-
bus ſub num. 2. de exceſſ. prælat. quo caſu in
provincialibus, & epiſcopalibus, conciliis
exempti uti poſſunt † mitris aurifriſiatis, 40
non habentibus laminas, aut gemmas, non
exempti albis, & planis, ut ex majore decore
ornatuum epiſcoporum, maioritas appare-
at di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

at dignitatum, in aliis vero locis poſſunt uti
mitris, prout indulta eis conceſſa permit-
tunt, *d.c.ut Apoſtolicæ de privil. in 6.* Eadem
41 ratione dum celebrant † in Pontificalibus,
utuntur poſtergali tapete tempori conve-
niente, & non baldachino, neque ſublimio-
re ſede, ad quam aſcendi oporteat per plu-
res gradus, *arg. d. c. ut Apoſtolicæ in princ. de
privil. in 6.* tum quia privilegium in eo,
quod tangit jus tertii, eſt ſtricte interpre-
tandum, c. *paſtoralis de privil. & ibi gloſſ. fin. &
Can.* In Germania abbates Sacri Rom. Im-
perii Principes eadem cum Reverendiſſi-
mis Epiſcopis maieſtate, & ſolemnitate ce-
42 lebrant; non poſſunt ſolemniter † benedi-
cere populo, niſi ex ſpeciali privilegio Apo-
ſtolico, quod per jus commune reſtringi-
tur ad eccleſias eis pleno jure ſubiectas,
quando in eis divina celebrant officia poſt
miſſarum ſolemnia, matutinas, & veſperti-
nas laudes, alibi non poſſunt, niſi hoc eis
privilegio expreſſo ſit conceſſum, c. *abbates
de privileg. in 6. late Franc. Marc. quæſt.* 1078.
*cum duabus quæſt. ſequen. part.* 1. An autem
43 habentes uſum † pontificalium invitati ad
celebrandum in alio monaſterio, aut eccle-
ſia, uti poſſint pontificalibus, *vide Gemin. in
d. c. ut Apoſtolicæ num. 7. Ioan. Andr. num. 2. Lap.
alleg.* 19. Præfati abbates utentes inſigniis
pontificalibus, poſſunt ſecundum aliquos
ex diſpoſitione juris communis, *gloſſ. addit.
ad gloſſ. pen. in c. abbates de privileg. in 6. & ibi
Franc. arg. c. præcipimus 12. q. 1. Arcad. c. presbyt.
el 1. 26. q. 6.* aut ex privilegio, quod eſt latiſ-
ſime interpretandum, *Archid. in c. quoniam
ſub num. 1. in verb. proprio monaſterio 69. diſt.*
vel conſuetudine præſcripta, *Summ. Ang. in
verbo calix. num. 1. Sylveſt. in verb. benedict.
q. 4. & ibi omnes Summiſtæ,* benedicere pate-
tenas, cruces, veſtes, ſacerdotales, & alia ſi-
milia, *de quibus in c. unico. §. fin. de ſacr. unct.
& c. veſtimenta. de conſecr. diſt.* 1. in quibus ſit
ſolum verbalis benedictio ad opus ſuarum
eccleſiarum, à conſecratione calicis, in quo
ſit unctio abſtinere debent, quia talia ſunt
potius dignitatis epiſcopalis, quam ordinis
epiſcopalis, *Franc. in d. c. abbates ante fin. &
ibi Io. And. in fin. & Can. c. accedentibus in fin.
& ibi Pan. de exceſſ. præl. c. auditis de præſcript.
& utrobique Can. Zab. in Clem. 2. §. ſtatuimus
q. 9. hoc tit. per c. comperimus 14. q. 6.* Olim
huiuſmodi indulta in Curia Romana Ab-
batibus concedebantur à ſede Apoſtolica,
hodie non conceduntur niſi de conſenſu E-
piſcopi diœceſani, de cuius præjudicio agi-
tur, Abbates propter † infirmitatis neceſſi- 44
tatem religioſis aſperiorem regulæ diſcipli-
nam poſſunt remittere; c. *monachum §. ſer-
vandum 20. q. 4.* non diſpenſant niſi in caſi-
bus † in jure expreſſis recenſitis per ſpecul. 45
*tit. de diſpenſ. §. 8.* ſunt quoque nonnulli, pu-
ta ſuper eſu carnium ex cauſa ſtudii, infir-
mitatis, vel alterius neceſſitatis extra refe-
ctorium, *Pan. in c. cum ad monaſterium num.
16. & 17. de ſtat. monach.* abſolvunt † mo- 46
nachum ſuũ injicientem manus in mona-
chum ſuum, vel alterius, c. *cum illorum de
ſent. excomm. in 6.* ſed non poſſunt abſolve-
re, ſi percuſſerit clericum ſæcularem, ſed ab-
ſolvendus eſt vel à diœceſano epiſcopo in
caſibus, in quibus poteſt clericum ſæcula-
rem abſolvere; ſi percuſſiſſet alium cleri-
cum ſæcularem; vel eſt remittendus ad
ſummum pontificem, c. *religioſo de ſent. ex-
com. in 6. & ibi poſt gl. 1. & 2. Can. de ſent. ex-
com. in 6.* Diſpoſitũ in monachis, & abbati-
bus † extenditur ad abbatiſſas, & moniales, 47
quoad eis proportionabilia, c. *fin. §. fin. de
ſtat. monach. & c. & ibi Pan. n. 5. & Can. clem. 1.
& ibi Pan. in princ. de elect.* ſed non è contra,
*Clem. attendentes §. ipſos autem, & ibi gloſſ. in
verb. duabus, & Can. de ſtat. monach. &c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specialia quædam conſtituta ſunt circa
mulieres Deo dicatas, & earum monaſteria:
48 Virgines ſunt † velandæ; & conſecrandæ in
die Epiphaniarum, albis paſchalibus, aut in
apoſtolorum natalibus c. *devotis* 20. *q*. 1. ac
quolibet die dominico, c. 1. *de temp. ordin.* niſi
gravi languore correptæ implorent velum
conſecrationis, quod eis negari non debet,
ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, *d. c. de-*
*votis* 20. *q*. 1. Multiplex eſt, velum converſio-
49 nis, † quod vidua accipit de altari, c. *vidua el*
1. *&* c. *vidua* 27. *q*. 1. c. *vidua de regul.* velum
50 profeſſionis, † quod imponitur tã virgini,
quam viduæ, c. *vidua* 20. *q*. 1. c. *viduas autem*
*ibi, velamen quamvis non conſecratum &* c. *vi-*
*duæ ſi priusquam* 27. *q*. 1. velũ conſecrationis,
51 † quod tantum virginibus imponitur in vi-
geſimo quinto anno, c. *placuit, &* c. *ſeq*. 20. *q*.
1. c. *placuit* 77. *diſt*. & ad conſecrationem E-
piſcopo ſuo offertur in veſtibus quib⁹ ſem-
per uſura eſt, etiã in lecto, & in infirmitate,
profeſſioni & ſanctimoniæ aptis, c. *Sancti-*
*monialiu, & ibi gl. diſt*. 23. corrupta etiã invita
non poteſt conſecrari, quia canon opus in-
ſpicit, non voluntatem, ideo virgo oppreſſa
in perſecutione repellitur, c. *ſi Paulus* §. *cave*
c. *illa autem* 32. *q*. 5. *Dec. in* c. *cauſam monaſterii*
*n*. 16. *& ſeqq. de probat.* Fœmina cathecume-
na vitiata non poteſt poſt baptiſma inter
Dei virgines conſecrari, quia deficit conſe-
crationis ſignaculum, c. *acutius* 26. *diſtinct*.
è contra ſi virgines dicentes ſe meretrices,
ingrediuntur monaſterium inſtitutum ad
recipiendas meretrices pœnitentes, & non
alias, non tenet receptio nec poſſunt ibi ſal-
vari, fraude durãte, qua revelata inde debẽt
expelli, *Io. An. in* c. *periculoſo n. 6. h. t. in 6. facit*
*Clem. quia contingit in fin. princ. de relig. do-*
*mib. c. cum dilectus verſ. nos vero de elect.* Cum
corrupta ad Abbatiſſatum diſpenſat ſum-
mus Pontifex, & alius ab eo diſpenſare non
poteſt, *Zab. in Clem. fin.* §. *ſtatuimus in xj. qu.*
*hoc tit. Felin. in* c. *meminimus num*. 4. *de accu-*
*ſat. Dec. in* c. *cauſam monaſterii nu*. 16. *&* 17.
*de probat.* velum ordinationis, † quod olim 52
imponebatur diaconiſſis in quadrageſimo
anno, c. *ſanctimoniales* 20. *quaſt*. 1. Velum
† Prælationis, quod datur Abbatiſſæ, *cap*. 53
*iuvenculas* 20. *quaſt*. 1. *gl. mag. ind.* c. *devotis* 20.
*q* 1. *& ibi Can.* Concilium Tridentinum a-
nathemati ſubjicit omnes, & ſingulas perſo-
nas, etiã qualibet dignitate fungentes, quæ
quomodocumq; coëgerint aliquam virgi-
nem, viduam, aut aliam quamcumq; mulie-
rem invitam, præterquam in caſibus à jure
expreſſis, ad ingrediendũ monaſterium, ad
ſuſcipiendum habitum, vel emittendam
profeſſionem, quique conſilium, auxilium,
vel favorem dederint, quique ſcientes eam
non ſponte ingredi, vel profiteri, quoquo
modo eidem actui, vel præſentiam, vel
Conſilium, vel auctoritatem interpoſuerint.
Simili quoque anathemati ſubjicit eos, qui
ſanctam virginum, & aliarum mulierum
voluntatem veli accipiendi, vel voti emit-
tendi ſine juſta cauſa quoquo modo impe-
dierint, c. *anathemati ſeſſ*. 25. Moniales debẽt
eſſe † ſub clauſura, cuius reſtitutio, ubi vio- 54
lata fuerit, & ubi inviolata eſt, conſervatio
Epiſcopis in omnibus monaſteriis ſibi ſub-
iectis, ordinaria; in aliis ſedis apoſtolicæ
auctoritate eſt commiſſa, c. 5. *ſeſſ*. 28. *de regul.*
*quod innovat.* c. *periculoſo h. t. in 6.* Nemini ſan-
ctimonialium † licet poſt profeſſionem exi- 55
re monaſterio etiam ad breve tempus,
quacumque ratione, vel cauſa; ac d. c. *peri-*
*culoſo*. excipit tantum duos † caſus, quan- 56
do forte tanto, aut tali morbo evidenter ea-
rum aliquam laborare conſtaret, quod
non poſſet cum aliis abſque gravi ſcandalo,
ſeu periculo commorari, *d. c. periculoſo in*
*princip.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*princip.* ac concedit Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ
pro feudo, quod monaſterium tenet ab ali-
quo Principe ad juramentum fidelitatis a-
ſtrictæ , niſi quod per procuratorem illud
præſtet , efficere poſſit apud eum , ut cum
honeſta , & decenti ſocietate poſſit exire
monaſterio , præſtito fidelitatis juramento
ad illud è veſtigio reverſura, *d.c. periculoſo* §.
*verum hoc tit. in 6.* Concilium Tridentinum
c. 5. *ſeſſ.* 25. *de regul.* addit tertium caſum,
quando monialis exit ex aliqua legitima
cauſa ab Epiſcopo approbata. Ingredi au-
57 tem † intra ſepta monaſterii nemini licet, a-
liquatenus in honeſtę perſonę, vel etiam ho-
neſtæ, *d.c. periculoſo in fin. princip.* cujuſcunq;
generis aut conditionis, ſexus, vel ætatis fue-
rint, ſine epiſcopi, vel ſuperioris licentia in
ſcriptis obtenta ſub excõmunicationis pœ-
na ipſo facto incurrẽda. Ii cenſetur ſuperior,
qui ab Epiſcopo comprobatus, *c. qui religio-
ſis.* 18. *quæſt.* 2. præeſt illi monaſterio, *c. in de-
cima* 18 *q.* 2. vel qui habet clauſuram, *Franc.
poſt alios in d.c. quia periculoſo n.* 5. *per tex. ibi in
§. fin. verſ. abbates vero.* non abbatiſſa, cum &
ipſa arctetur hac clauſura, *d.c. quia periculoſo
§. verum.* neque alius ullo modo etiam vigo-
re cujucumque facultatis , vel indulti con-
ceſſi vel in poſterum concedendi. *d. c.* 5. §.
*dare autem ſeſſ.* 25. *de regul.* Danda eſt licentia
58 † non ex rationabili, & manifeſta cauſa, *d. c.
periculoſo in fin. prin. d.c. cum. monaſteria de vit.
& honeſt. cleric.* ſed in caſibus nececeſſariis, *d.*
c. 5. §. *dare autem ſeſſ.* 25. *qui corrigit præallega-
59 ta jura decretalium.* Datur licentia à ſede † a-
poſtolica mulieribus honeſtis nobilibus, vel
valde dignis, quod quater in anno cum tri-
bus, aut quatuor mulieribus honeſtis intra-
re poſſint quæcunque monaſteria moniali-
um quorumcumque ordinum etiam ſanctæ
Claræ de licentia eorum , qui monaſteriis
præfuerint , cum clauſula , dummodo ibi
non pernoctent ; interdum cum clauſula,
quod aliquando pernoctare poſſint in qua-
drageſima de licentia abbatiſſæ, *Mandoſ. de
ſign. grat. tit. licentia, verſ. datur licentia &c. &
verſ. ſeq.* Singula monialium † monaſteria per 60
ordinarios, exempta, quæ ita ſedi apoſtoli-
cæ, quod nulli alii ſubjecta noſcuntur , apo-
lica, non exempta ordinaria auctoritate, ac
exempta alia per alios quibus ſubſunt , an-
nis ſingulis debent viſitari, *Clem. attendentes
hoc tit.* Præterea exempta ſedi apoſtolicæ
immediate ſubjecta ab Epiſcopis tanquam
ſedis apoſtolicæ delegatis gubernantur ; &
limitata ſunt jura decretalium , quæ præter
clauſuram & viſitationem nullam aliam ju-
riſdictionem, aut poteſtatem in eis Epiſco-
pis attribuebant, c. *cognovimus* 18. *quæſt.* 2. c.
*monaſterio el.* 2. *ſeſſ.* 25. *de regul. quod ita limi-
tat. § fin. in fin. c. periculoſo de ſtat. regul. in 6. &
d. Clem. attendentes §. ad quæ omnia.* quæ à de-
putatis in capitulis generalibus, vel ab aliis
regularibus prælatis tam exemptis , quam
non exemptis reguntur ſub eorum cura , &
cuſtodia ſunt relicta, *d.c. monaſteria el.* 2. *ſeſſ.*
25. *de regul. d.c. periculoſo § fin. verſ. abbates ve-
ro.* Monaſteria monialium extra mœnia ur-
bis, vel oppidi conſtituta, intra urbes, & op-
pida frequẽtia ſunt reducenda, ne malorum
hominum prædæ , & aliis facinoribus ſint
expoſita, c. *bonifacij § fin. ſeſſ.* 25. *de regul. &c.*
Moniales vinum fugiant ut venenum, *c. vi-
nolentum in fin. diſt.* 35.

Is qui cum ſanctimonialibus † in aliqua 61
fornicatione repertus fuerit; ſi laicus eſt, o-
mni communione privatur; ſi vero clericus
à ſuo remotus officio in monaſterium de-
truditur, *cap. ſi quis Epiſcopus c. ſi qua mona-
charum in fin.* 27. *q.* 1. ipſa monialis ad lapſum
adulteri , aut in ſtupri voraginem deducta
poſt ſeveritatem competentis vindictæ in a-
liud diſtrictius monaſterium virginum redi-
gitur

gitur in pœnitentia, ut iſtic, metuendum cæteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum, *d. cap. ſi qua monacharum 27. quæſt. 1.* quod ſi ex illicitis complexibus ſive nuptiis liberos procreaverit, à monaſteriorum cætu, Eccleſiarumque conventibus eliminantur, in ergaſtulis retruduntur, in articulo mortis ſolius miſericordiæ intuitu eis per communionis gratiam ſubvenitur ad conſervandam Eccleſiæ diſciplinam, & cæterorum terrorem, c. *impudicæ 27. quæſt. 1. & ibi gloſſ. & Can.* In Abbatiſſa corruptio ſubſequens caſtigatur pœna privationis, *Creſcent. deciſ 9 deprobat. per* c. *impudicas.* c. *pervenit* c. *omnes Fœminæ 27. q. 1.*

## *De Religioſis domibus, ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.*

## Titulus XXXVI.

### *SVMMARIA.*

1 *Religioſæ domus ſunt templa, monaſteria, Xenodochia, oratorium, authoritate epiſcopi ædificatum, collegia quæcunque.*

2 *Hoſpitale deputatum ad hoſpitalitatem authoritate Epiſcopi ſecus ſi ſit ædificatum ſine authoritate Epiſcopi de quo patronus ad libitum diſponit dum vivit.*

3 *Collegio quæcunq; ac confraternitates laicorum, eleemoſynæ montis pietatis, pia loca omnia quomodocunque nuncupenter.*

4 *Subſunt epiſcopo in cuius diœceſi ſita ſunt quoad ius Epiſcopale.*

5 *Non ſubſunt Epiſcopo in temporalibus, videlicet ut de rebus temporalibus ſeu proventibus earum poßit diſponere ad libitum, ſed ut ordines ad uſum deſtinatum.*

6 *Hoſpitalium adminiſtrationes non tamen regularibus ſubiectos ubi viget regularis obſervantia, Epiſcopus monitione præmiſſa ad hoſpitalitatis munus reipſa obeundum per cenſuras & alia iuris remedia compellit.*

7 *Ac etiam ipſorum hoſpitalium adminiſtratione perpetuo privat.*

8 *Cogit adminiſtratores cæterorum piorum locorum ut ea quæ largitione fidelium ad certum uſum ſunt deſtinata ad illum uſum convertant.*

9 *Si ad certarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec ibi ſimiles aut perpaucæ perſonæ reperiantur fructus illorum in alium pium uſum convertit adhibitis duobus de capitulo per ipſum deligendis.*

10 *Viſitat omnia loca pia quomodocunq; nuncupata.*

11 *Adminiſtratores piorum locorum ac Fabricæ cuiuſvis Eccleſiæ ſingulis annis rationem ordinario reddere tenentur.*

VIsVM eſt de ſtatu religioſorum; nunc
dicendum eſt de religioſis domibus,
& capellis, Religioſæ † domus ſunt, templa, 1
monaſteria, c. *quæ ſemel 19. qu. 3.* Xenodo-
chia, c. *de xenodochiis hoc tit.* oratorium au-
ctoritate Epiſcopi ædificatum, c. *unicuique*
*cum* c. *ſeq. de conſecr. diſt. 1.* Hoſpitale ædifi-
catum, vel deputatum † ad hoſpitalitatem 2
auctoritate Epiſcopi, c. *adhæc hoc tit. Greg. 15.*
*deciſ. 4. n. xj. & 15. & 16. Felin. in* c. *de quarta*
*à num. 3. uſque ad num. 18, de præſcript.* qua ex
aliquibus ſignis præſumitur traditis per
Pan. in c. inter dilectos numer. 8. & ſeq. de
donat. & ibi Can. ac ad mundanos uſus re-
duci non poteſt, *d. c. adhæc*, idque regulare
eſt in omnibus conſecratis, & Deo dicatis,
c. *ligna* c. *vaſa de conſecr. diſt. 1.* ſecus ſi eſt æ-
dificatum ſine auctoritate Epiſcopi, de quo
patronus hoſpitalis ad libitum diſponit, c.

inter

*inter dilectos de donat.* & *ibi Collect.n.8.Pan.n.* 12.& dum viuit, ſublatis lectis poteſt reducere ad temporalitatem, *d. cap. ad hæc* & *ibi Pan.nu.4.* & *in d.c de xenodochijs num.3.* eo mortuo pertinet ad curam epiſcopi, vt pia defuncti voluntas mandetur executioni, §. *ſi quis ad ædificationem,* & §. *ſi quis autem pro redemptione captiuorum.Auth. de eccl. tit. Pan. in d.c.de xenodochijs num.3.* tum quia ex diſpoſitione iuris canonici, & ex decretis Conc. Tridentini, Epiſcopus etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus eſt in caſibus à iure conceſſis executor omnium piarum diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quam inter viuos, c. *tua nobis de teſtam.c. epiſcopi ſeſſ.22,* etiamſi in fundatione priuati hoſpitalis cautum ſi, quod Epiſcopus non ſe intromittat, *d. c. tua nobis* & *ibi Can. licet aliter ſentiat Anchar. in d.c.adhæc num.5.* verum id non tenetur epiſcopo in epiſcopalibus reſpondere, nec gaudet priuilegijs piæ domus, neque epiſcopo competit in eo inſtitutio, aut deſtitutio, *Bald.in auth, hoc ius porrectum num.xj.C.de ſacroſ.eccleſ.Pan. in d. c.de xenodochijs ſub.num.3.in fin. Anch.in d.c. ad hæc num.3.* quamuis tenentium in eo hoſpitalitatem collegium ſit licitum *Pan.in d. c.inter dilectos num.10.* Præterea cenſentur

3 religioſæ domus † Collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum, eleemoſynæ montis pietatis, ſiue charitatis, pia omnia loca quomodocumque nuncupentur, etiamſi cura præfatorum locorum ad laicos pertineat, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos, captiuos redimendos, inſtituta ſunt, c. *Ioannes de teſtam.l.pen.* & *fin.C.de ſacroſ. eccleſ.* ac rectores hoſpitalium, ſimiliumque locorum piorum, quando fundata ſunt auctoritate Epiſcopi, non poſſunt conueniri in cauſis tangentibus eadem loca, niſi in foro eccleſiaſtico etiamſi habeant vxorem, quia quæ religioſis adhærent ſunt religioſa, *Rom.ſing.353. l.quæ religioſis ff.de rei vendic.* in perſona, & alijs rebus proprijs non gaudent priuilegio clericali, *pulchre Ant.de Butr.in c.2.n.6.verſ. de hoſpitalarijs de for.comp.*

Subſunt religioſæ † domus illi Epiſcopo, 4
in cuius diœceſi ſita ſunt, c. *cum dilectus §. pen.hoc tit.c.cum Epiſcopus de off. ord. in 6.* etiamſi authoritate Papæ ſint vnitæ Eccleſiæ alterius diœceſis, c. *quia monaſterium hoc tit.* quoad ius epiſcopale, c. *cum venerabilis h.tit, c.cum venerabilis de except.* niſi ſint priuilegio exemptionis munitæ, *d. c.cum dilectus.* aut præſcriptione, *d.c. cum dilectus c. auditis de præſcript.* vel Epiſcopis ius epiſcopale remiſerit pure, aut ſub annua certa reſponſione, vel cenſu; c. *conſtitutis hoc tit.* quia epiſcopus poteſt concedere priuilegia exemptionis, & legem iuriſdictionis remittere de conſenſu ſui capituli, c. *viſis 16. quæſt. 2.* & *ibi Archid. n.4.* & *Can.d.c.cum venerabilis iuncto c. paſtoralis de donat.* quantumcumque generaliter eximat eccleſiam, ſemper retinet viſitationem, procurationem, correctionem & cathedraticum, *gl. in d. c. viſis in verb. traditæ Rot.deciſ. 2. de cenſib. in antiq.* & *diuerſ.deciſ. 186.numer.2.part.1.* in eccleſia iam conſtructa, & ædificata, quia tunc agitur de amittendo iure quæſito; ſed epiſcopus in limine fundationis poteſt eccleſiam, aut alium pium locum liberare à viſitatione, ac ſupradictis iuribus in ſui, ac ſucceſſorum præiudicium, quia remittit ius quærendum, & forſan alias non fundaſſet, c. *cum dilectus §. dictus* & *ibi gloſſ.in verb.conſtitutum,* & *Can. de conſuet.Felin.in c.cum venerabilis ſub.n. 33.de except.Innoc.in c.in Lateranenſi ſub.n.5.de præb. Pan.in c.nobis ſub n.5 de iurepatr.Roch.de Curt. de iurepatr.in gloſſ.ſuper verb.pro eo nu. 26.* & *ſeqq.Bald.in l.fin.§.vbi autem n.6.in fin. C. de*

*caduc.toll.licet Freder. de ſen. conſ.* 247. *aliter*
*ſentiat. Ang. de Peruſ. in l. teſtamenta C. de te-*
*ſtam. fuſe diſtinguit.* Conceſſa ab Epiſcopo
inferiori facultas corrigendi, carcerandi, &
mulctandi, non intelligitur de correctione
quæ fit in viſitatione; ſed de ea, quæ fit in
ordinaria cognitione cauſarum criminaliũ,
*Rot. diuerſ. d. deciſ.* 186. *n.* 3. *part.* 1. *gl. pen. in c.*
*paſtoralis, & ibi Can. de donat. cap. cum venera-*
*bilis de cenſib. Rot. deciſ.* 2. *de cenſib. in antiq.*
quia materia eſt odioſa, & ſtricte intelli-
genda, in præiudicium Archidiaconi non
poteſt iura aliqua eccleſiæ remittere, *cap.*
2. *de exceſſ. prælat.* Non ſubſunt præfatæ
5 † domus Epiſcopo in temporalibus, videli-
cet, vt de rebus temporalibus, ſeu prouenti-
bus earum poſſit diſponere ad libitum, ſeu
in vſus ſuos conuertere, niſi alias probetur
hoc ius competere Epiſcopo de iure ſpe-
ciali, *d. cap. cum venerabilis hoc tit. & ibi Pan.*
*in princip. d. c. cum venerabilis de except. & ibi*
*Panor. in* 6. *not.* ſed vt ordinet ad vſum de-
ſtinatum, *Panor. in d. c, de xenodochijs n.* 3. ete-
nim omnes, & ſingulis cuiuſcumque ordi-
nis & religionis, & dignitatis, etiamſi laici
6 fuerint qui adminiſtrationem † hoſpita-
lium habent, non tamen regularibus ſubie-
ctis, vbi viget regularis obſeruantia, ſi ab eo
moniti, hoſpitalitatis munus, adhibitis o-
mnibus ad quæ tenentur, neceſſarijs reipſa
obire ceſſauerint, non ſolum per cenſuras
eccleſiaſticas, & alia iuris remedia ad id
7 compellit, ſed etiam † hoſpitalis ipſius ad-
miniſtratione perpetuo priuare poteſt, ali-
iſque tunc eorum loco ab ijs, ad quos perti-
net, ſubſtituuntur, *c. admonet* § *itaque ſi præ-*
*dicti ſeſſ.* 25. *c. curent ſeſſ.* 7. & nihilominus pri-
vat ad fructuum reſtitutionem, quos con-
tra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem per-
ceperunt, quę nulla eis remiſſione, aut com-
poſitione indulgetur, in foro conſcientiæ
tenentur, *d. c. admonet* §. *& prædicti ſeſſ.* 25.
Eadem ratione cogit † adminiſtratores ce- 8
terorum piorum locorum, vt ea, quæ largi-
tione fidelium ad certum vſum ſunt deſti-
nata, ad illum, & non ad alium vſum con-
uertant; *Clem. quia contingit de relig. domib.*
*gloſſ.* 1. *in c.* 3. *de appell. & ibi Can. l.* 1. *ff. de ad-*
*min rer. ad ciuit. pertin. & ibi DD.* aut ſi loca † 9
pia, vel hoſpitalia ad certarũ perſonarũ ge-
nus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec ibi
ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur,
fructus illorum in alium pium vſum, qui il-
lorum inſtitutioni proximior ſit, aut pro lo-
co, aut tempore vtilior, convertit adhibitis
duobus de capitulo, qui rerum vſu peritio-
res ſint, per ipſum diligendis, niſi aliter for-
te etiam in hunc caſum in eorũ fundatione,
& inſtitutione fuerit expreſſum, *d. c. admo-*
*net* §. *quod ſi hoſpitalia ſeſſ.* 25. Præterea ex de-
cretis Conc. Tridentini Epiſcopus tanquã
ſedis Apoſtolicæ delegatus in caſibus à iure
expreſſis omnium piarum diſpoſitionum,
tam in vltima voluntate, quam inter viuos
eſt executor, vt ſupra dictum eſt, habet ius
† viſitandi hoſpitalia, collegia quæcumque, 10
ac confraternitates laicorum, non tamen
quæ ſub Regũ immediata protectione ſunt,
ſine eorum licentia, eleemoſynas montis
pietatis, & pia loca omnia quomodocumq;
nuncupata, etiamſi dictorum locorum cu-
ra ad laicos pertineat, atque eadem ſint ex-
emptionis privilegio munita, non obſtante
quacumque conſuetudine etiam immemo-
rabili, privilegio, aut ſtatuto. *c. epiſcopi ſeſſ.*
22. ac tenentur adminiſtratores tam laici, quã
† eccleſiaſtici dictorum locorum piorum, 11
ac fabricæ cuiuſuis eccleſię, etiam cathedra-
lis annis, etiam non requiſiti offerre, *Clem.*
*quia contingit* §. *illi etiam, ibi gl. in verb. ſingu-*
*lis annis & Zab. n.* 3. *hoc tit.* & reddere ratio-
nem adminiſtrationis ordinario, conſuetu-

dinibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dinibus, & privilegijs quibuſcumque in contrarium ſublatis, niſi ſecus forte in ordinatione, & inſtitutione loci pij cautum ſit; quod ſi ex privilegio, aut conſuetudine, aut ex conſtitutione aliqua loci, alijs ad deputatis ratio redenda ſit, tunc cum ijs adhibendus eſt ordiuarius, & aliter factæ liberationes adminiſtratoribus minime ſuffragantur, *c. adminiſtratores ſeſſ.* 22. *admonet ſeſſ.* 25. *c. fin. ſeſſ.* 7. *quod innovat Clem. quia contingit hoc tit.* non offerentes ſingulis annis rationes peccant, tamen non ex hoc ſunt puniendi, ſed puniri poſſunt, ſi requiſiti non reddant, *Zab. in d. Clem. cum contingat* §. *illi num.* 3. *& ibi Can. Collect. in c. potuit num.* 52. *&* 53. *d. locat.*

*De Capellis monachorum, & aliorum religioſorum.*

## Titulus XXXVII.

### SVMMARIA.

1 *Capellæ ad religioſos Epiſcopis ſubditos pertinere poſſunt primo ex fundatione ipſorum religioſorum & habent in eis omnia temporalia Epiſcopus vero omnia ſpiritualia.*

2 *Secundo, ex donatione laici etiam facta ſine conſenſu Epiſcopi & religioſi tantummodo obtinent iuſpatronatus.*

3 *Tertio, ex donatione Epiſcopi facta de conſenſu capituli cathedralis Eccleſiæ, quæ ſi facta eſt ſub certa fama non habent plus iuris in Capellis quam in donatione expreſſum eſt.*

4 *Si donauit vtroque iure vel pleno iure tunc habebunt temporalia & ſpiritualia.*

5 *Sed non poſſunt religioſi converte fructus in vſus proprios ſicut Epiſcopus qui habet Eccleſiam pleno iure ſubiectam non capit fructus pro vtilitate proprios.*

6 *Si donavit capellas religioſis pleno iure in in vſus ſuos convertendas poteſt abbas, ſuſtentatione clericis ibidem deſervientibus ad vitæ neceſſaria reſervata reliquos fructus ſibi & religioſis retinere.*

7 *Si Epiſcopus ſimpliciter donavit tunc illam portionem contuliſſe videtur quam in eadem temporaliter percipere conſueuit & ſi nihil tale percipiebat tunc videtur donaſſe id quod iure ſpirituali percipiebat in ipſa præter curam populi cathedraticum, viſitationem, procurationem, & correctionem.*

8 *Quarto, poſſunt Capellæ ad religioſos pertinere præſcriptionem intercedente.*

9 *Quinto, ex privilegio vel conceßione apoſtolica cuius tenor inſpiciendus & ſervandus eſt & ſi ex privilegio ad religioſos pertineat pleno iure quoad ſpiritualia & temporalia Epiſcopus in eis nihil poteſt attendare.*

10 *Limita vno modo.*

11 *Capellæ pertinent ad religioſos per vnionem.*

12 *In exemptis monaſterijs & eorum Capellis quod principi placet legis habet vigorem.*

13 *Si epiſcopus monaſterio exempto cum Capellis habitis & habendis concedit Eccleſiam, ea pleniſſimo jure pertinet ad monaſterium etiam quoad correctionem exceſſuum excepta cura populi.*

NVNC in ſpecie tractat de Capellis, † 1 quæ pluribus modis poſſunt ad religioſos Epiſcopis ſubditos pertinere. Primo, ex fundatione ipſorum religioſorum, & habent in eis omnia temporalia, etiamſi alius Eccleſiam dotaſſet, quia quicquid illi Eccleſiæ confertur, datur etiá monaſteria: Epiſcopus vero omnia habet ſpiritualia,

& ſi ſit parochialis Eccleſia, curam commit-
tit de conſenſu abbatis, c. *ſane & ibi gloſſ.* 1.
*& marg. & c. fin.* 16. *quæſt.* 2. *Anch. in d. c. de*
2 *monachis num.* 8. *& 9. de præb.* Secundo, ex †
donatione laici, *Pan. in c. illud ſub n.* 2 *& 3. de*
*jurepatr. quæ pulchre diſtinguit.* etiam facta
ſine conſenſu Epiſcopi, & religioſi tantum-
modo obtinent juſpatronatus, c. *cum ſæcu-*
*lum de jurepatr. c.* 1. *eodem in* 6. quod aſſumit
naturam juriſpatronatus eccleſiaſtici, qui
poſſunt exigere rationem de temporalibus,
& habent cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, *Pan.*
*in c. de monachis num.* 6. *de præb.* & ſex menſes
ad præſentandum, c. *unico §. fin. de jurepatr.*
*in* 6. Ex arbitrio vero ſolius Epiſcopi in u-
troque præmiſſo caſu tam ordinatio pres-
byteri, quam eius depoſitio, & totius vitæ
pendet converſatio, *cap.* 1. *hoc tit. in* 6. & eſt
perpetuus quocumque ſtatuto, & conſue-
tudine non obſtante, nec poteſt ab eadem
eccleſia niſi per Epiſcopum, & ex cauſa ra-
tionabili amoveri, *cap.* 1. *hoc titul. in* 6. *& ibi*
*gloſſ. fin. & Ioan. Andr. & Can.* Tertio, ex
3 donatione † epiſcopi de conſenſu capituli
cathedralis Eccleſiæ, *Clem. ſi una de reb. eccl.*
*alien.* c. *paſtoralis de donat.* quæ ſi facta ſit ſub
certa forma, non habent plus juris in Ca-
pellis, quam in donatione expreſſum eſt, c.
4 *conſtitutus de relig. domib.* ſi donavit † utro-
que jure, ſive pleno jure, c. *cum & plantare*
*§. in Eccleſiis, & ibi gl. in verb. plantare & Pan.*
*in c. quoniam num.* 3. *de privil.* tunc habebunt
ſpiritualia, & temporalia, c. *viſis, §. conſilio*
*itaque & ibi gl. in verb. tradita* 16. *quæſt.* 2. in
ſpiritualibus habebit abbas poteſtatem in-
ſtituendi vicarium, eumque deſtituendi ob
malam adminiſtrationem, vel ſimilem cau-
ſam cum cauſæ cognitione, & alia juriſdi-
ctionalia exercendi, *Pan. in c. quoniam n.* 3. *de*
*privil.* non audiet cauſam criminalem ſacer-
dotis, nec propter crimen eum amovebit,
ſed inquiret, ut Epiſcopo referat, *Archid. in*
*d. c. viſis in gloſſ ſuper verb. præſumpſerint.* quia
abbas, & minores judices cauſas criminales
clericorum non poſſunt diffinire, *dictum*
*eſt ſupra de off. ord.* de temporalibus poterit
exigere rationem, ſicut patronus Eccleſia-
ſticus, *Pan. in d. c. paſtoralis n.* 9. *de privil. Inn.*
*in c. cum ſedem ſub nu.* 5 *de reſt. ſpol. Anch. in d.*
*c. de monachis num.* 7. *de præb.* non poſſunt re-
ligioſi † convertere fructus in uſus proprios, 5
ſicut Epiſcopus, qui habet Eccleſiam pleno
jure ſubiectam, non capit fructus, pro uti-
litate propria, c. *ad aures de exceſſ. præl. Clem.*
1. *& ibi gl. in verb. ad menſam eod. tit. & ibi Pan.*
*num.* 17. *in fin. Clem. quia regulares, de ſuppl.*
*negl. præl. Late Felin. in c. auditis nu.* 4. *& ſeqq.*
*de præſcript. Pan. in d. c. paſtoralis num.* 9. *& in*
*c. quoniam num.* 3. *de privileg.* vel pleno jure
dicuntur conceſſæ Capellæ, quando conce-
duntur quoad legem juriſdictionis, & quo-
ad legem diœceſanam, *de quibus notatur in c.*
*dilectus de off ordin. & c.* 1. *de ſtat. monach.* vel ut
habeant in eis jura Epiſcopalia, quæ ſunt
tantum juriſdictionis, præter curam popu-
li, viſitationem, correctionem, procuratio-
nem, & cathedraticum, quæ in generali
conceſſione non veniunt, *Vital. in Clem.* 1.
*num.* 85. *& 86. & ſeqq. de exceſſ præl. c. cum ve-*
*nerabilis de cenſib. d. c viſis, & ibi gl. in verb. tra-*
*ditæ verſ. ſed nunquid, dictum eſt ſupra tit. proxi-*
*mo.* non ea quæ ſunt ordinis, quorum abbas
non eſt capax, *Pan. in d. c. quoniam n.* 3. *de pri-*
*vil. Anchar. in d. c. de monachis numer.* 7. *de præ-*
*ben. gloſſ. marg.* 16. *quæſt.* 2. *in ſumm.* Si dona-
verit † Capellas religioſis pleno jure in ſuos 6
uſus convertendas, poteſt Abbas ſuſtenta-
tione clericis ibidem deſervientibus ad vitæ
neceſſaria reſervata, reliquos fructus ſibi &
religioſis retinere, c. *paſtoralis de his, quæ ſi. à*
*præl. &c. Anch. in c.* 1. *circa fin. de præb. in* 6.
nec habent locum jura prohibentia veterũ
cenſum

cenſum augeri, aut novum imponi, *c. ſignifi-
cavit de cenſib.* cum omnia ſpectent ad Præ-
latum, & poſſit fructus vendere, & locare,
*Zab. in Clem. unica §. præſentatos num. 5. de ex-
ceſſ. prælat.* & monaſterium intelligitur præ-
latus Eccleſiæ, teneturque illam Eccleſiam
conſervare in ſtatu priſtino: unde ſi Eccle-
ſia erat collegiata, debet ibi ſervari colle-
gium, ſi ſolet inſtitui unus rector, ponit Vi-
carium ibi, & ſi Eccleſia ſit parochialis, cui
cura populi imminet, non poteſt deputare
aliquem ad dictam curam, niſi de conſen-
ſu, & prævio Epiſcopi examine, quia nun-
quam venit cura, niſi exprimatur, *Vital. in
Clem. 1. n. 85. in fin. de exceſſ præl. Pan. in c. paſto-
ralis n. 6. & 7. de privil. Anch. in d. c. de mona-
chis num. 5. & 6. de præb. & concordat. Concil.
Triden. c. in monaſteriis ſeſſ. 25.* & ipſum pro-
pter malam adminiſtrationem poterit re-
movere, *c. dilecta, & ibi Pan. n. 2. de maior. &
obed. c. cum & plantare §. in eccleſiis, & ibi gl.
in verb. pleno jure, verſ. ſed cum pleno de priv. &
ibi Can.* ſi vero criminaliter accuſatur, per
Epiſcopum audietur: *c. viſis 16. q. 2. Anch. in
c. de monachis ſub num. 7. de præb. & ibi Can.*
Eccleſia vero donata in proprios uſus reti-
net actiones, & jura ſua, quæ non tranſe-
unt in monaſterium, cui eſt facta donatio,
ita quod poſſint pro debitis monaſterii in-
quietari, immo creditores eccleſiæ ſic do-
natæ poterunt petere ſeparationem bono-
rum monaſterii, *Anch. in d. c. 1. in fin. de præb.*
7 *in 6.* Quod ſi Epiſcopus † ſimpliciter dona-
vit, tunc illam portionem contuliſſe vide-
tur, quam in eadem temporaliter percipere
conſuevit, forte aliquid tempore dedica-
tionis impoſitum, etſi nihil tale percipiebat,
tunc videtur donaſſe omne id, quod ſpiri-
tuali jure percipiebat in ipſa præter curam
populi, *Vital. in d. Clem. 1. n. 85. & ſeqq. de ex-
ceſſ. præl.* Cathedraticum, viſitationem, pro-
curationem, & correctionem, *c. paſtoralis
de donat. & ibi Can. c. viſis & ibi gloſſ. in verb.
traditæ verſ. ſed nunquid 16. quæſt. 2.* Quarto
poſſunt † eccleſiæ ſive Capellæ pertinere ad 8
religioſos præſcriptione, intercedente titu-
lo, vel tanti temporis intervallo, quod eius
initii non ſit memoria, cum talis præſcri-
ptio ſit contra jus, *Pan. in d. Clem. unica poſt
gloſſ. in verb. ad menſam ſub numer. 17. de exceſſ.
prælat. & Can. Anchar. numer. 16. Zab. ibidem
in §. præſentatis num. 3.* Quinto ex † privi- 9
legio, vel conceſſione Apoſtolica, *c. paſtora-
lis de privileg.* cuius tenor inſpiciendus, &
ſervandus eſt, *c. porro de privileg. c. ad audien-
tiam de decim.* quod ſi ex privilegio ad reli-
gioſos pertineant pleno jure quoad tempo-
ralia, & ſpiritualia, Epiſcopus in eis nihil
poteſt attentare, ſed inſtitutio, & deſtitu-
tio ad ipſos pertinet, habent juriſdictionem
quaſi epiſcopalem, *c. cum & plantare §. in ec-
cleſiis, & ibi gloſſ in verb. pleno jure, & in c.
quoniam de privil. Pan. in c. ſicut unire in fin. n. 3.
de exceſſ præl.* poſſunt abſolvere excommu-
nicatos in caſibus in quibus poteſt epiſco-
pus, etiamſi monaſterium, & religioſi non
ſint exempti, *Pan. in c. ſtatuimus num. 4. in fin.
de tranſact. contra Hoſtien. ibidem alleg.* Limita
primo † quia in monaſteriis virorum, ſeu 10
mulierum, quibus imminet cura perſo-
narum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de
monaſterio, vel illorum familia, perſonæ tã
regulares, quam ſæculares huiuſmodi curã
exercentes ſubſunt immediate in iis, quæ
ad curam pertinent juriſdictioni epiſcopa-
li, in cuius diœceſi ſita ſunt, nec ibi aliqui et-
iam ad nutum amovibiles deputari poſ-
ſunt, niſi de conſenſu, & prævio per epiſco-
pum examine; exceptis monaſteriis in qui-
bus abbates generales, aut ordinum capita
ſedem ordinariam principalẽ habent, atq;
aliis, in quibus abbates, aut alii regularium

ſuperiores juriſdictionem epiſcopalem, & temporalem in parochos aut parochianos exercent, ſalvo epiſcoporum jure, qui maiorem in præfata loca, vel perſonas juriſdictionem exercent, c. *in monaſteriis ſeſſ. 25.* quod decretum etiam monaſteria exempta, & privilegiata comprehendit, ſed non videtur comprehendere monaſteria, & loca nullius diœceſis, quia illa non ſunt ſita in diœceſi, nec ſunt de diœceſi, ſed ſeparatum territorium, *Felin. in c. grave nu. 2. de off. ord. Rot. diverſ. deciſ. 207. n. 2. & ſeqq. & in fin. part.*

11 2. Sexto Capellæ † ad religioſos pertinent per unionem illis, aut eorum mentis auctoritate Apoſtolica, vel epiſcopali factam, *Clem. ſi una de reb. eccl. alien. &c. dictum eſt ſupra tit. de præb. &c. §. quintus modus proviſi-*

12 *vus.* In exemptis † monaſteriis, & eorum Capellis, quod principi placet, legis habet vigorem: *gl. in ſumma 16. q. 2. dicetur inferius*

13 *in titul. de privileg.* ſi Epiſcopus † monaſterio exempto cum Capellis habitis, & habendis concedit eccleſiam, ea pleniſſimo jure pervenit ad monaſterium, etiam quoad correctionem exceſſuum, excepta cura populi ex antedictis, & ſecluſa viſitatione; maxime ſi abbas ſit negligens: tamen abbas nō deponet aliquem, nec ſuſpendet in perpetuum, niſi hoc haberet ex aliquo privilegio, *c. viſis & ibi gl. in verb. tradita 16. qu. 2. & Archid. n. 3. in verb. pleno jure.*

## *De Iurepatronatus.*

## Titulus XXXVIII.

### SVMMARIA.

1 *Iuspatronatus eſt ius ſpirituali annexum, honorificum, oneroſum & utile competens alicui in Eccleſia.*
2 *Acquiritur multis modis primo ex voluntaria non coacta fundatione.*
3 *Conſtructione.*
4 *Reædificationem pœnitus dirutæ Eccleſiæ ita ut nova indigeat conſecratione.*
5 *Congrua dotatione Eccleſiæ conſtructæ conſecratæ indotatæ.*
6 *Ad Capellam in Eccleſia patronata præſentatio ſpectat ad ipſius Eccleſiæ patronum niſi alius Capellam dotaverit, qui efficitur compatronus.*
7 *Privilegio apoſtolico.*
8 *Præſcriptione quadragenaria non quidem contra Eccleſiam liberam ſed ſi Eccleſia habet patronum tunc poteſt alius contra patronum præſcribere iuſpatronatus.*
9 *Conſuetudine.*
10 *Non acquiritur ex ſimplici donatione largitione vel legato bonorum.*
11 *Ex augmento dotis.*
12 *Ex redotatione de novo facto.*
13 *Ex privilegio & gratioſa conceſſione Epiſcopi.*
14 *Iuspatronatus eſt triplex, Eccleſiaſticum.*
15 *Laicale.*
16 *Mixtum.*
17 *Patronis non competit collatio aut diſpoſitio Eccleſiæ ſeu beneficii in quo habent iuspatronatus ſed jus præſentandi actu clericum præſentem Epiſcopo ad eccleſiam ſeu beneficium vacans per ipſum in eo reſtituendum.*
18 *Præſentatum à patrono an epiſcopus poſſit inſtituere extra diœceſim.*
19 *Præſentatio debet fieri realiter & cum effectu ſuperiori.*
20 *Poteſt fieri per literas ſeu Inſtrumentum publicum.*
21 *Infra quatuor menſes ſi patronus eſt laicus licet ſuperior eam non admittat.*
22 *Per negligentiam patroni devolvitur poteſtas*

*ſtæ ad inferiorem prælatum Epiſcopo ad quem pertinet jus inſtituendi jure ſpeciali vel ad Epiſcopum qui habet ſex menſes à die devolutionis ad conferendum.*

23 *Patronus laicus poteſt plures ſimul præſentare ac etiam ex intervallo accumulative poteſt variare ſemel tantum.*

24 *Ex pluribus præſentatis poteſt epiſcopus uni gratificari omnibus exiſtentibus paribus, alias potior eſt præferendus.*

25 *Præſentato poſt acceptationẽ quæritur jus ad beneficium quando unus eſt præſentatus.*

26 *Quid juris eſt ſi Deo pluresve ſint præſentati.*

27 *In conventuali eccleſia electioni prælati factæ, patroni laici poſtulatur aſſenſus.*

28 *Patronus laicus poteſt inquirere de ſtatu Eccleſiæ & vita clericorum extrajudicialiter &c.*

29 *Se opponere, ne novæ alienationes fiant.*

30 *Debetur ei honor præceſſionis & ſi ad inopiam vergat ab Eccleſia ei modeſte ſuccurritur.*

31 *Habet jus defendendi Eccleſiam nõ vacantẽ.*

32 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra fundationem aut eam immutare ſine conſenſu patroni.*

33 *Summus pontifex juri patronatus laicorum poteſt derogare, ſed non ſolet in totam derogare.*

34 *Pro medietate ſolet ei derogare.*

35 *Certis caſibus, hic annotatis Papa derogat in totum.*

36 *Certis caſibus, mentio juriſpatronatus non eſt neceſſaria in proviſione Papæ.*

37 *Legatus à latere non poteſt conferre beneficia ſpectantia ad præſentationem laici.*

38 *Beneficia juriſpatronatus laicorũ non cõpræhenduntur ſub regulis reſervatoriis aut ſub generali reſervatione beneficiorum.*

39 *Excipe ſi juſpatronatus competit laicis ex privilegio apoſtolico aut præſcriptione vel conſuetudine.*

40 *Patronus eccleſiaſticus præſentat unum infra ſex menſes nec poteſt plures præſentare ſimul aut ex intervallo.*

41 *Cuſtodia Eccleſiarum vacantium pertinet ad eum Excepta cuſtodia parochialis Eccleſiæ vacantis.*

42 *Præſentatus debet ei rationem reddere adminiſtrationis temporalium.*

43 *Si imponitur collecta Epiſcopo de per ſe & patronis clericis de per ſe, clerici eccleſiæ patronatæ, contribuent cum patronis.*

44 *Præſentans non idoneum privatur ea vice.*

45 *Summus Pontifex & legatus à latere ſuo jure conferunt beneficia juriſpatronatus eccleſiaſtici.*

46 *Comprehenduntur ſub generali reſervatione & ſub regulis reſervatoriis.*

47 *Iuriſpatronatus mixto derogatur in totum, de eo debet fieri mentio, beneficia hujuſmodi non compræhenduntur ſub regulis reſervatoriis aut generali reſervatione, & legatus à latere non confert.*

48 *Præſentatione à laico infra quadrimeſtre, aut à clerico infra ſex menſes facta ſi Epiſcopus vel alius habens inſtituere infra ſex menſes non inſtituat quid juris ſit.*

49 *Patroni ſive laici ſive clerici non poſſunt ſeipſos præſentare ad vacantem Eccleſiam nec immediate per ſe nec mediante procuratore conſtituto poſtquam beneficium vacavit.*

50 *Limitatur dicta regula tribus modis.*

51 *Collatio ordinariĳ infra tempus ad præſentandũ à jure conceſſum valida eſt ſi patroni infra dictum tempus non contradicant. Si contradixerint eſt nulla ipſo jure.*

52 *Collatio Papæ cum narrativa quod beneficium ſit juriſpatronatas laici ſi non ſit obtenta derogatio vel obtenta ſit, ſed invalida non valet nec reconvaleſcit ſi patronus intra tempus non præſentat.*

53 Patroni plures quando ipſi habent præſentaut collegium debent omnes convenire & ad actum præſentationis.

54 Quando præſentant ut ſinguli poteſt quisque per ſe præſentare, vel aliqui eorum aliis non vocatis.

55 Si unus ex pluribus patronis præſentaverit, valet præſentatio quando veniunt ex eodem jure, ſecus ſi veniunt ex diverſo jure.

56 Ex pluribus hæredibus unius patroni qui habent unam vocem quilibet iſtius vocis habet unam partem & ſuum votum diviſum poteſt exprimere.

57 Patronis diſcordantibus ille præficitur ſi ſit idoneus qui plurium patronorum voces habuerit aut ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poteſt Epiſcopus ordinat Eccleſiam.

58 Patronatæ Eccleſiæ ordinatio & inſtitutio ſi propter litem & controverſiam differatur ſervandæ eſt diſtinctio hic annotata.

59 Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur ex unico actu præſentationis & inſtitutionis cum bona fide quæ ſortitæ fuerint ſuum effectum.

60 Iuspatronatus antiquum difficillimum eſt probatu.

61 Concilium Tridentinum derogat titulo privilegij præſcriptionis conſuetudinis & alterius cujuſcunque juriſpatronatus aliter acquiſiti quam ex fundatione, conſtructione, dotatione ideo & ut quaſi poſſeſſio poßit ſuffragari & docendum de legitimo titulo tam in petitorio quam in poſſeſſorio etiam manutenſionis & ſpolij niſi ordinarius cauſa cognita ſemel approbaverit juriſpatronatus & inſtituit præſentatum.

62 Iuriſpatronatus antiquum quomodo probetur.

63 Dato ſtatu juriſpatronatus beneficij præſumitur ex fundatione ſeu dotatione etiam in parochianis & aliis in agnatibus potentibus per tempus immemorabile.

64 Concilium Tridentinum in perſonis familia potentibus ac univerſitatibus etiam parvis ultra probationem immemorabilis requirit aliam probationis ſpeciem per ſcripturas authenticas de continuatis præſentationibus per ſpatium quinquaginta annorum quæ omnes ſortite fuerunt effectum.

65 Obtentorum expreßio non eſt neceſſaria in præſentatione & inſtitutione.

66 Præſentati à patronis inſtitutio non debet fieri juxta diſpoſitionem c. fin. de elect. in 6.

67 A patronis nominatus ſi ante præſentationem aut etiam præſentatus ſi ante Inſtitutionē tanquam beneficiatus accipit poſſeßionem vel adminiſtrat in divinis incidit in pœnam c. avaritiæ de elect. in 6.

68 Iuriſpatronatus cauſa eſt profana ad effectum concedendi remiſſoriam in prima inſtantia, extra hunc caſum eſt connexa ſpiritualibus cauſis.

69 Iuſpatronatus transfertur ſucceßione.

70 Si plures ſint hæredes, eſt apud quemlibet in ſolidum licet ſint hæredes pro inæqualibus quotis, quoad quemlibet ejus effectum præter ſacerdotis præſentationem quæ eſt apud omnes pro parte.

71 Non poteſt dividi inter hæredes neque uni hæredem adjudicari.

72 Poſſunt libere ſine Epiſcopi authoritate convenire ut alterius vicibus præſentent.

73 Si adhæret caſtro, villo, aut comitatui, tranſit in hæredem abſque alia corporali apprehenſione.

74 Secundo, transfertur donatione.

95 Tertio, permutatione.

76 Quarto, transfertur cum univerſitate ſine authoritate Epiſcopi cujus vel plenum vel

utile

*utile tranſit dominium quando talis eſt res*
*quæ ſine expreſſione ſigni univerſalis uni-*
*verſitatem in ſe continet.*

77 *Decimæ & alia jura ſpiritualia non tranſ-*
*eunt cum univerſitate niſi talis ſit quæ in*
*ſe habet & temporalia & ſpiritualia*
*jura.*

78 *Patronus quibus modis privetur jurepatro-*
*natus.*

IN præbendis, dignitatibus, & Capellis ſæ-
pius fit inſtitutio ad præſentationem pa-
troni; ideo tractandum eſt de jure patro-
1 natus, quod eſt † jus ſpirituali annexum, *Pan.*
*in c. quantum num. 3. in fin. & num. 4. de judic.*
*c. de jure hoc tit.* honorificum, onerosum, &
utile competens alicui in eccleſia, *Pan. in*
*rub. hujus tit. & Can. communiter*, ut patebit
2 ex infra dicendis, acquiritur † multis mo-
dis; ex voluntariis, non coactis, *Lambert. de*
*jurepatr. 6. & 7. art. 4. part. princip. 1. part. lib. 1.*
*arg. l. nam quod §. qui compulſus ff. ad Trebell.*
fundatione eccleſiæ, quia fundum ad eam
ædificandum dedit; *c. nobis §. fin. hoc tit. c.*
*abbatem el. 2. 18. q. 2. piæ mentis, & c. ſeq. 16. qu.*
3 7. & conſtructione † eccleſiæ abſque dota-
tione; *c. monaſterium 16. qu. 7. c. nobis in prin.*
*h. tit. Rot. diverſ. deciſ. 331. in fin. part. 2.* & reæ-
4 dificatione † penitus dirutæ eccleſiæ; ita ut
nova indigeat conſecratione: *gloſſ. 1. in c. 3.*
*hoc tit. Roch. de Curt. de jurepatr. in verb. con-*
*ſtruxit num. 12. Rot. diverſ. deciſ. 178. part. 1. &*
*deciſ. 269. num. 2. part. 2.* nam jus quæſitum
ex ſola conſtructione eccleſiæ perditur, ſi
eccleſia ruat, & primus conſtructor deſinit
eſſe patronus: *l. quid tamen ff. quib. mod. uſufr.*
*amitt. Pan. in c. quoniam tum. xj. poſt gloſſ. hoc*
5 *tit. & ibi Can.* & congruat † dotatione ec-
cleſiæ conſtructæ, & conſecratæ, & indota-
tæ, *Pan. in c. quoniam num. xj. hoc tit. & ibi Can.*
*Roch. de Curt. de jurepat. in verb. & dotavit in*
*Summa in Decretal.*
*2. quæſt. Rot. diverſ. deciſ. 528. num. 2. part. 1.*
quando non poteſt haberi recurſus contra
eum monitum, & requiſitum, qui eccleſiam
conſtruxit, vel conſecrari fecit: *Pan. in c. ad*
*audientiam el. 1. num. 5. de eccleſ. ædif. vel repar.*
*c. cum ſicut de conſecr. eccl. vel alt. & jurib. pro-*
*xime alleg. late Garc. de benef. part. 5. c. 9. à nu.*
*36. uſque ad num. 71.* requiritur conſenſus E-
piſcopi pro eccleſia fundanda, conſtruen-
da, reædificanda, dotanda, & ſine eo non
quæritur juspatronatus, *Pan. in c. cum olim 2.*
*ſub num. 9. de privil. c. nobis in princ. hoc tit.*
*Garc. de benef. part. 5. c. 9. num. 71. & ſeqq.* ſed
alius Epiſcopi conſenſus non requiritur ſu-
per jurepatronatus, *c. nemo 1. de conſecr. diſt.*
*1. c. nobis, & ibi Can. hoc tit. c. frigentius c. filius*
*16. quæſt. 7. Rot. deciſ. 5. hoc tit. in antiq. & di-*
*verſ. deciſ. 222. nu. 3. part. 1. & deciſ. 85. per to-*
*tam part. 2.* Præſentatio † ad Capellam in ec- 6
cleſia patronata ſpectat ad patronum ipſius
eccleſiæ, *Felin. in c. cum venerabilis n. 38. de ex-*
*cept. Rot. dec. 15. & dec. 16. h. t. in antiq.* niſi alius
Capellam, vel altare exiſtens in eccleſia do-
taverit, qui efficitur compatronus, *late Pa-*
*riſ. conſ. 35. vol. 4. Pan. in c. ad audientiam el. 1.*
*num. xj. de eccleſ. ædif. Pan. in c. cum eccleſia vul-*
*terana num. 8. in fin. de elect. Fel. in c. cum vene-*
*rabilis ſub num. 8. verſ. adde de except.* ex ea-
dem, vel diverſa cauſa plures poſſunt eodem
tempore eſſe patroni ejuſdem eccleſiæ, vel
beneficii: *Pan. in c. quoniam ſub num. xj. hoc*
*tit.* Præterea acquiritur juspatronatus ex † 7
privilegio Apoſtolico, quod nemo, niſi ec-
cleſiam, beneficium, aut Capellam de novo
fundaverit, & conſtruxerit, ſeu jam ere-
ctam, quæ ſine ſufficienti dote fuerit, de ſuis
propriis, & patrimonialibus bonis compe-
tenter dotaverit, impetrare aut obtinere
poteſt aut debet, & reſervanda eſt in caſu
fundationis, aut dotationis inſtitutio Epi-
ſcopo, & non alteri inferiori; *c. nemo ſeſſ.*

14.*cap.piæ mentis,& cap. ſeq.* 16.*qu.*7.ex aſ-
ſignatione ratæ decimarum pro congrua
non acquiritur iuſpatronatus, quia neceſ-
ſitas reſtitutionis eccleſiæ parochiali, quæ
ad ipſam ſpectabant, excludit omnem li-
beralitatem, *l. rem legatam in fin.ff.de adim.*
*leg ſi ſeruo ff.de hæred. inſtit. Greg.* 15. *deciſ.*
397. Patronatus ex privilegio tantam
ſunt ſublati, nec non facultates, & privi-
legia nominandi, eligendi, præſentandi ad
beneficia cum vacant, exceptis patronati-
bus ſuper cathedralibus eccleſijs compe-
tentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperato-
res, & Reges, alioſque ſubiimes, ac ſupre-
mos principes pertinent, & quæ in favo-
rem ſtudiorum generalium ſunt conceſſa:
*c.ſicuti §.reliqui ſeſſ.*25.*Garc.de beneſ.* cap. 9.
*part.*6.*numer.*115.*& ſeqq.vſque ad num.*122.
*Greg.*15.*deciſ.*397.*numer.*3.*& ibi late annot.*
*Conz.ſuper reg.de menſ.& alter.gloſſ.*18.*num.*
19.*& plur.ſeqq.* Item acquiritur præſcripti-
8 one † quadragenaria, non quidem contra
eccleſiam liberam, ſed ſi eccleſia habet pa-
tronum, laicum, *Pan.poſt.Ioan.Andr.in c.que-*
*relam num.* 9. *de elect. atteſtans ita ſeruari in*
*practica, licet ipſe aliter ſentiat. Rot. diuerſ. de-*
*ciſ.*229.*&* 407.*num.*1.*part.*1 *Lambert de iu-*
*repatr.art.*5.*xj q.princ.*2.*part. lib.*1. ſive ec-
cleſiaſticum, aut eccleſiam, & laicum in
communi; *Lambert.de iurepatr.art.* 6.*xj.qu.*
*princ.*2 *part. lib.*1. tunc poteſt laicus contra
9 patronum præſcribere iuspatronatus; ac †
conſuetudine, c.*dilectus & ibi Pan.num.* 3.*&*
*Can. de off. ord.* quale etiam iuspatronatus
per Conc. Tridentinum eſt ſublatum: *c.*9.
*§.reliqui ſeſſ.*25.*Gonz.ſuper reg.Canc.de menſ.*
*& alter gl.*18.*n.*18.*vſque ad n.*32. ex ſimplici
10 † donatione, 10, largitione, vel legato bo-
norum non acquiritur iuspatronatus, niſi
donatio, legatum, vel largitio bonorum ex-
preſſe fiat pro dote, *Pan.in c.quoniam nu.*10.
*hoc tit.* & hæres legantis acquirit iuspatro-
natus, ſi legatum ſponte ſoluit, ſi cogatur à
indice non habet iuspatronatus: *Rot. diuerſ.*
*dec.*167.*part.*2.*plures cumulans Lambert.de iu-*
*repatr.part.*1.*q.*4.*art.*7.*lib.*1. *Paul.de Cittad.*
*in.de iurepatr.cauſ.*1.*q.*22.*n.*55. ex augmen-
to † dotis non acquiritur iuspatronatus, 11
*Lambert.de iurepatr.* 2. *art.* 6. *q. princ.*1.*part.*
*libr.*1.*Roch. de Curt. in verb. & dotauit q.*3.*de*
*iurepatr.Garc.de beneſ.part.*5.*c.*9.*nu.*122.*vſ-*
*que ad nu.*128. ideo iuspatronatus ex aug-
mento dicitur iuspatronatus ex priuilegio,
ex cauſa oneroſa conceſſo, *Card. Seraph.de-*
*ciſ.*518.*Rot.Farin.deciſ.*58.*part.*1.*num.*5.*&* 6.
quod non cadit ſub revocatione Canc. Tri-
dentini, *Card.Seraph.deciſ.*499.*in fin.Gabr.*
*conſ.*195.*vol.* 1. quia Concilium ſubijcit ex-
amini, & reviſioni ordinarij iuspatronatus
conceſſum ex augmento à 40. annis citra:
c.*ſicuti §.ſimiliter ſeſſ.*25. *Greg.* 15. *deciſ.* 397.
*in fin.& ibi late annot.Garc.de beneſ. part.*5.*c.*
9.*num.*120. *& ſeqq.* ex redotatione † de no- 12
vo facta non acquiritur iuspatronatus, ni-
ſi doceat redotans primam dotam fuiſſe re-
ductam de eſſe ad non eſſe, *Zab.in c. quoni-*
*am contra in* 1.*quæſt.hoc tit.* Gonz. *ſuper reg.de*
*menſ.& alter.gloſſ.*18.*ſub num.*53.ac Staphyl.
*in tract.de litt.grat.tit.de mod.& form.impetr.*
*§.de iuriſpatronatus prærogatiua ſub num.*3.di-
cit, quod Epiſcopus ſeu alius inferior præ-
latus citra Papam non poteſt concedere lai-
co iuspatronatus in eccleſia conſecrata, ne-
que Capella, quia eſſet imponere ſervitu-
tem rei ſacræ, quod eſt prohibitum: *l. ſer-*
*uitutes §.fin.ff. de ſeruit.* ex priuilegio † ve- 13
ro, & gratioſa conceſſione Epiſcopi nullo
modo acquiritur iuspatronatus, *c.*2.*de reb.*
*eccl.alien. vel non in* 6. *Roch. de Curte de iure-*
*patr.in verb.pro eo quod de diœceſani conſenſu*
*numer.*34.*Garc.de beneſ.part.*5.*c.*9.*num.*128.
*& ſeqq.*

14 Iuspatronatus eſt † triplex, Eccleſiaſti-
cum, quando clericus habet illud nomine
eccleſiæ ſuæ, *Pan. in c. eam te in fin. hoc tit. c.
fin. §. 1. & 2. de præb. in 6. Gonz. ſuper reg. de
menſ. & alter gloſſ. 18. nu. 2. uſque ad num. 18.*
ſeu quando ipſa eccleſia, vel Collegium re-
ligioſum, *d. c. de præben. in 6. c. cum autem hoc
tit.* etiam benignarum habet jus patronatus,
*c. unico §. fin. hoc tit. in 6. Rot. deciſ. 8. hoc tit. in
antiq.* vel quando præſentat clericus, *d. c. fin.
de præb. in 6. & ibi not.* vel quando eccleſia
fundata, dotata, aut conſtructa eſt ex red-
ditibus, aut bonis eccleſiaſticis, *c. 3. de eccl.
ædif. c. Apoſtolicos, & ibi gloſſ. pen. & Can. 12.
quæſt. 2. Felin. in c. cum venerabilis ſub num. 37.*
15 *verſ. 5. caſus de except.* Laicale, † quando lai-
cus, vel clericus nomine ſui patrimonii ec-
cleſiam fundavit, conſtruxit, dotavit, *c. cum
dilectus §. nos igitur attendentes hoc tit. & ibi
Can. Clem. plures & ibi gloſſ. in verb, præſen-
tare, & Pan. in c. eam te in fin. eod. Collect. in c.
ex inſinuatione num. 1. & 2. eod.* vel quando
præſentat laicus, etiamſi teneatur præſenta-
re cum Conſilio perſonæ eccleſiaſticæ, quia
licet teneatur requirere Conſilium, tamen
non tenetur ſequi: *Put. deciſ. 494. libr. 2. Rot.
deciſ. 79. de reſcript. in antiq. c. 1. §. cum vero
& ibi gloſſ. in verb. aſſenſu, & §. fin. & ibi gloſſ.
in verb. cum Conſilio, ne ſed. vac. & c. in 6. c. cum
olim de arbitr. & ibi not. c. cum in veteri de elect.
& utrobique Canoniſt. l. quidam §. 1. & l. Ti-
tium ff. de admin. tut.* Iuspatronatus tale
præſumitur, qualis eſt perſona quæ poſſi-
det, & cum quaſi poſſideatur à laicis, præſu-
mitur laicale, etiamſi ſit ex fundatione, vel
dotatione presbyteri, *c. ſint manifeſta, & ibi
gloſſ. in verb. probantur in fin. 12. quæſt. 1. gloſſ.
fin. in c. 1. 12. quæſt. 5. Mohed. deciſ. 9. Creſc. de-
ciſ. 9. & Achill. deciſ. 1 hoc tit. Gonz. ſuper regul.
de menſ. & alter. gl. 18. num. 107. & ſeqq.* quan-
do clericus eſt in poſſeſſione, tunc occurrit
quæſtio, an cenſeatur acquiſitum ex bonis
eccleſiæ, vel patrimonii, *Mohed. d. deciſ. 9. hoc
tit. Lambert. de jure patr. in 8. art. 1. quæſt. princ.
1. part. libr. 1. num. 17. per c. conſultationibus
hoc tit.* Mixtum eſt † quod eſt ſimul clerico- 16
rum, & laicorum, & aſſumit naturam eccle-
ſiaſtici, *gloſſ. fin. in c unico §. fin. hoc tit. in 6. &
ibi Can. Panor. in c. cum propter in fin. hoc tit.*
quando ſunt contemplatæ perſonæ tam lai-
corum, quam clericorum, alias patronatus
confraternitatibus laicalibus competens
dicitur laicale, etiamſi in tali confrater-
nitate ſint aliquæ perſonæ eccleſiaſticæ,
dummodo non ſint contemplatæ earum
perſonæ, *Bald. in l. ſi quis ad declinandum §.
in omnibus num. 19. C. de epiſc. & cler. Felin. in
tract. quan. litt. Apoſt. noc. patr. eccleſ. ſub 4. li-
mit. Rot. diverſ. deciſ. 574. numer. 6 & ſeqq.
part. 1. Covarr. pract. quæſt. cap. 36. nu-
mer. 8.*

Patronis non † competit collatio, provi- 17
ſio, aut diſpoſitio eccleſiæ, ſeu beneficii, in
quo habent juspatronatus, ſive ſint laici, *c.
illud c. conſuluit. c. cum laici hoc tit.* ſive ſint
clerici, *c. fin. hoc tit.* nec poſſunt pro arbitrii
ſui temeritate, aut cupiditate presbyteris
dare, aut auferre eccleſias, ſeu beneficia, *c.
laici, c. inventum. 16. quæſt. 7. facit Navar.
conſ. 9. de off. ord.* ſed competit jus præſen-
tandi non laicum, *c. 2. de inſtit. Alph. Ho-
jed. de benef. comp. part. 1. c. fin. num. 72.
Garc. de benef. part. 7. c. 1. num. 28. & ſeqq.* ſed
actu clericum præſentem corporaliter, ſeu
perſonaliter, *Pan. in c. ea noſcitur ſub num. 3.
de his, quæ fi. à præl. & c. Pan. in c. cum parati
num. 5. de appell. gloſſ. in clem. dudum in verb.
præſentari de ſepult. Garc. de benef. part. 4. c. 1.
num. 15. & ſeqq. Greg. 15. deciſ 34.* epiſcopo,
ad eccleſiam ſeu beneficium vacans de jure,
& de facto, *d. c. illud hoc tit.* vel vacans de jure
tantum, *Rot. deciſ. 9. hoc tit. in antiq. arg. c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licet epiſcopus de præb. in 6. per ipſum in eo in-
ſtituendum, d. c. illud, & ibi Pan. in 2. not. nec
licet ex decreto Conc. Tridentini patrono
cuiuſvis privilegii prætextu aliquem ad be-
neficia ſui juriſpatronatus, niſi epiſcopo lo-
ci ordinario, ad quem proviſio, ſeu inſtitu-
tio ipſius beneficii ceſſante privilegio jure
pertineret, quoquo modo præſentare, alias
præſentatio, & inſtitutio forſan ſecutæ nul-
læ ſunt, c. non licent ſeſſ. 14. Pan. poſt Innoc. in
d. c. ad audientiam num. 13. de eccl. ædif. Pan. in
c. nobis num. 5. hoc tit. Lamb. de jurepatr. 4. art.
4. qu. princip. 2. part. 2. lib. Epiſcopus præſen-
18 tatum † à patrono extra diœceſim non pot-
eſt inſtituere, contradictore apparente, quia
tunc inſtitutio requirit cauſæ cognitionem:
Pan. in c. novit n. 5. de off. leg. Anch. in c. fin. in
fin. de off. vic. in 6. contradictore non appa-
rente eſt juriſdictionis voluntariæ. Lamb. de
jurepatr. lib. 2. part. 3. art. xj. n. 7. GonZal. ſuper
reg. Cancell. de menſib. & alter gl. 62. n. 8. Garc.
de benef. part. 5. c. 8. num. 141. & ſeq. Inferio-
ri prælato inſtitutio poteſt competere ex
ſtatuto, vel de conſenſu epiſcopi in ipſa fun-
datione, Pan. in c. nobis ſub num. 5. de jurepatr.
& in c. cum dilectus num. 4. & 5. & ibi Can.
communiter de conſuet. aut jure particulari
privilegii, vel præſcriptionis, accumulative,
aut inſolidum, vel ſimul cum epiſcopo vel
privative quoad Epiſcopum, ut latius perſe-
quitur Lambert. de jurepatr. 7. artic. 4. quæſt.
princ. 2 par. 2. lib. Lap. alleg. 78. Patroni con-
ferentes beneficia ſunt excommunicandi,
c. præterea hoc tit. ipſa collatio eſt nulla, &
ea non obſtante poſſunt præſentare, c. illud
c. cum laici c. fin. hoc tit. Clerici qui occa-
ſione laice conceſſionis non requiſita Epi-
ſcopi audientia beneficia ſibi vēdicant ſunt
excommunicandi, & ſi commoniti ea non
reſignaverint ab officio & beneficio depo-
nuntur, c. præterea 2. c. relatum hoc tit. & licet
gloſ. in d. c. relatum dicat pœnas c. ſi quis dein-
ceps & c. ſi epiſcopus 16. qu. 7. hodie non impo-
ni, tamen in Germania ex concordato ini-
to inter Calyxtum Papam 2. & Henricum
Imperatorem quartum ultimo dicta Iura
eorumque pœnæ obſervantur. Præſenta-
tio † debet fieri realiter, & cum effectu ſu- 19
periori, ad quem ſpectat collatio vel inſti-
tutio, & non ſufficit nominatio vel electio
præſentandi, Io. Andr. in c. fin. nu. 3. & ibi Pan.
n. 4. & 5. tradit formam præſentationis hoc tit.
& in c. unico in verb. ad præſentandum eod. in
6. Achil. deciſ. 2. hoc tit. aut præſentatio no-
minati facta epiſcopo ad examinandum,
quando collatio aut inſtitutio pertinet ad
inferiorem, Garc. de benef. par. 10. c. 3. nu. 6.
& ſeqq. poteſt fieri † per literas, c. ea noſcitur 20
de his quæ fiunt à prælat. & ibi gl. in verb. literas
Can. faciunt c. 1. 2. & 3. 64. diſtincte. ſive po-
tius per inſtrumentum publicum, quod
continere debet teſtes & locum loci, Garc.
de benef. par. 8. c. 4. numer. 51. & ſeqq. l. inſtru-
menta C. de probat. l. contractus C. de fid. inſtrum.
& ibi DD. quod ſufficit ei ad quem pertinet
inſtitutio præſentari, realiter & vim effe-
ctu; Rot. deciſ. 3. hoc tit. in nov. Io. Andr. in c.
fin. n. 3. hoc tit. c. 1. & ibi Archidiac. in verb. præ-
ſentatio de præb. in 6. Io. And. in c. unico ſub nu.
5. in verb. ad præſentandum hoc tit. in 6. Clem. 1.
§. præſentatos & ibi gloſſ. Zab. & Can. de ex-
ceſſ. prælat. ſi patronus ſit laicus infra † qua- 21
tuor menſes, c. unico §. fin. hoc tit. in 6. licet
ſuperior eam non admittat; quia tempus
præfixum eſt præſentationi, Rot. deciſ. 4.
hoc tit. in nov. Pan. in c. paſtoralis hoc tit. num. 6.
& ibi Can. qui currunt patrono non à tem-
pore, quo eſt vacatio beneficii ſed à tempo-
re ſcientiæ patroni, Clem. cum ei quem in fine
de conceſſ. præb. & Rot. deciſ. 1. hoc tit. in antiq.
aliter ſentient reprobatur per Caputaq. dec. 248.
par. 3. Roch. de curt. in trat. de jurepat. in verb.
honori;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*honorificum qu.*27.*Lap. alleg.*78.*nu.*12.*& ibi*
*addit.* vel à tempore quo ſcire potuit & de-
buit, c. *licet de ſupp.neg.prælat.l.fin.ff. quis or-*
*do in bon.poſſ.ſer.&c.circa princip. Rot.deciſ.*7.
*de præbend.in antiquior.Garc.de benef.par.*10.
*c.*2.*à num.*34. *uſque ad finem plures cumu-*
*lans*, poteſt epiſcopus tempus præſentandi
prorogare patronis laicis, & eccleſiaſticis,
ut melius deliberent ſine aliqua cauſa, *Cre-*
*ſcent.deciſ.*11.*&* 12.*de dilat. Pan. in c.cum*
*ſit Romana num.* 11. *verſ. adverte & ſeqq. de*
*appell.l.qui pro tribunali ff.de re jud.& ibi Bart.*
*num.*11.*& DD.* quando in beneficio poſuit
œconomum temporalem, c. *cum vos de off.*
*ord. & ibi Can. Creſcent. d. deciſ.* 12. *de dilat.*
probatur præſentatio per aſſertionem epi-
ſcopi factam in literis inſtitutionis, *Rot. de-*
*ciſ.* 11.*de jurepat. in nov. c.ura & ibi poſt gloſſ.*
*Can.*11.*quæſt.*3.*c. poſt ceſſionem & ibi gloſſ. &*
*Can.de prob.Garc.de benef.par.*8.*c.*4.*num.*39.
*& ſeqq. & numer.*48. *&* 49. *limitat.* 2. *mod.*
22 quod ſi per negligentiam † patroni devol-
vitur poteſtas ad inferiorem prælatum epi-
ſcopo ad quem pertinet jus inſtituendi iure
ſpeciali, *Clem. unica & ibi gloſſ. in verb. diſpo-*
*ſitionem de ſupp. negl.prælat. & ibi Can. Pan. in*
*c.nulla num.*14. *& ibi Can. de conceſſ. præb.* vel
ad piſcopum, habet ſex menſes à die devo-
lutionis ad conferendum hoc beneficium,
poteſtque unico actu proviſionis ſe expedi-
re, *Pan. in c. cauſam quæ ſub numer.*6.*de elect.*
23 laicus † patronus poteſt plures ſimul ad va-
cantem eccleſiam per vota alternativa aut
alias eo modo præſentare perſonas, quod
una ex eis eligi per epiſcopum valeat & ad-
mitti, *Clem.*2.*in fine & ibi gloſſ in verb.præſen-*
*tare hoc tit.& ibi Can. Io.And. in c.* 2. *de elect.*
*in* 6. ac etiam ex intervallo accumulative ita
quod non in toto recedat à prima præſen-
tatione, poteſt variare ſemel tantum & pro
prima vice & non pluries, *Fel. in c.omnes le-*
*ges n.*12.*diſtinct.*1.*Cald.conſ.*16.*hoc tit. Tiraq.*
*in l. boves §.hoc ſermone n.*25.*ff.de verb.ſignif.*
*Garc.de benef.part.*5.*c.*9.*§.*1.*n.*111.*& ſeqq.*
*uſq; ad num.*122. & ex pluribus † præſenta- 24
tis poteſt Epiſcopus uni gratificari, *c. quod*
*autem c.cum autem hoc tit. Menoch. de arbitr.*
*jud.caſ.*255.*lib.*2.*cent.*3. omnibus exiſtenti-
bus paribus, alias potior eſt præferendus;
*Pan.in d.c.cum autem numer.* 45. *& ſeq. Caſ.*
*deciſ.*1.*n.*9.*hoc tit.* Pauperior idoneus præfe-
rendus eſt diviti magis idoneo, *Late Lambert.*
*de Iurepat. in* 3. *art.* 5. *qu.princ.*3.*part.*2.*lib.*
*Caſ. dec.*1.*nu.*10. *hoc tit.* Præſentato † poſt 25
acceptationem quæritur jus ad beneficium,
quando unus ſolus eſt præſentatus, c. *cum*
*Bertholdus & ibi gloſſ. in verb. adverſus de re*
*jud. c.paſtoralis hoc tit, Rot. deciſ.* 17. *de præb.*
*in nov.* Quando duo † pluresve ſunt præſen- 26
tati tunc neutri jus ad rem eſt quæſitum, li-
cet omnes in communi habeant jus & actio-
nem, ut unum ex eis Epiſcopus inſtituat, c.
*cum autem hoc tit. Pan. in d. c. cum Bertholdus*
*num.*9.10. *& ſeqq.* Item neutri jus quæritur
ad beneficium quando unus eſt præſenta-
tus à quibuſdam patronis, alius ab aliis, in
æquali & pari numero, nam ut unus dicatur
habere jus ab beneficium requiritur maior
pars patronorum & vocum, *Ioan.de Anan. in*
*d.c.cum autem n.*2.*& Can.Garc.de benef. part.*
4.*c.*3.*n.*11.14.*& ſeqq.* In conventuali † Ec- 27
cleſia non electioni prælati faciendæ, ſed
jam factæ honeſtius patroni poſtulatur aſ-
ſenſus, & poteſt excipere contra ipſum ſi
non ſit idoneus, c.*nobis hoc tit.& ibi poſt gl.*
*in verb.honeſtius Can.c.cum terra c.ſacroſancta*
*de elect.& utrobique Can.* Niſi habeat privi-
legium Apoſtolicum, quod partes ſuas in-
terponere debeat electioni tractandę, c.*hinc*
*eſt etiam* 16.*qu.*1.*d.c.nobis & ibi gloſſ. in verb. de*
*ſua & Pan.n.*9.*&* 10. vel præſentare, *Mohed.*
*deciſ.*10.*n.*2. *h.t.c.nobis h.t. & ibi gl.in verb.de*

*ſua & Can.* c.*Eleutherius & ibi gl.*1.*& Can.*18.
*q.*2.c.*hinc eſt* 16.*q.*1. Secundo, Patronus lai-
28 cus poteſt inquirere de ſtatu Eccleſiæ † &
vita clericorum extrajudicialiter, & ſi re-
perit aliquid corrigendum denunciare epi-
ſcopo, c.*filiis & c.ſeq.*16.*q.*7. Tertio, poteſt
29 ſe opponere † ne novæ alienationes fiant, *d.*
30 *c.filiis.* Quarto, debetur ei honos † præceſ-
ſionis, & ſi ad inopiam vergat ab eccleſia illi
modeſte ſuccurritur, habito reſpectu ad fa-
cultates Eccleſiæ & ad qualitatem perſonæ
patroni, *d.c.nobis* § *fin.& ibi gl. pen. hoc tit. &*
*Can.*c.*quicumque* 16. *q.*7. Quinto, habet jus
31 † tuendi & defendendi Eccleſiam non va-
cantem expenſis ipſius eccleſiæ, *Pan. in* c. *in*
*quibuſdam ſub n.*1.*verſ.in gl.*1.*de pœnis.*& ideo
advocatus dici poteſt, c.*cum autem hoc tit.d.*
c.*quicumque* 16. *qu.* 7. vacantis non habet
cuſtodiam ſed epiſcopus ponit œconomũ,
vel cuſtodia erit penes illum ad quem perti-
net inſtitutio, c.*cum vos & ibi Pan.de off.ordin.*
Hinc verſus.

*Patrono debetur honos, onus, emolumentum,*
*Præſentet, præſit, defendat, alatur Egenus.*

32 Epiſcopus non poteſt diſpenſare † contra
fundationem vel ipſam immutare, vel con-
tra eam venire ſine conſenſu patroni vel
eius hæredis; de conſenſu vero eorum pot-
eſt pro una vice inſtituere in beneficio non
habentem qualitates in fundatione requi-
ſitas. *Felin.in* c.*cum acceſſiſſent ſub numer.* 17.
*verſ. & per hoc dicitur & num.ſeqq.de conſtit.*
*Garc.de benef.par.*7.c.1.*num.* 102.*& plurib.*
*ſeqq.referens contrarias opiniones.* Sexto ſum-
33 mus Pontifex juripatronatus † laicorum
poteſt derogare hoc expreſſo, ſed non ſolet
in totum derogare, *Clem.* 2. *& ibi gloſſ. in*
*verb. Apoſtolicis & Can. de præb.* c. *dilectus de*
*off.leg.& ibi Pan. num.* 4. *& Can.* c. *cum dile-*
*ctus & ibi gloſſ.in verb. præſentare & Pan.num.*
11.*hoc tit.Covar.pract.qu.*c.36.*ubi latiſſime*
*tractat. de jurepat. laic.* ex ſola narratione
quod beneficium ſit juriſpatronatus laico-
rum non cenſetur patronis præjudicatum,
*Cæſ.deciſ.*3.*num.*6. *&* 7.*de reſcript. poſt Felin.*
*aſſerente ita ſemper tenuiſſe Rotam ſuo tempore*
*& alios ibi allegatos*, ratio eſt ne laici retra-
hantur à fundatione, dotatione, & conſtru-
ctione eccleſiarum, c.*cum dilectus & ibi gl. in*
*verb.præſentare in fine hoc tit.& Can.* Pro me-
dietate † ſolet ei derogare, quando ad plu- 34
res ut ſingulos ſpectat præſentatio ſeu jus-
patronatus, *Rot. diverſ. deciſ.* 468, *in fine lib.*
1.*part.*1.*Pan.in* c. *quoniam ſub num.*2.*hoc tit.*
*Ancar.num.*3.*& clarius Zab. in* 3.*not.* ac pro-
viſio Apoſtolica cum clauſula dummodo
conſenſus medietatis patronorum accedat,
eſt modalis, quia quælibet diſpoſitio potius
cenſetur modalis quam conditionalis, *Alex.*
*& Iaſ. in l. cum mota C. de tranſact.* tum quia
illa clauſula ponitur in parte derogativa ad
validitatem proviſionis completæ & pure
factæ, c. *ſignificaſti de elect.* c. *ſignificatum de*
*præbend. cap.* 2. *de elect. in* 6. *& ibi poſt gloſſ.*
*Franc. ſub num.*5 *verſ. non obſtat Put.dec.*410.
*libr.*1. talis autem derogatio non poteſt ap-
plicari juripatronatus univerſitatis, quæ u-
num tantum corpus conſtituit, *Garc. de be-*
*neſ.par.*10.c.3.*ſub n.*13. *verſ. nec & jam juvari*
*poteſt Pan. in* c. *eccleſia veſtra el* 1. *numer.*6.*de*
*elect.ubi tradit duas regulas & Can.* Certis ca-
ſibus † Papæ derogat in totum, quando be- 35
neficia vacant per obitum apud ſedem niſi
regibus competat, *Staphyl.de lit.grad.de mod.*
*& form.impetrand.*§ *ſequitur videre num.*9 *&*
10.*Covar.pract.quæſt.*c.36.*numer.*4. de quo
individua mentio eſt facienda, & non ſuffi-
cit derogatio in genere, *Felin. in tract. quan-*
*do litt. Apoſt.noc.pat, eccl. num.* 8. *verſ. amplia*
*octavo*, quando vacant per aſſecutionem,
conſtitutionem execrabilis, ſive c. de multa,
aut alio quovis modo, ubi beneficia habent
poſſeſ-

poſſeſſores, quos oportet per lites expelle-
re. *Mandoſ. de ſign. grat. titul derogationes juriſ-
patr. verſ. ſimiliter & ſeqq.* aut pro uno patro-
norum, aut filio, aut nepote unius ex patro-
nis, quia tunc non poteſt prætendi ſpretus
patronorum, *Mandoſ. de ſig. grat. tit. derogat
juriſp. verſ. aliquando derogatur*, niſi ex con-
ventione alterius vicibus præſentent, *Clem.
plures hoc titul.* & pro illa jure præſentatio
ſpectet ad alium, quia in illa vacatione non
eſt totaliter compatronus, quod non con-
currat in præſentando, *Put. deciſ. 106. lib. 3.
Achil. deciſ. 2. hoc tit.* **Clem.** *plures §. ut & faci-
lius hoc tit.* ſed & conventionibus in reſer-
vatione juriſpatronatus circa temporalia li-
cite factis, ſummus Pontifex non derogat.
*Innoc. in c. ſignificatum de præb. & ibi Dec. n. 16.
& ſeqq Butr. num. 9. & ſeqq.* ſecus eſt in con-
ventionibus circa ſpiritualia, quibus ſum-
mus Pontifex pro ſuo arbitrio derogat;
*Clem. dudum §. antep. nos etenim de ſepult. Pan.
in c. ex multiplici n. 6. de decimus Dec. in d. c. ſi-
gnificatum ſub n. 16. Butr. ſub n. 9. & Can.* an
vero in talibus conventionibus conſenſus
Epiſcopi à principio requiratur, an vero et-
iam ex intervallo accedente Epiſcopi con-
ſenſu fieri poſſint, *vide Dec in d. c. ſignificatum
n. 17. & ſeqq. de præb. & ibi Can.* Certis caſibus
36 mentio † juriſpatronatus non eſt neceſſaria,
ut quando beneficium eſt litigioſum quia
tunc omnino patroni ſunt impediti, *Caput.
deciſ. 127. part. 2. Creſc. deciſ. 8. hoc tit. c. fin. ut
lit. pend. & c. in 6. Covarr. pract. quæſt. cap. 36.
num. 7.* & quando collatio eſt devoluta ad
ſedem Apoſtolicam, *Caſſad. deciſ. 3. num. 7.
ut lit. pend. &c. Rebuff. in prax. in 3. part. ſign.
in verb. necnon iuriſpatronatus num. 6. Staph.
de lit. grat. tit. de mod. & for. impetr. §. quinto
37 pro complemento num. 5.* Septimo legatus † à
latere non poteſt conferre beneficia ſpe-
ctantia ad præſentationem laici, *Clem. 1.
& ibi gloſſ. in verb. Apoſtolicis de præb. c. dile-
ctus, & ibi Pan. num. 4. de off. leg. c. cum dilectus,
& ibi gloſſ. in verb. præſentare, & Can. hoc tit.*
Octavo beneficia † juriſpatronatus laico- 38
rum non comprehenduntur ſub regulis re-
ſervatoriis, aut ſub generali reſervatione
beneficiorum *gl. in c. 2. in verb. collatio de præb.
in 6. & ibi Franc. n 8. Gemin. nu. 11. Lap. alleg.
84. num. 6. & alleg. 96.* Excipe ſi jus † patro- 39
natus competat laicis ex privilegio Apoſto-
lico, *Gemin. in c. 2. numer. 12. & ibi Franc. ſub
num. 9. & Can. de præb. in 6.* etiam ex cauſa au-
gmenti dotis, *Rot. Farin. deciſ 58. num. 5. & 6.
& deciſ. 88. par. 1. late annot. ad deciſ. Greg. 15.
397.* aut præſcriptione, vel conſuetudine,
*Pan. in c. dilectus num. 6. de off. leg. & ibi Butr.
num. 11. & 12. Zab. in Clem. 1. in 7. quæſt. ut
lit. pend. &c.* cuius non requiritur mentio,
& ea facta in totum derogatur, *Fel. in tract.
quando lit. Apoſt. noc. pat. eccl. in 11. & ult. li-
mit. Caſſad. dec. 7. num. 4. & 5. hoc tit. Covarr.
pract. qu. c. 37. n. 5.* Legatus ea conferre pot-
eſt, *Pan. in c. dilectis numer. 6. de off. leg. & ibi
Can.* quid ceſſat ratio retrahendi laicos à
fundatione, dotatione, & conſtructione
eccleſiarum, & ad effectum derogationis
præſumitur ex uſurpatione potius, quam
dotatione, *Mobed. deciſ. 10. nu. 1. & 2. hoc. tit.
Butr. in d. c. dilectus ſub num. 12. de off. leg.* Am-
plius habet † patronus eccleſiaſticus, qui u- 40
num præſentat infra ſex menſes, *c. eam te c.
cum autem in princ. hoc tit. c. unico §. fin. eod.
in 6.* nec poteſt plures ſimul præſentare per
vota alternativa, *gl. in verb præſentare in fin. in
Clem. 2. hoc tit. & ibi Can.* aut ex intervallo
variare, ſed prior præſentat' jure potior eſt;
*c. cum autem in fin. hoc tit.* quia eius præſenta-
tio habet vim electionis, *Pan poſt Inn. in d. c.
cum autem num. 3.* Secundo cuſtodia † eccle- 41
ſiarum vacantium pertinet ad patronum
eccleſiaſticum, & non ad laicum, *c. cum nos*

*de off.*

*de off.ord. & ibi Pan.* Excipitur cuſtodia pa-
rochialis eccleſiæ vacantis, cui Epiſcopus
idoneum conſtituit Vicarium cum congrua
eius arbitrio fructuum portionis aſſignati-
one, qui onera eius ſuſtineat, donec ei de
rectore prouideatur: *c. expedit in princ. ſeſſ.*
42 24. Tertio præſentatus † debet rationem
reddere adminiſtrationis temporalium pa-
trono eccleſiaſtico non laico, non tamen
ſtricte, dicendo, quid expendat quotidie de
victualibus, ſed in genere, *c. ex litteris in fin.*
*hoc tit. & ibi Pan ſub.num.3.c. in Lateranenſi*
*de præb. & ibi Pan.num.3. & ſeqq. & Can.* Pa-
troni in ijs, quæ ad Sacramentorum admi-
niſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſu-
mant ingerere, neque viſitationi oramen-
torum eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium,
ſeu fabricarum prouentibus ſe immiſceát,
niſi quatenus id eis ex inſtitutione, & fun-
datione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc
faciant, & fabricarum redditus in vſus ec-
cleſiæ expendi curent, *c. Patriarchæ §. fin. ſeſſ.*
24. quia patroni etiamſi ſint clerici ex iure-
patronatus non conſequuntur ius admini-
ſtrandi bona eccleſiaſtica, *c. præterea hoc tit.*
*& ibi Panor. c. 1. 16. q. 5.* Quarto ſi imponi-
43 tur † collecta Epiſcopo de per ſe, & patro-
nis clericis de per ſe, eccleſiæ patronatæ
contribuent cum patronis, & non cum E-
piſcopo, *c cum & plantare, & ibi Anch. in fin.*
*Ioan. Andr. num. 7. de priuil.* Quinto patronus
44 eccleſiaſticus præſentans † non idoneum
priuatur ea vice, *cap. ſicut in fin. de ſuppl. negl.*
*præl. c. 3. in fin. de eccl. ædif.* Laicus quoque
præſentans indignum priuatur ea vice, &
fit deuolutio ad habentem inſtitutionem,
*Pan. in c. cum vos num. 5. & 6. de off. ord. Rot. de-*
*ciſ. 5. in fin. de iurepatr. in nou. Roch. in tract. de*
*iurepatr. in verb. honorificum ſub nu. 16. Prob.*
*ad monachi in c. ſi tibi abſenti num. 53. de præb.*
*Garc. de benef. part. 10. c. 3. num. 4. & 5.* Poteſt
variare, vt dictum eſt, ſuperiori datur ſeme-
ſtre à die notitiæ ad conferendum, licet de-
uolutio fiat à patrono laico, qui tantum ha-
bet quadrimeſtre, *Pan. in c. quia diuerſita-*
*tem num. 8. de conceſſ. præb. & ibi Can. Pan. in*
*c. fin. num. 7. de iurepatr. & vtrobique Can. In-*
*noc. in c. licet de ſuppl. negl. præl. Rot. deciſ. 6. hoc*
*titul. in nou. Lamb. 3. part. 2. lib. quæſt. 2. art. 8.*
Sexto † ſummus Pontifex, & legatus à latere 45
ſuo iure conferunt beneficia iuriſpatrona-
tus eccleſiaſtici, etiam ſine patronorum
conſenſu, & nulla facta mentione, nec de-
rogatione huiuſmodi iuriſpatronatus, *Fel.*
*in tract. quand. lit. Apoſt. noc. patr. eccl. in 3. li-*
*mit. c. cum dilectus hoc tit. Caſſad. deciſ. 4. num.*
11. *de probat.* Septimo beneficia iuriſpatro-
natus † eccleſiaſtici comprehenduntur ſub 46
generali reſervatione, & ſub regulis reſerua-
toriis, *gloſſ. in verb. collatio in c. de præb. in 6. &*
*ibi Franc. num. 3. Gemin. num.* 11. *& Can. com-*
*muniter, Mand. in reg. 1. reſeruat. q.* 10. *num. 5.*
Hinc verſus, Clericus, & Laicus diſtant per
plura patroni, pœnitet, & tempus, ſubiectis,
pœnaque forſan; in eo conueniunt, quod
patronus clericus, & laicus ſcienter præſen-
tans criminoſam, vel alias notorie indi-
gnum, priuatur ea vice poteſtate iterum
præſentandi: *c. inter dilectos & ibi gl. in verb.*
*poſt modum de exceſſ. præl. Creſc. deciſ. 11. hoc*
*tit. contra gl. & Ioann. Andr. in c. cum vos de off.*
*ord.* Iuripatronatus † mixto clericorum, & 47
laicorum derogatur in totum, *Rot. deciſ. 46.*
*de conceſſ. præb. in antiq. arg. c. contingit & ibi*
*gloſ. mag. & Can. & c. per tuas de arb. Couarr.*
*pract. quæſt. c. 36. ſub. num. 4. verſ. tertio oppor-*
*tune*, de eo debet fieri mentio, *Caſſad. deciſ.*
*7. in fin. Achill. deciſ. 3. num. 2. 7. & 8. hoc tit.*
*Put. deciſ. 157. lib. 3. num. 4. & 5. atteſtatur de*
*vſu Curiæ. Anch. in c. cum propter ſub num. 4.*
*circa fin. hoc tit.* beneficia iuriſpatronatus
mixti non comprehenduntur ſub regulis
reſer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſervatorijs,&generali reſervatione, *Achill. deciſ.3.hoc tit.Fel. in tract. quand. litteræ Apoſt. noc patr.eccleſ.in 6.ampliat. Mandoſ. in reg.1.-reſervat.q.10.n.8.* Legatus à latere ea conferre non poteſt. *Pan.in c. dilectus n.5.de of. leg. & ibi Can. & in c.fin.in fin.hoc tit.Gemin.in c. vnico §.fin.in fin.eod.in 6.& ibi Anch.n.6.*

48 Præſentatione à † laico infra quadrime-
ſtre, aut à clerico infra ſex menſes facta, ſi
epiſcopus, vel alius habens inſtituere, infra
ſex menſes non inſtituat, non deuoluitur
poteſtas inſtituendi ad ſuperiorem, ſicut
ſervatur in eo, qui habet conferre quia nul-
libi ſtatuitur tempus ad inſtitutionem faci-
endam, vnde tempus eſt arbitrarium, *Pan.
in c.2.n.12.de conceſſ.præb.qui allegat dec.Rot.
Rom.Anch.in Clem.2.in fin.hoc tit.Garc.de be-
nef.part.10.c.4 n.1.& per totum.* oportet ita-
que quod præſentatus recurrat ad ſuperio-
rem habentis inſtituere, qui illi præfiget ter-
minum, & ſi non inſtituri infra terminum,
ipſe ſupplebit, *Pan.in d.c.2.num.12.& 13. de
conceſſ.præb.Pan.in c.paſtoralis.nu. 5.& 6.hoc
tit.Garc de benef.part.10.c.4.num.5. & ſeqq.*
vel quod appellet ab iniuſta denegatione
inſtitutionis, *Pan.in d.c.paſtoralis n.5.& ſeqq.
Garc.de benef.part.10.c.4.n.9. plures citans.*
Epiſcopus qui præſentatum idoneum mali-
tioſe recuſavit admittere, ad providendum
eidem in competenti beneficio compelli-
tur: *d cap. paſtoralis hoc tit.* Per mortem
præſentati, qui non fuit inſtitutus non in-
ducitur nova vacatio, ſed vacat per mortem
primo, *c.ſi electio de elect. in 6. Put. deciſ.194.
libr.1.Rot.deciſ.8.hoc tit.in nou. Card. Seraph.
deciſ.1446.numer.1.& ſeqq.Clem.1.& ibi gl.in
verb.collato & Vital.num.47.vt lit. pend.&c.*
& ab eius obitu currit de novo tempus à
iure præfixum patronis ad præſentandum,
*arg.c.ſi electio de elect.in 6.Rot.deciſ.8.de iure-
pat.in nou.*

Patroni ſive † laici ſive clerici non poſ- 49
ſunt ſeipſos præſentare ad vacantem Eccle-
ſiam, vt evitetur vitium ambitionis, & ſit
differentia inter præſentantem & præſenta-
tum, nec immediate per ſe, *c. per noſtras hoc
tit.c.fin. de inſtitution.* nec mediante procu-
ratore à ſe conſtituto poſtquam beneficium
vacavit, *Lambert.de iurepatr.art.9.8.quæſt.
princ.1.part.lib. 2.* antequam beneficium
vacet, procuratorem conſtituere non poſ-
ſunt ad præſentandum, niſi generalem ad o-
mnia bona, ac etiam ad præſentandum, nam
ſpeciale requiritur mandatum, *Pan.in c.cum
dilecta n.6.de conceſſ.præb.& ibi Can.Lambert.
de iurepatr.17.art.4.quæſt.princ.1. part. 2.lib.*
ex iuſta cauſa abſentiæ vel alia, ne detur oc-
caſio mortis captandæ beneficiati, ſicut non
poſſunt promittere ſe præſentaturos ad be-
neficium vacaturum, *c.fin.de conceſſ præb. &
ibi Pan.n.6.& Can.communiter Garc. de benef.
part.10.c.1.n.14.& 16.& ſeqq.Limitat.4 mo-
dos Greg.15.deciſ.420.n.3.& ſeqq. & ibi an-
not.* Limita primo, quia † patronus compa- 50
tronum & pater filium præſentare poteſt,
*c.conſuluit, & ibi gloſſ.pen. & fin hoc tit.Rot.
diuerſ.deciſ.185.part.2.* Secundo, limita
quando epiſcopus ſponte & motu proprio
beneficium patronatus ipſi patro non con-
fert, *Pan.in d.c.per noſtras n.3.& 4.* Tertio,
limita, quia donatarius Iuriſpatronatus, cui
ex toto conceſſum fuit Iuſpatronatus, po-
teſt donatorem præſentare, quia præſentat
nomine proprio & Dominus eſſe patronus
deſinit, ſecus ſi non eſt vere donatarius, ſed
patronus conceſſit pro iſta iure ius præſen-
tandi, quia is facit cuius nomine fit, *c. ex in-
ſinuatione, & ibi Io.And.n.3.Pan.n.7.& Can.
communiter hoc tit.*

Collatio ordinarij † infra tempus ad præ- 51
ſentandum à iure conceſſum valida eſt, ſi
patroni infra dictum tempus non contradi-

cant, Felin. in c. *cum Berthold. ſub numer.* 10.
*verſ. 3. adverte de re iud. Caſſad. deciſ.* 2. *numer.*
4. *de loc. Rot. diverſ. deciſ.* 77. *numer.* 4. *part.* 1.
etiamſi collatio facta ſit de beneficio abſ-
que mentione iuriſpatronatus, *Rot. deciſ.* 10.
*hoc tit. in antiq. Caputaq. deciſ.* 189. *part.* 3. *arg.*
*l. ingenui, & l. fin. C. de ingen. manum.* & per
eam ſtatus vltimus quaſi poſſeſſionis præ-
ſentandi patronorum non turbatur, *Capu-
taq. deciſ.* 189. *part.* 3. *Bell. deciſ.* 107. *l.* 3. *§. in
amittenda, & ibi gl. in verb. animo, ſolo l. quem-
admodum ff. de acq. poſſeß. & vtrobique* DD. ſi
contradixerint, eſt nulla ipſo iure, *d. c. ex in-
ſinuatione, & ibi Pan. n.* 3. *per illum tex. c. de-
cernimus* 16. *quæſt.* 7. *Bell. deciſ.* 163. *Caput. de-
ciſ.* 133. *part.* 1. *Felin in d. c. cum Berthold. ſub. n.*
7. *verſ. inſtitutio, vbi limitat ſex modis de re iud.
Garc. de benef part.* 5. *c.* 9. *§.* 1. *n.* 231. *vſque ad
ad fin.* ideo quando proviſus auctoritate or-
dinaria de beneficio iuriſpatronatus laico-
rum, poſſeſſione ſubſecuta petit novã pro-
viſionem cum de rogatione iuriſpatrona-
tus attenta poſſeſſione, in fine huiuſmodi
derogationis additur clauſula, & patronis
non reclamantibus, vel pro medietate, *Man-
doſ. de ſign. grat. tit. novæ proviſiones, verſ. quan-*
52 *do proviſus.* Collatio Papæ † cum narrativa,
quod beneficium ſit iuriſpatronatus laici, ſi
non ſit obtenta derogatio, vel obtenta ſed
invalida, non valet, *Fel in c. cum inter prio-
rem n.* 4. *in fin. de except. Mohed. deciſ.* 6 *in fin.
hoc tit.* nec reconvaleſcit, ſi patronus intra
tempus non præſentat, *Put. deciſ.* 6. *hoc tit.
Mand. de ſign grat tit. derogationes iuriſpatro-
natus verſ. quæro quid ſi non ſit obtenta, & verſ.
ſequent.* ſtatus beneficij non conſtituitur ex
proviſione Pontificis, nec immutatur iu-
ſpatronatus laicale, nec poſſeſſio illius im-
peditur etiam derogando, quia Papa in du-
bio non intendit præiudicare patronis lai-
cis, *Dec. conſ.* 126. *Achill. deciſ.* 13. *hoc t. Felin.
in tract. quand. lit. apoſt. noc patr. in princip.*

Plures † patroni quando ipſi habent præ- 53
ſentare, vt collegium, debent omnes con-
venire, & vocari ad actum præſentationis,
alias nõ vocati poſſunt agere de cõtemptu,
*c. ea noſcitur de ijs, quæ fiunt à prælat. &c. & ibi
Rot. deciſ.* 19. *de præb. in antiq.* quando præſen-
tant vt ſinguli, † poteſt quiſque per ſe præ- 54
ſentare, vel aliqui eorum alijs non vocatis,
*Io. And. in c. quoniam n.* 4. *h. t. approbatus à Rot.
Caſ. deciſ.* 1. *&* 2. *hoc t. licet Pan in d. c. quoniam
nu.* 14. *aliter ſentiat per l. & ſuum hæredem in
fin. & ibi Bart. ff. de pact. Garc. de benef. part.* 5. *c.*
9. *§.* 1. *n.* 222. *vſq. ad n.* 231. quod ſi vnus † ex 55
pluribus patroni ſolus præſentaverit, valet
præſentatio, quia eſt actus dividuus, qui ab
vno fieri poteſt, & lapſo tempore alij viden-
tur conſentire, quia lapſo tempore non poſ-
ſunt dici contẽpti, ſed ipſi ius ſuũ contemp-
ſiſſe, *Zab. in Clem.* 1. *ſub. n. xj. verſ ſed poſt longã
cogitationem de ſuppl. neg. prælat. Achill. deciſ.* 4.
*n.* 13. *&* 14. *de præb.* quando veniunt ex eodẽ
iure, ſecus ſi veniant ex diverſo iure, *Rot. di-
verſ. deciſ.* 229. *par.* 1 *l. ſervitus & l. ſeq. l. ſi com-
munem ff. quem ſerv. amitt. l. arboribus §. fin.
circa finem ff. de vſufr. &c.* vbi ſunt plures hæ-
redes † vnius patroni, qui habent vnicã vo- 56
cem, quia in iurepatronatus ſucceditur in
ſtirpes, & non in capita, quantũ ad ius præ-
ſentandi, quilibet illius vocis habet ſuã par-
tem, ſicut ſi vnus eſſet patronus, & ſuum vo-
tum diviſim exprimere poterit, licet hone-
ſtius fieret coniunctim, *Clem plures hoc tit. &
ibi gl.* 1. *mag. & Can. Ioan. Andr. in d. c. quoniam
in fin. nu.* 4. *hoc tit.* & patronis † diſcordan- 57
tibus ille præficitur ſi ſit idoneus, qui pluriũ
patronorum voces habuerit, aut ſi hoc ſine
ſcandalo eſſe non poteſt, Epiſcopus ordi-
nabit Eccleſiam, c. *quoniam hoc tit.* in alijs
vero iuribus patronatus, vt in iure præſta-
tionis alimentorum, defenſionis, & ſimi-
libus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

libus, *de quibus in c. nobis hoc tit.* ſuccedunt in capita, & æqualiter, licet inæqualiter ſint hæredes, *Anchar. in Clem. plures num. 2. ſeqq. hoc tit.*

58 Contingit ſæpius, † quod propter controverſiam ſive litem ordinatio, & inſtitutio Eccleſiæ differatur, & ſi quidem lis eſt inter epiſcopum, & præſentantes, forte epiſcopo ignorante eos fore patronos ſuper jure patronatus, aut conſtat præſentantes eſſe patronos, & quæſtio eſt ſuper idoneitate præſentati utroque caſu Epiſcopus, donec quæſtio finiatur, ponet in Eccleſia Oeconomum, ſi jus patronatus ſit laicale, c. *cum vos de off. ordin.* nam ſi juſpatronatus eſt eccleſiaſticum, ipſe patronus habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis, *Pan. in d. c. cum vos num. 4.* neutro caſu lapſo tempore ad præſentandum epiſcopus poteſt ordinare Eccleſiam, *d. c. cum vos Pan. in c. quoniam num. 7. hoc tit.* Aut contentio eſt inter ipſos patronos de quaſi poſſeſſione juriſpatronatus, vel etiam de proprietate juriſpatronatus, nullo eorũ poſſidente, & expectat epiſcopus, poſtquam eccleſia vacaverit, ad ſex menſes, ſi ſint clerici, c. *eam te hoc tit.* aut ad quatuor menſes, ſi ſint laici, & providet eccleſiæ de perſona, ſalvo in poſterũ jure ejus qui evicerit, c. *quoniam c. ſi vero c. cum propter hoc tit.* qui poteſt ab epiſcopo proviſũ repræſentare; ut per hoc ſit in quaſi poſſeſſione ſui juris, nec poſtea vexetur de facto, *c. ſi vero in fin. & ibi gl. fin. hoc ti.* currit enim patronis ſe mutuo impedientibus tempus ad præſentandum, quia patroni conſequuntur juriſpatronatus ex gratia, juſta ratione fundata, & in corpore juris clauſa, & permiſſione quædam, & tolerantia Eccleſiæ, c. *quoniam & ibi Panor. in 1. not. & num. 5. & 6. hoc tit. Rot. diverſ. deciſ.* 385. *num. 2. part. 1* quod ſi de proprietate juriſpatronatus ſit quæſtio, & conſtet quod alter poſſidet, ſola enim credulitas, quod ſit, & habeatur patronus abſque poſſeſſione non ſuffragatur, poſſeſſor cui de poſſeſſione quæſtio non refertur, vel de cujus ultima, & immediata poſſeſſione conſtat, quæ in his ſolum attenditur, c. *cum Eccleſia ſutrina de cauſ poſſ. & propr. l. ſi is qui §. ſi quis bona fide ff. de uſucap. l. qui fundum §. qui bona fide ff. pro empt. Oldr. conſ. 312. num. 2. circa fin.* præſentabit pendente lite proprietatis, c. *ex litteris, & ibi gl fin. mag. & Can. c. conſultationibus & Io. And. in c. quoniam ſub n. 7. hoc tit.* & præſentatus ab eo præfertur præſentato à vero patrono, & non removetur, licet juſpatronatus à vero patrono poſtea evincatur, propter hoc tamen nullum fit præjudicium vero patrono in poſterum *d. c. conſultationibus, & ibi gloſ. & DD. hoc tit. Pan. n. 9.* ratio eſt, quia præſentare eſt fructus induſtrialis, cum præſentatio fieri debeat de idoneo intra legitimum tempus, *Pan. in c. conſultationibus ſub n. 3. verſ. ſed ratio decidendi h. t.* quos bonæ fidei poſſeſſor facit mero jure ſuos, ſed ex æquitate tantum tenetur illos reſtituere, §. *ſi quis à non domino & ibi DD. inſtit. de rer. diviſ l. & ex diverſo, & ibi gloſſ. mag. in verb. non habendam, & Bart. num. 5. & 6. & ibi DD. ff. de rei vendic.* quæ æquitas ceſſat in præſenti caſu, cum nulli alii fructus producantur, quos poſſit bonæ fidei poſſeſſor lucrari, *Rip. in c. cum eccleſia num. 93. in fin. de cauſ poſſ. & propr.* Aut certum eſt omnes eſſe patronos, & tunc ſi diſcordant in præſentando epiſcopus præferet præſentatũ à majore parte patronum, ſi eſt idoneus, & ſine ſcandalo fieri poteſt, alioquin epiſcopus ordinabit eccleſiam ex ratione præallegata, quia juſpatronatus innititur gratiæ, c *quoniam h. t.* ſi præſentati pares ſint in votis patronorum, & meritis, gratiam poteſt facere epiſcopus uni ex eis cui vult, ut ſupra dictum eſt, c. *ſi forte 63. diſt.* c.

cum autem hoc tit. aut nolunt aliquem præſentare, & epiſcopus reliquias exiſtentes in capſis extra altaria de eccleſia auferet, & eiuſdem eccleſiæ oſtia claudet, ut nullus in ea celebret, antequam unũ eligant presbyterum. c. 1. & 2. hoc tit. & ibi DD. c. ſi plures & ibi gl. mag. ponit hanc diſtinctionem & Can. 16. quæſt. 7. late Garc. de beneſ. part. 5. c. 6. n. 20. & ſeqq.

59 Acquiritur quaſi † poſſeſſio præſentandi ex unico actu præſentationis, & inſtitutionis cum bona fide, quæ ſortitæ fuerint effectum, per adeptionem poſſeſſionis beneficii à præſentato, & inſtituto, d. c. conſultationibus, & ibi DD. Mohed. deciſ. 10. in princ. hoc tit. c. querelam de elect. Rip. in d. c. cum eccleſia nu. 90. & ſeqq. ubi ponit ſex requiſita ad acquir. hanc quaſi poſſ. de cauſ. poſſ. & propr. Roch. de Curt. de jurepatr. in verb. competens alicui qu. 14. & non requiritur titulus, ſive agatur inter patronos, ſive contra ordinarium, c. cum eccleſia Sutrinæ & ibi gloſſ. in verb. ult. & verb. brevitatem temporis in princip. & Can. de cauſ. poſſ. & propr. c. ſi de beneficio ibi uno, vel plurib. de præb. in 6. Freder. de ſen. conſ. 234. n. 4. Cald. conſ. 12. hoc tit. Achill. deciſ. 5. hoc tit. ſed & conſenſus à patrono præſtitus in permutatione beneficii conſtituit ipſum in quaſi poſſeſſione omnium, ac juris præſentandi, Rot. diverſ. deciſ. 792. n. 8. part. 1. Freder. de Sen. d. conſ. 234. ſub num. 4. verſ. unde cum appareat Roch. de Curt. de jurepatr. in verb. competens qu. 15. Pan. in c. 1. num. 3. & 4. de relig. domib. & quaſi poſſeſſio præſentandi ad beneficium vacans per reſignationem, extenditur ad beneficium vacans per obitum, Mohed. dec. 40. n. 4. hoc tit. Pan. in d. c. 1. de relig. domib. Io. Andr. in c. quod alicui gratioſe de regul. jur. in 6. in Mercur. numer. 10. & generaliter quando plures actus ab aliquo jure dependent, per exercitium unius actus acquiritur poſſeſſio totius juris univerſalis, Ioan. Andr. in c. quod alicui gratioſe num. 10. de regul. jur. in 6. Pan. in c. 1. numer. 3. & 5. de relig. domib. Roch. de Curt. de jurepatr. in verb. competens alicui quaſt. 15. niſi alius ſit in exercitio, & poſſeſſione aliorum actuum juriſpatronatus: Pan. in c. dilectus in fin. de c. monach. Creſc. deciſ. 2. hoc tit. Roch. de Curt. de jurepatr. in d. verb. competens alicui quæſt. 15. patronus præſentans præſervat poſſeſſionem aliorum compatronorum, quos conſtat per prius fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, Calder. Conſ. 18. de jurepatr. Put. deciſ. 290. libr. 2. Roch. de Cur. in tract. de jurepatr. in verb. competens qu. 17. Greg. 15. deciſ. 417 num. 9. & ſeqq. & ibi annot. & deciſ. 452. num. 9. & ſeqq. bonæ fidei poſſeſſor cenſetur, qui non habet notitiam rei alienæ, Pan. in c. auditis n. 13. & ſeqq. de præſcr. vel qui credit titulum ſpecialem interveniſſe probabili credulitate ductus, ut quia audivit à fide dignis, vel eſt fama viciniæ, Pan. in c. cura paſtoralis num. 6. Mohed. deciſ. 10. in princ. hoc tit. ſicut ille dicitur male fidei, qui habet notitiam rei alienæ, c. ſi virgo 34. qu. 1. & 2. cui per unicam præſentationem factam, & admiſſam non acquiritur quaſi poſſeſſio juriſpatronatus, & ſequens præſentatio non eſt admittenda, imo facta & admiſſa quandocumque conſtito de mala fide, debet caſſari, d. c. conſultationibus in fin. & ibi Pan. n. 4. & ſeqq. præſertim ſi fuerit facta à laico, Creſc. dec. 5. in princ. hoc tit. c. ſacroſancta & ibi gloſſ. pen. c. maſſana, & ibi gloſſ. 1. & Can. de elect. Pan. in c. conſultationibus num. 5. & 8. hoc tit. Alex. conſ. 71. vol. 4. quia malæ fidei poſſeſſor tenetur indiſtincte ad reſtitutionem fructuum, §. ſi quis à non domino in fin. Inſtit. de rer. diviſ. l. ſi fundum C. de rei vend. gloſſ. mag. in c. gravis in verb. fructus de reſtit. ſpol. Rot. deciſ. 7. hoc titul. in nov. cum itaque reſtitutio fructuum juris præſentandi fiat

per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per remotionem inſtituti, bene ſequitur,
quod caſſanda venit inſtitutio: Pan.in c.cum
eccleſia ſutrina num.26.de cauſ poſſ. & propr. &
in d.c.conſultationibus nu.4. & ſeqq.hoc tit. &
ibi DD. ex unica autem præſentatione præ-
ſumitur mala fides, ex quo iſta poſſeſſio eſt
jure reſiſtente, cum omnia beneficia præſu-
mantur libera, & non ſerva, Inn.in c.2.num.
6.de in integr.reſtit. Pan.in d. c. conſultationi-
bus num.8.Rip.in d.c.cum eccleſia ſutrina num.
92. ubi ampliat duob.mod.de cauſ. poſſ. & pro-
priet. niſi ex conjecturis probabilibus tolla-
tur præſumptio malæ fidei enumeratis à
Rip. in d.c.cum eccleſia ſutrina, Pan. in c. ſi
diligenti n.16.de præſcript. & ibi Fel. num.4. &
ſeqq. & Can. aut ſi collitigantes faterentur
beneficium eſſe jurispatronatus, Creſc.deciſ.
5.hoc tit.Innoc.in c.2.num.4. & 6. de in integ.
reſt. & ibi Can.Bart.in l. celſus num. 17. & ſeq.
ff.de uſucap. & ibi DD.Rip. in c.cum eccleſia n.
96.de cauſ.poſſ. & propr. vel præſentatus fuiſ-
ſet in poſſeſſione beneficii per 25.aut 30.an-
nos, Put.deciſ.186.lib.1. & deciſ.237.lib.2 Pan.
in c.conſultationibus num.8. in fin. hoc tit. Rip.
in c.cum eccleſia ſutrina n.99. & ſeqq. de cauſ.
poſſ. & propr.

60 Iuspatronatus † antiquum difficillimum
eſt probatu, cum non ſufficiat probatio
continuæ poſſeſſionis 40.annorum & ultra,
ex quo certis modis acquiritur, de quibus
dictum eſt ſupra in princ. tit. Archid. in c. 1.
ſub nu.1.verſ. item nota quod eſſe patronum hoc
tit.in 6. & Can. Diverſa ſunt eſſe patronum,
quod reſpicit petitorium, & eſſe in poſſeſ-
ſione, quod reſpicit poſſeſſorium, nec ſequi-
tur, poſſideo, ergo habeo jus in re, nihil e-
nim commune habet proprietas cum poſ-
ſeſſione, l. naturaliter l. commiſceri ff.de acq.
poſſeſſ. quantum ad præſentatum prodeſt
poſſeſſio, cum præſentatio debeat ab eo fie-
ri, qui eſt in poſſeſſione, uti dictũ eſt, c.con-
ſultationibus hoc tit.c.querelã de elect. Prodeſt
etiam poſſeſſio ad præſumendum eum eſſe
patronum, qui probat multitudinem præ-
ſentationem per ſucceſſiva tempora, & le-
gitimam conſequentiam: l.ſi filius, & ibi gl.
in verb.detinuit C. de petit.hæred Bald.in l.cum
ſuper C.de rei vend. Franc.in c.1. nu. 5. hoc tit.
in 6. verum quia per Concilium Tridenti-
num † derogatur non ſolum titulo privile- 61
gii, præſcriptionis, conſuetudinis, & alte-
rius cuiuſcumque conceſſionis, ſed etiam
poſſeſſioni cuiuſcumque jurispatronatus a-
liter acquiſiti, quam ex fundatione conſtru-
ctione, vel dotatione; ut quaſi poſſeſſio poſ-
ſit ſuffragari, eſt docendum de legitimo ti-
tulo tam in petitorio, quam poſſeſſorio, et-
iam manutentionis, ac ſpolii: Gonz. ſuper
reg.Cancell.de menſ. & alter.gl.18.num.23. &
ſeqq. qui refert declarationes interpretum Conc.
Trident.Mohed.deciſ.2.hoc tit.Caput.deciſ.132.
part.2. Greg.15.deciſ.222. & ibi annot.Garc.
de benef.par.5.c.9.num.99. & ſeqq. ſed ſi or-
dinarius cauſa cognita juxta formam Con-
cilii Tridentini ſemel approbavit juspatro-
natus, & inſtituit præſentatum, tunc quan-
tumvis poſtea multoties idem beneficium
vacare contingat, licet de eodem jure pa-
tronatus convertatur ſufficit patrono ſua
quaſi poſſeſſio, Gonzal. ſuper reg.Cancell. de
menſ. & alter.gloſſ.18.num.26. & ſeqq. qui re-
fert declarationes interpretum Conc.Trid. Præ-
terea juſpatronatus † probatur per famam 62
in antiquis, quãdo adeſt longiſſima poſſeſ-
ſio, & adſunt judicia, Achill.dec.6.hoc tit. Rot.
diverſ.deciſ.792.part.1.Bald.in l. cum ſuper C.
de rei vendic. Caſſad.deciſ. 2. num.4. de probat.
plures citans. Dec.conſ.173.num. 4. & ſeqq.
Garc.de benef.part. 5. cap. 9.num. 81. & ſeqq.
per tria inſtrumenta antiquiſſima, in quibus
enunciatur ſpectare juſpatronatus de jure,
vel conſuetudine, dummodo dicta inſtru-

menta ſint rogata à diverſis notariis, ſecus ſi
rogata fuerint ab uno, eodem notario, *Achil.*
*deciſ.7.& 8.hoc tit.Franc. Aret. in c. cum cau-*
*ſam num. 17. de probat.* confeſſionem patris
factam in nova proviſione, *Put.deciſ.36. lib.*
*3. l. cum precum C. delib. cauſ. Greg. 15. deciſ.*
*452. num. 1. & ibi annot.* necnon etiam ex
multiplicatis præſentationibus perantiquiſ-
ſimum temporis curſum, qui hominum
memoriam excedat: *c.ſicuti ſeſſ.25.* quia ha-
bet vim privilegii: *l.hoc jure §.1. verſ. ductus*
*aquæ ff.de acq.quot.& æſt.c.ſuper quibuſdam §.*
*præterea de verb.ſignif.c.1.in fi.de præſcript.in 6.*
63 dato ſtatu † jurispatronatus beneficii, præ-
ſumitur ex fundatione vel dotatione, *Caſſad.*
*deciſ.4.in princ.de probat.& dec.7.de jurepatr.*
*in princ Put.deciſ.394. lib. 2. & 36. lib. 3. c.*
*piæ mentis 16. qu. 7. & ibi gloſſ.mag.* ac etiam
in parochianis, & aliis magnatibus potenti-
bus per tempus immemorabile, *Pan. in cap.*
*querelam nu.9.in fin.de elect. Achill deciſ. 4. hoc*
*titul.plures cumulans, pulchre Put.deciſ.206.*
64 *lib. 1.* Concilium Trident. † in perſonis,
familia potentibus, & univerſitatibus et-
iam parvis, *Rot.Farin.deciſ.481.in princ.part.*
*1.Burr.in c.dilectus num.12.de off.leg.d.c.ſicu-*
*ti §.in iis vero perſonis, ſeu univerſitatibus ſeſſ.*
*25. ponderando dictionem, ſeu, Bart. in l.ſi quis*
*ita ff.de aur.& arg.leg. & ibi DD.* ſola proba-
tione immemorabilis non contentatur, ſed
ultra probationem præfatam, requirit aliam
probationis ſpeciem per ſcripturas authen-
ticas de continuatis præſentationibus per
ſpacium quinquaginta annorum, quæ om-
nes ſortitæ fuerunt effectum, *c. ſicuti §. in iis*
*vero perſonis ſeſſ.25.Rot.diverſ.deciſ.409.part.*
*1.& deciſ 199.par.2.Garc.de benef.part.5.c.*
*9.num.98.& ſeqq. uſque ad num 115. Gonz.*
*ſuper reg.de menſ.& alt gl.18.num.63. uſque*
*ad nu.107.* & inducit formam propter ver-
ba, non aliter, *Rot.diverſ.d.deciſ.199. num. 4.*
*Iaſ. in l.1.num.7.& ſeq. ff. delib.& poſth. & ibi*
*DD.Fel.in c.cum dilecta ſub num. 6.verſ quin-*
*tum ſignum, & ibi Can.de reſcript.* quibus pro-
batis quilibet titulus etiam ex fundatione,
& dotatione à potente allegari poteſt, *l.3.*
*§.ſi aquam verſ. ductus ff.de acq quot & c.c. ſu-*
*per quibuſdam & ibi gloſſ.in verb.non extat me-*
*moria alleg concord. de verb.ſignif.* niſi conſta-
ret de initio contrario, & aliis prioribus
præſentationibus per alios factis: *Put.deciſ.*
*426.libr.2.cap.2. & ibi poſt gloſſ. Can. de purg.*
*vulg. c. conſuetudo diſt. 8. c. cum Bertholdus §.*
*licet autem de re jud. & ibi Can.* in aliis vero
reliquit in diſpoſitione juris communis, *Rot.*
*diverſ.deciſ.331.num.1.part.2.& deciſ.798.*
*ſub num.4.verſ.non obſtat part. 1. l. præcipimus*
*in fin C. de appell. & ibi gloſſ. fin.l. ſancimus in*
*princip. & ibi gloſſ. & DD. C. de teſtam. Gonz.*
*ſuper reg.Cancell.de menſ.& alter.gl.18 nu.31.*
*uſque ad n.63.*

In præſentatione, † & inſtitutione non 65
eſt neceſſaria expreſſio obtentorum, quia
præſentatus nihil petit, ſed patronus, qui
præſentat, ipſe ſupplicat, & inſtitutio pen-
det ex officio Epiſcopi, vel alterius habentis
inſtituere, *gl. in Clem. fin. in verb. collationem*
*de off.ordin.& ibi Zab.in 15.qu.Imol.ſub num.*
*14.Anch.n.3.Rot diverſ deciſ.530. part. 1.* In-
ſtitutio præſentati † non debet fieri juxta 66
diſpoſitionem c.fin.de elect.in 6. niſi quan-
do talis conſuetudo proponendi edicta eſſet
in loco, *Bellam.deciſ.619. Creſcent.deciſ.12.*
*hoc titul.arg.cap. cum in illis, §. illis vero, & ibi*
*Hoſt. & §.cum autem de præb. in 6. licet aliter*
*ſentiat Garc.de benef. part 9.cap. 4.num.1. &*
*ſeqq. uſq; ad num. 16.* Præterea *per d. c. fin.*
tantum inſtitutio annullatur, & firma rema-
net præſentatio in tempore facta, quæ pot-
eſt admitti, & inſtitutio de novo peti ab
Auditore dato à ſummo pontifice, in Ro-
mana Curia, *Clem. auditor de reſcript. Creſc.*
*deciſ.*

67 *deciſ.12. in fin. hoc tit.* Nominatus † à patro-
nis, ſi ante præſentationem, aut etiam præ-
ſentatus, ſi ante inſtitutionem, tanquam be-
neficiatus accipit poſſeſſionem, vel admini-
ſtrat in divinis, incidit in pœnam c. avaritiæ
de elect. in 6. & ipſo facto eſt privatus jure,
ſi quod ei per præſentationem quæſitum
fuerat, & redditur inhabilis ad conſequen-
dum amplius ex poſt, jus ad beneficium,
vel in beneficio, ita quod amplius præſenta-
ri, & inſtitui nequeat, quia *d. c. avaritiæ* ha-
bet locum in electione, poſtulatione, præ-
ſentatione, & aliis ſimilibus, necnon in qui-
buslibet beneficiis, & ſive quis ſimpliciter,
& nullo quæſito colore, ſive ſub Oecono-
matus, aut procurationis nomine, aut alio
quæſito prætextu in temporalibus, aut ſpi-
ritualibus per ſe, vel alium pro parte vel in
totum adminiſtrat, *Franc. in c. avaritiæ n. 2.
de elect. in 6. Lap. alleg. 8. ſub n. 4. & ibidem in
princ. plures cumulat differentias inter electio-
nem, & præſentationem Roch. de Curt. de jure-
patr. in verb. honorificum qu. 39. Late Creſc. de-
ciſ. 6. hoc tit. Garc. de beneſ. part. 9. c. 2. num. 11.*
68 *& plurib. ſeqq.* Cauſa juriſpatronatus † eſt
prophana ad effectum concedendi remiſ-
ſoriam in prima inſtantia, *Achill. deciſ. 11. hoc
tit. faciunt not. per Pan. in Clem. diſpendioſam
num. 3. in fin. & num. ſeqq. de judic. & Zab. &
Can. Selu. de beneſ. part. 1. qu. 7. num. 78. & 83.*
etiam communitati, ac ſtante decreto c. 9.
*ſeſſ. 25.* extra hunc caſum eſt connexa ſpiri-
tualibus cauſis, *Late Cæſ. deciſ. 1. de dilat. Put.
deciſ. 56. & 199. lib. 1. Felin. in c. cauſam quæ
n. 7. de præſcript.*

Iuſpatronatus vendi non poteſt, quia eſt
ſpirituali annexum, *c. de jure c. præterea hoc*
69 *tit.* transfertur ſucceſſione, † in qua non re-
quiritur probatio deſcendentiæ à primo
fundatore, ſed ſufficit probare deſcenden-
tiam ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione
præſentandi, *Molin. de primog. hiſp. lib. 3. c. 7. n.
8. Greg. 15. deciſ. 349. atteſtans ita deciſum in
Rot. & ibi annot.* immo is qui eſt in poſſeſ-
ſione præſentandi, præſumitur deſcendere
à veris patronis, & non tenetur ſuam pro-
bare deſcendentiam, *Rot. Farin. deciſ. 224. n.
9. in fin. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1334. nu. 8.*
ac tranſit in filios etiam naturales, *Bal. in l.
eam quam in fin. de fideic. Roch. de jurepat. in
verb. competens n. 9. Lamb. de jurep. 1. part. lib. 1.
quæſt. 7. art. 13. n. 4. & ſeqq. Gig. de penſion. qu.
16. num. 2.* niſi ſit gentilitium, *§. vulgo quæ-
ſitus inſtit. de ſucceſſ. cogn. & ibi not.* aut requi-
rat clericatum, ad quem non poſſunt pro-
moveri abſque diſpenſatione, *dictum eſt ſu-
pra tit. de fil. presbyt. &c. Rot. Farin. deciſ. 112.
part. 1.* ac propinquos hæredes patroni, *c. fi-
liis 16. quæſt. 7. c. conſtitutum 16. quæſt. 1.* ac
etiam hæredes extraneos, *c. conſiderandum c.
ſi plures 16. quæſt. 7. gl. 1. & mag. in c. filiis 16.
quæſt. 7. Innoc. in rubr. huius tit. Rot. deciſ. 385.
n. 3. par. 1. diverſ.* maſculos, & fœminas, *c.
quoniam inveſtitura, & ibi gloſſ. 16. quæſt. 7.
& Can. c. fin. de conceſſ. præb. & ibi Can. Pan. in
c. cum dilecta nu. 2. & 7. de conceſſ. præb. & ibi
Can.* nam ſi tranſit cum univerſitate in ex-
traneum, *d. c. ex litteris & c. cum ſæculum hoc
tit.* fortius tranſit cum hæreditate in hære-
des inſtitutos à patrono, *Rot. diverſ. deciſ. 385.
nu. 3. part. 1. Anchar. Conſ. 81. Cald. conſ. 4. hoc
tit. Lamb. de jurepatr. art. 5. 2. quæſt. princ. part.
2. lib. 1. Covar. Var. reſolut. lib. 2. c. 18. num. 7.*
& in dubio magis hæreditarium, quam fa-
miliare, & gentilium eſt judicandum *Clem.
plures, & ibi Card. in 6. quæſt. hoc tit. Lambert.
de jurepatr. 2. part. lib. 1. q. 2. per tot. Covar. var.
reſol. lib. 2. cap. 18. numer. 6. late Rot. Farinac.
deciſ. 482. & deciſ. 675. part. 1. in quib. tra-
dit quomodo iuſpatronatus gentilitium probe-
tur.* Ex hoc infertur, quod ſi pater inſtituit
filium, vel filiam in re certa, & extraneum
hære-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hæredem univerſalem , juspatronatus non
tranſit in filium, vel filiam, ſed in hæredem
univerſalem, *Pan. in c. 1. num. 2. & 3. hoc tit.*
70 & ſi plures ſint † hæredes, omnes ſimul effi-
ciuntur patroni, & juspatronatus eſt apud
quemlibet hæredem in ſolidum , licet ſint
hæredes pro inæqualibus quotis , quoad
quemlibet ejus effectus; *c. 1. & ibi gloſſ. 1. hoc
tit. c. piæ mentis & ibi gloſſ. 1. in fin. 16. quæſt.
7.* ſicut & alia jura , quæ incorporalia ſunt,
in ſolidum deſcendunt ad quemlibet hære-
dem, *l. viæ ff. de ſervit. & ibi gloſſ. fin. l. ſi ſepul-
chrum C. de relig. &c.* præter ſacerdotis præ-
ſentationem, quod eſt apud omnes pro par-
te, ita quod apud nullum eorum ſola ſit, *c. 1.
& ibi gl. 1. hoc tit. & Can. Cæſ. deciſ. 2. num. 3.
eod.* & ſi forte in plures clericos, vel presby-
teros vota patronorum ſe diviſerint , ille
præficitur eccleſiæ, qui majoribus juvatur
meritis, & plurimorum eligitur aſſenſu, uti
dictum eſt: *c. quoniam hoc titul.* Si enim ſin-
gulis in ſolidum competeret præſentatio,
occupantis eſſet melior conditio, *c. ſi à ſede
de præb. in 6. c. ſi duo de procur. in 6.* quod eſt
falſum : ſi plures ſuccedant uni ex duobus
patronis, omnes habentur loco unius, *Clem.*
71 *fin. hoc tit.* Iuſpatronatus nō † poteſt dividi
inter hæredes, neque uni hæredum adjudi-
cari, *l. ſi ſepulchrum C. de relig. Pan. in c. 1. nu-*
72 *mer. 2. & 3. hoc tit.* Sed poſſunt † libere ſine
epiſcopi auctoritate convenire, ut alternis
vicibus præſentent, *Clem. fin. 2. reſp. hoc tit.*
73 ſi adhæret † caſtro , villæ , ſive comitatui
tranſit in hæredem abſque alia corporali
apprehenſione, quia dignitas ſive caſtrum
videtur hoc jus præſentandi ſemper poſſe-
diſſe, licet ſucceſſores mutentur: *Rot. deciſ.
1. hoc tit. in nov. Tiraq in tract. le mort. ſaiſit le
vif. declar. 5. part. 1. Gail. obſerv. 62. num. 7. lib.
1.* ſtatutum quod poſſeſſio tranſeat in ſuc-
ceſſores, & hæredes abſque nova apprehen-
ſione, habet locum in quaſi poſſeſſione ju-
riſpatronatus, quia quando ſtatutum gene-
raliter loquitur, & poteſt recipere favorem
eccleſiarum, & clericorum, habet etiam lo-
cum in eccleſiaſticis, *Caput deciſ. 211. part. 3.
Late Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 29.
& ſeqq. de conſtit. & ibi Can.* quando favor
Eccleſiarum verſatur, ſed non habet locum
contra eccleſiam, quia eo ſtante ſtatuto non
tranſit ex opinione Rotæ quaſi poſſeſſio
præſentandi in hæredem ſine apprehenſio-
ne, *Achill. deciſ. 5. de cauſ. poſſ. & propr. ubi re-
probat. dictum Lambert. in tract. de jurepatr. in
1. part. 2. lib. art. 22. l. cum hæredes ff. de acq.
poſſ. Greg. 15. deciſ. 222. num. 8. & ibi annot. Rot.
Farin. deciſ. 260. num. 4. part. 2. dicens Rot. non
ſequi alleg. deciſ. Caputaq. 211. part. 3. Rot. Farin.
deciſ. 337. num. 3. parte 2. Gregor. 15. deciſ. 417.
num. 7. & ſeqq. & ibi annot.* Secundo, trans-
fertur † juſpatronatus donatione, *c. ex inſi-* 74
*nuatione hoc tit.* Quando laicus juſpatro-
natus in Eccleſia ſibi competens eidem, vel
aleri Eccleſiæ, aut religioſo loco, aut clerico
pro eccleſia donat, vel confert, valet hujuſ-
modi conceſſio ſingulariter de per ſe facta
ſine aliqua univerſitate , puta caſtro , villa,
gleba, *c. illud in fin. hoc tit. c. unico in princ. eod.
in 6. Rot. deciſ. 9. eod. in nov.* ſecus ſi fiat laico,
vel clerico nomine proprio , quia tunc de
per ſe non poteſt donari ſine conſenſu epi-
ſcopi, *d. c. ex inſinuatione & ibi gloſſ. pen. &
Can. pulchre Pan. in c. illud num. 3. & ſeqq. ubi
pulchre diſtinguit hoc tit. Franc. poſt Archid in c.
1. num. 2. eod. in 6. & ibi Can. Greg. 15. deciſ.
420. num. 1. & ſeqq. & ibi late annot.* niſi con-
ceſſio fiat compatrono, in qua epiſcopi con-
ſenſus non eſt neceſſarius , quia non eſt
proprio donatio, ſed potius proprii juris re-
laxatio , cum quilibet patronus habeat jus
in ſolidum, *d. c. ex inſinuatione, & ibi Pan. nu.
4. & Can. Achill. deciſ. 10. hoc tit.* ſi quidem do-
natio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

natio fiat eidem eccleſiæ, cujus quis eſt pa-
tronus, extinguitur juſpatronatus, & eccle-
ſia efficitur libera *arg. c. ſignificavit de cenſib.*
quia juſpatronatus eſt quædam ſervitus, *In-
noc. in rub. hujus tit.* quæ extinguitur, cum
pervenit ad eccleſiam, cum res ſua nemini
ſerviat, *l. ſi quis ædes ff de ſervit. urb. præd. l. quic-
quid ff. compræd. or. & c.* Præfata locũ habent,
quando juſpatronatus in totum renunciatur
eccleſiæ, cujus quis eſt patronus, alias ſi tan-
tum renunciatur juri defendendi Eccleſiam
retento jurepatronatus, cum ſit in damnum
eccleſiæ, non valet renunciatio, & patronus
ſe ab illo onere non poteſt eximere propter
reciprocam obligationem, quæ eſt inter pa-
tronum & eccleſiam, c. *conſiderandum 16. qu.
7. & ibi gloſſ. & Can. Ioan. And. in c. 1. in verb. ſi
competens & ibi Anch. num. 3. hoc tit. in 6.* ſi fiat
conceſſio alteri eccleſiæ, & loco religioſo,
amodo cenſetur juſpatronatus eccleſiaſti-
cum, & non laicum, quantum ad præſenta-
tionem pertinet, c. 1. §. *fin. hoc tit. in 6.* c. *dile-
ctus el. 3. de præb.* & exactionem rationis ad-
miniſtrationis temporalium, *Pan. in c. de mo-
nach. num. 14. de præb.* quia juſpatronatus eſt
perſonal non reale, & mutatur mutata per-
ſona, *Franc. in c. 1. §. fin. num. 3. hoc tit. in 6. &
ibi Can.* utroque caſu epiſcopo, qui non ad-
hibuit conſenſum, nullum fit præjudicium;
c. 1. *in fin. princ. hoc tit. in 6.* Quod ſi fiat
conceſſio juriſpatronatus mixtim laico, &
clerico, exempli gratia, quatuor ex ſeniori-
bus Antianorũ, & præpoſito talis eccleſiæ,
aut illi quatuor habent ſeparatim unuſquiſ-
que vocem unam, & præpoſitus unam a-
liam, & ratione majoris partis vocum dici-
tur juspatronatus laicorum, *Felin. in c. ex
litteris num. 3. de conſtit. Roch. de Curt. de jure-
patr. in verb. jus num. 16. plures allegans*, aut
quatuor Antiani ſunt vocati ſub nomine
collectivo, quo caſu venirent pro una voce,
& pro dimidia eſſet laicale, pro dimidia
eccleſiaſticum, *Creſc. deciſ. 4. hoc tit. l. fin. C. de
impub. & aliis ſubſtit. & ibi Iaſ. num. 4. & ſeq.
l. interdum, & ibi gloſſ. 1. & DD. ff. de hæred.
inſtit.* & quantum ad præſentationem, &
exactionem rationis adminiſtrationis tem-
poralium cenſetur eccleſiaſticum, c. *unico §.
fin. hoc tit. in 6. Pan. in c. de monach. num. 14. de
præb.* quantum ad derogationem, & facul-
tatem conferendi à legato à latere cenſetur
laicale, quia dignitas, ſeu qualitas cleri-
catus eſt attendenda, quando ex hoc re-
ſultat commodum, ſeu decus eccleſiæ; ve-
rum quando ex prædominatione qualita-
tis clericalis reſultat incommodum, ſeu in-
ferioritas eccleſiæ, tunc inſpicitur potius
laicalis qualitas, quod ex illa melioretur
conditio eccleſiæ, *Fel. in tract. quand. lit. ap.
noc. patr. eccl. in 6. ampliat. approbatus à Rot.
Creſc. deciſ. 3. Achill. deciſ. 3. hoc tit. Roch. de
Curt. de jurepatr. in verb. jus num. 15. plures
citans*, Conceſſio juriſpatronatus facta per
eccleſiam laico ſine conſenſu Epiſcopi non
valet, c. 1. *hoc tit. in 6. Pan. in d. c. de monachis
num. 13. de præb.* Tertio transfertur † per- 75
mutatione juriſpatronatus, c. *nemini 16.
quæſt. 7.* Quarto transfertur cum univerſita-
te † ſine auctoritate Epiſcopi, cujus vel 76
plenum, vel utile tranſit dominium, c. *ex lit-
teris c. cum ſæculum hoc tit. Pan. in c. illud num.
3. & ſeqq. eod. Felin. in c. cauſam numer. 8. de
præſcript.* non autem jus pignoris, vel hy-
pothecæ, c. *cum Berthold. de re jud.* quando
eſt talis res, quæ ſine expreſſione ſigni uni-
verſalis univerſitatem in ſe continet, ſicut eſt
hæreditas, *Achill. deciſ. 9. hoc tit. Pan. in c. ex
litteris nu. 13. & ibi Can. hoc tit. Fel. in c. cauſam
quæ nu. 8. de præſc. Roch. de Curt. de jurepatr. in
verb. ipſe velis, à quo cauſam habuit quæſt. 8. & 9.
& ſeqq. l. hæreditatis 1. & 2 ff. de verb. ſignif.* bo-
na, *l. bonorum la. 2. ff. de verb. ſignif.* dos cui

jus patronatus eſt annexum, *Roch. de Curt. de jurepatr. in verb. ipſe velis, à quo cauſam habuit num. 62. quæſt. 28. Zab. in Clem. plures in 6. q. h. tit. Tiraq. de leg. connub. gloſſ. fin. num. 5. & ſeqq. Garc. de benef. part. 5. c. 9. §. 1. num. 147. uſque ad num. 186. Pan. in c. cum dilecta nu. 8. de conceſſ. præb.* villa, caſtrum, quæ in ſe continent juriſdictionem & honorem, *Innoc. in d. c. ex litteris num. 1. 2. & 3. Pan. num. 10. & ſeqq. late Garc. de benef. part. 5. c. 9. à nu. xj. uſque ad 36.* non autem fideicommiſſum univerſale, *l. quia perinde §. reſtituta, & ibi poſt gloſſ. Bart. & DD. ff. ad Trebell. l. ſi operarum ff. de oper. libert. Covar. var. reſolut. lib. 2. c. 18. ſub num. 8.* aut palatium, *Pan. in c. ex litteris. num. 14. hoc tit. & ibi Zabar. in 13. qu. Hoſt. nu. 7.* vel fundus, *Hoſt. in d. c. ex litteris num. 7. & Can. Roch. de Curte de jur patr. in verb ipſe vel is à quo cauſam habuit*
77 *quæſt. 23. & num. 43.* ſed decimæ & † alia ſpiritualia jura non tranſeunt cum univerſitate; ratio diverſitatis eſt, quia cum jus patronatus non ſit mere ſpirituale, ſed ſpirituali annexum, non eſt mirum ſi annectatur univerſitati temporalium, ſed mere ſpiritualia, cum in nullo communicent temporalibus, eis nec cum univerſitate, nec ſine ea annecti poſſunt, niſi eſſet talis res, ut eſt præbenda quæ pariter in ſe habet & temporalia, & ſpiritualia jura, *Innoc. in d. c. ex litteris num. 1. & ibi Can. Zab. ibi qu. 10. Hoſt. circa fin. n. 4. c. cauſam quæ de præſcript.*

78 Privatur † patronus jurepatronatus ipſo jure propter uſurpationem bonorum etiam feudalium, jnriſdictioum, fructuum, ad quarumcumque obventionum eccleſiæ; vel beneficii, ac impedimentum præſtitum, ne ab eo, ad quem pertinent percipiantur, *c. fin. ſeſſ. 22.* Secundo propter occiſionem vel mutilationem rectoris, vel clerici, ac ejus poſteritates uſque ad quartam generationem nullatenus ad collegium clericorum admittuntur, neque in domibus regularibus alicujus prælationis aſſequuntur honorem, *c. in quibuſdam de pœnit.* Tertio confiſcatione omnium bonorum, *Pan. in c. nobis num. 3. & in c. cum laici 10. num. 3. hoc tit. & ibi Can.* Quarto tollitur jus patronatus præſcriptione libertatis, *Rot. ponens omnia requiſita deciſ. 109 part. 2. diverſ. Lamb. de jurepatr. lib. 5. art. 8. quæſt. 7. princip. Greg. 15. deciſ. 452. num. 13. & ibi annot.* & aliis modis ſuis locis annotatis.

## *De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.*

## Titulus XXXIX.

### SVMMARIA.

1 *Cenſum imponere poſſunt quilibet in contractu cenſuali.*
2 *Summus pontifex ad judicium percepte libertatis ſeu protectionis.*
3 *Epiſcopus quando remittit jura epiſcopalia, concedit eccleſias piis, locis, dedicat vel conſecrat Eccleſias nec non tempore fundationis aut dotationis ſibi vel alteri aut patrono ſolvendum.*
4 *Quilibet prælatus qui habet Eccleſiam pleno jure ſubjectam & juriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco.*
5 *Cæteri ſacerdotes & clerici non poſſunt Eccleſias quibus præſunt facere cenſuales.*
6 *Cenſus novos imponere aut veteres augere non poſſunt epiſcopi abbates aut alii prælati niſi ſubſiſtente cauſa.*
7 *Cenſus ignorantiæ, id eſt, cujus cauſa ignoratur, reprobatur.*
8 *Cenſus quoque per epiſcopum impoſitus Eccleſiæ per eum de manu laici excepta.*

9 Cenſus

9 Cenſus ſolutio eſt præſcriptibilis excepta illa quæ fit in ſignum ſubjectionis, ubi ſubjectio non præſcribitur.

10 Cenſus ſolvendus eſt ad antiquam monetam in qua fuit inſtitutus vel ad ejus æſtimationem ſi non ſit in uſu.

11 Exactiones & talias Epiſcopi & prælati imponere non poſſunt ſed Epiſcopus debet eſſe contentus canonicis & conſuetis.

12 Procuratio regulariter prælatis non præſtatur pro officio ſua impendendo.

13 Debetur primo ratione viſitationis quando perſonaliter officium viſitationis impendunt.

14 Viſitare tenentur Epiſcopi & his majores propriam diœceſim per ſeipſos vel generalem Vicarium aut viſitatorem, quotannis totam aut ſaltem majorem ejus partem ita ut tota viſitatio biennio compleatur.

15 Metropolitani poſt plene viſitatam propriam diœceſim non poſſunt viſitare cathedrales eccleſias neque diœceſes ſuorum comprovincialium niſi cauſa cognita & probata in Concilio provinciali.

16 Metropolitani officium in viſitatione provinciæ.

17 Archidiaconi decani & alii inferiores in iis Eccleſiis ubi hactenus viſitationem exercere conſueverunt, debent aſſumpto notario de conſenſu Epiſcopi per ſeipſos tantum viſitare.

18 Viſitatores à capitulo deputandi prius ab epiſcopo debent approbari.

19 Abbates & prælati religioſorum viſitant monaſteria & monachos.

20 Legati ac Nuncij apoſtolici provincias ſibi commiſſas.

21 Viſitari quænam perſonæ & quæ loca poſſunt per Epiſcopos & alios ſuperiores prælatos.

22 Quot & quales perſonas epiſcopus poteſt ſibi aſſumere in viſitatione monialium in ipſo actu viſitationis & inquiſitione facienda in capitulo.

23 In viſitatione monaſteriorum religioſorum.

24 In viſitatione quam facit de proprio ſuo capitulo regulari aut ſæculari.

25 Epiſcopi in omnibus iis quæ ad viſitationem ac morum correctionem pertinent jus & poteſtatem habent etiam tanquam ſedis apoſtolicæ delegati ea ordinādi moderandi puniendi & exequendi juxta canonum ſanctiones quæ illis pro ſubditorum emendatione ac diœceſis ſuæ utilitate neceſſaria videbuntur nec illis exemptio aut ulla inhibitio appellatio querela etiam ad ſedem apoſtolicam interpoſita executionem eorum quoquo modo impedit aut ſuſpendit.

26 Abbates ordinum exemptorum capita & cæteri præfatorum ordinum ſuperiores monaſteria ſibi ſubdita & pioratus ſuo quiſque loco & ordine viſitant etiamſi ſint commendata & in eis non urgeat regularis obſervantia.

27 Ipſa quoque monaſteria ordinum capita viſitantur.

28 Monaſteria quæ ſub immediata ſedis Apoſtolicæ protectione & directione regi conſueverunt tenentur quolibet triennio ſe in congregatione redigere.

29 Iure decretalium tam exemptorum monaſteriorum quā epiſcopo ſubditorum & canonicorum regularium Abbates atque priores proprios abbates non habentes de triennio in triennium ſalvo jure diœceſanorum epiſcoporum tenentur in ſingulis regnis ſive provinciis commune capitulum celebrare ad quod univerſi conveniant apud unum monaſterium ad hoc aptum.

30 Præſides à capitulo electi ordinariam habent juriſdictionem.

31 Viſitatores deputati delegatam authoritate apoſtolica juriſdictionem.

32 *Viſitatorum officium.*

33 *Illi quoque qui habent Abbatias ſeu monaſteria vnita ſuis menſis quo ad temporalia & ſpiritualia, cum ſpeciali conceſſione iuriſdictionis abbati prius competentis ius habent viſitandi.*

34 *Vniverſitates ſtudiorum generalium per quos viſitentur.*

35 *Viſitatio ab Epiſcopo inchoanda eſt à capitulo cathedralis ſuæ eccleſiæ & ipſa civitate deinde perficienda per diœceſim.*

36 *Debet fieri in proprio loco quem vult viſitare.*

37 *Siquidem viſitat loca, quod ſit eius officium.*

38 *Si viſitat perſonas citra exercitium iuriſdictionis aut cum exercitio iuriſdictionis quod ſit eius officium.*

39 *Viſitator à locis viſitatis pro diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebit. procurationem recipit, iuxta facultates Eccleſiarum ſive in victualibus ſibi ac ſuis frugaliter miniſtrandis ſiue in pecunia ex arbitrio eorum qui fuerint viſitati.*

40 *Pœna viſitatoris, ſive ipſe ſive aliquis de eius familiaribus aliquid vltra procurationem accipiat, ac epiſcopi & aliorum qui officio viſitationis non impenſo procurationis nomine aliquid recipere præſumunt.*

41 *Procuratio quoque debetur epiſcopo quando conſecrat eccleſias, altaria, reconciliat eccleſiam.*

42 *Procurationes præſtantur legatis & nuncijs apoſtolicæ ſedis quando tranſeunt vel cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam aut ſicut in loco ad quem ſunt deſtinati.*

43 *Vltra victualia recipiunt pecuniam pro vecturis & æquis mortuis, & alias expenſas in veniendo & redeundo & alia ſervitia & ſubventiones in ſuis neceſſitatibus.*

44 *Eccleſiæ omnes tenentur legatum & nuncium apoſtolicum procurare.*

45 *Modus ſervandus in exactione harum procurationem.*

46 *Prælatus plus debito extorquens à ſubditis prætextu procurationis vel alterius ſervitij legato vel nuncio impenſi extortum reſtituit & tantundem pauperibus erogat.*

47 *Procurationes quædam debentur ex conſuetudine vel præſcriptione vel pacto in fundatione vel conſecratione appoſito vel ex mera charitate.*

48 *Viſitare limina apoſtolorum tenentur epiſcopi qui ſedis apoſtolicæ ſubiacent ordinationi, vel à Papa confirmationem, conſecrationem, aut pallium recipiunt.*

49 *Ex conſtitutione Sixti quinti omnes epiſcopi & his ſuperiores prælati tenentur ſtatutis temporibus viſitare limina.*

EX proventibus eccleſiæ aliquando cenſus, & nonnullæ exactiones ſoluuntur, & certis caſibus dantur procurationes, de quibus nunc eſt dicendum. Cenſus dici poteſt quicquid annuatim ſolvitur, c. *quæſitum in fin. 1. qu. 3. l. fin. C. ſine cenſu vel reliq. fund. comp. non poſſ.* Deberi † poteſt privato ex contractu cenſuali, & non poteſt augeri, 1 quia in eo tranſit dominium omne in accipientem, & omnis poſſeſſio, c, *conſtitutus, & ibi glo. ord. in verb. iuxta ratam & marg. ibidem approbata per DD. de relig. domib. Bart. in l. 1. §. 1. num. 3 ff. de publ.* ſecus eſt in penſione quæ augeri poteſt, quia illam quis ſoluit ratione fructuum quos percipit de alieno, *Pan in c. prohibemus num. 3 hoc tit.* In dubio cenſualis res potius præſumitur, quam emphyteutica, *Creſc. deciſ. vnic. hoc tit Iaſ. in l. 2. nu. 41. & 42. poſt Albert. C. de iur. emphyt. Imol. in c. ad audientiam numer. 4. & ſeq. de reb. eccl. non alien, Marſ. ſing. 95. num. 2. c. conſtitutus*

*de relig. domib.* & *ibi Pan. numer.* 22. & *Can.*
Præterea deberi poteſt ſummo Pontifici, E-
piſcopo, prælato eccleſiæ &c. de quo vide-
amus. Cenſum imponunt ſibi ſolvendum
2 ſummus Pontifex † ad indicium perceptæ
libertatis, aut perceptæ protectionis, c. *rece-
pimus de priuil.* c. *conſtitutus circa fin. de relig.*
3 *domib.* Epiſcopus, quando † remittit iura
epiſcopalia, *d.* c. *conſtitutus*, concedit ali-
quas eccleſias, pijs locis de conſenſu ſuo-
rum capitulorum, c. *paſtoralis de his quæ fia-
præl.* dedicat, vel conſecrat eccleſias, c. *Eleu-
therius* 18. *q.* 2. nec non tempore fundatio-
nis, vel dotationis ſibi, c. *prohibemus*, & *ibi
gloſ. in verb. cenſus hoc tit.* vel alteri, c. *quanto
hoc tit.* aut patrono ſolvendum, *cap. præterea*
4 *de iurepatr.* Item cenſum imponit quilibet †
prælatus, qui habet eccleſiam pleno iure
ſubjectam, & epiſcopalem iuriſdictioně in
loco, non quidem ad vtilitatem ſuam, niſi
alique iura remittat, ſed alterius eccleſiæ,
vel pij loci ex rationabili cauſa, c. *præterea.* &
*ibi Pan. n.* 3. *hoc tit. Pan in d.* c. *prohibemus hoc
titul. ſub num.* 2. Cenſus, qui ſolvitur Epiſ-
copo, aut inferiori prælato arguit ſubiecti-
onem, c. *omnis anima hoc tit.* quia præſumitur
quod ſolutio illis fiat ratione iuris epiſco-
palis, vel quaſi remiſſi, niſi ex adverſo pro-
betur, quod cenſus ſolvatur ex aliqua alia
cauſa, *d.* c. *omnis anima*, & *ibi Can. Panor. in* c.
*quoniam num.* 4. *de privil.* ſi vero vna eccleſia
ſoluit alteri cenſum, non arguit neceſſario
ſubiectionem, c. *quanto*, & *ibi Pan. n.* 2. *hoc*
5 *tit.* Cæteri ſacerdotes, & † clerici non
poſſunt eccleſias, quibus præſunt, auctori-
tate ſua, præſertim poſt deceſſum ſuum
efficere cenſuales; perſonaliter vero ad
ſolutionem cenſus ſe poſſunt obligare, *d.* c.
*præterea*, & *ibi Pan. nu.* 4. *hoc tit.* c. *de cætero de
transact.* qui per colluſionem iudicialem, vel
extraiudicialem conſtituit eccleſiam cen-
ſualem, illa privatur c. *cum clerici hoc tit.* E-
piſcopi, abbates, vel alij prælati † novos cen- 6
ſus imponere eccleſijs, aut veteres, etiam
auctis eccleſiarum facultatibus, augere,
vel partem redditüum ſuis vſibus appropri-
are non poſſunt, c. *prohibemus hoc tit. Clem.
quia regulares* §. 1. *de ſuppl. negl. præl.* etiamſi in
eccleſijs habeant iuspatronatus, c. *gravis hoc
tit.* niſi ſubſiſtente cauſa rationabili, puta ſi
accedat novum prædium, nova parochia,
vel quid ſimile, *d.* c. *prohibemus* & *ibi gloſſ. in
verb. veteres* & *Can.* ſecus in procuratione
quæ poteſt imponi, & augeri auctoritate
Epiſcopi *gl. in d.* c *prohibemus in verb. veteres
per* c. *quanto hoc tit.* aut eccleſia ſit de menſa
ipſorum, quo caſu poſſunt partem redditu-
um ſibi retinere, *Pan. in d.* c. *prohibemus ante
n.* 3. *per Clem.* 1. *de ſuppl. negl. præl.* novus cen-
ſus eſt, qui ab initio non fuit impoſitus, c. *ſci-
entes*, & *ibi gloſſ fin. hoc tit.* vel qui ab alijs ec-
cleſijs non ſolvitur, aut imponitur ex cauſa
canonibus non cognita, c. *eccleſiis hoc tit.* ra-
tio prioris eſt, quia rei ſacræ onus aliquod
imponi non poteſt, cum ſit extra commer-
cium, ratio ſecundi eſt, quia cenſus ſolvitur
ſuperiori in ſignum ſubiectionis, ideo non
refert, an multum, vel parum ſolvatur, c.
*conſtitutus de relig. dom. d.* c. *omnes anima*, &
*Pan. d.* c. *prohibemus n.* 3. *hoc tit.*

Reprobantur † cenſus ignorantiæ, id eſt, 7
cuius cauſa ignoratur, etiamſi longo, aut
longiſſimo tempore fuerit ſolutus, c. *perve-
nit hoc tit.* quia ex tempore non quæruntur
iura, *l. ſi certis annis C. de pact.* c. *nullus epiſcopus*
1. *q.* 1. & *ibi gl* & *Can.* niſi quis alleget titulum
legitimum, quem intendit probare ex præ-
ſtatione diuturna, *l. cum de in rem verſo* &
*ibi gl. mag. Cart.* & *DD. ff. de vſur. Cyn.* & *Iaſ.
numer.* 7. *in d. l. ſi certis annis. Pan. in d.* c. *perve-
nit num.* 3. & *ſeqq.* & *ibi Can.* ac lite penden-
te ſi præſtatio ſit merè perſonalis in qua ſit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reperire aliquem ſtatum, in eo poteſt quis
facere ſe manuteneri, & ad eum reſtitui, ſi
vero præſtatio eſt realis, poteſt agere poſ-
ſeſſorio, Pan. in d. c. pervenit ſub nu. 3. Anchar.
num. 9. & Can. Pan. in c. querelam n. 12. in fin.
de elect. Rot. diverſ. deciſ. 196. num. 6. par. 1. Se-
8 cundo cenſus † per epiſcopum impoſitus
eccleſiæ per eum de manu laici ereptæ, c. ec-
cleſiis hoc tit.

9 Omnis ſolutio † cenſus eſt præſcriptibi-
lis, excepta illa, quæ fit in ſignum ſubiectio-
nis, c. ad audientiam, & ibi Pan. num. 18. & la-
tius Felin. n. 2. de præſcript. ubi ſubjectio non
præſcribitur, cap. cum non liceat de præſcript.
ubi vero ſubiectio eſt præſcriptibilis, ita &
cenſus in ſignum ſubjectionis debitus, quia
ſubjectio, & cenſus ob eam debitus parifi-
cantur, Felin. in d. c. ad audientiam ſub numer.
20. l. comperit C. de præſcript. 30. vel 40. ann.
& ibi not. poteſt ab Epiſcopo de conſenſu
capituli ex juſta cauſa, & rationabili remit-
ti, ac etiam minui, cap. cum venerabilis hoc tit.
10 ſolvendus eſt † ad antiquam monetam, in
qua fuit inſtitutus, vel ad eius æſtimatio-
nem, ſi non ſit in uſu, niſi fuerit præſcriptum
in alterius monetæ ſolutione, c. olim cauſam
c. cum canonicis hoc tit. gloſſ. in c. conquerente
in verb. duos ſolidos & ibi Can. de off. ord. Anch.
in clem. fin. de decim. & ibi Can. Gail. obſ. 73.
lib. 2. tenet quod non poßit præſcribi. Mynſing.
obſ. 1. cent. 4. quia creditor non eſt cogendus
in aliam formam nummos accipere, ſi ex ea
re damnum aliquod paſſurus ſit, l. Paulus re-
ſpondit la 1. ff de ſolut. ſpecies enim monetæ
in contractu contentu eſt in ſolutione, ac in
obligatione, Bart. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit
decem in melle ſub num. 3. ff de ſolut l. 1. § fin. ff.
de aur. & arg. leg. & ſi ſit mutata bonitas in-
trinſeca, eſt attendendum tempus obliga-
tionis, quando vero eſt mutata bonitas ex-
trinſeca attenditur tempus ſolutionis, gl. in
c. quis ignorat in verb. tempore noſtro 32. qu. 4.
& ibi Can. Bart. in l. cum quid n. 17. & ibi DD.
ff. ſi cert. pet. Bart. in l Paulus reſpondit la 1. num.
6. & ſeqq. ff. de ſolut. Greg. 15. deciſ. 42. Rot. Fa-
rin. dec. 597. part. 1. & deciſ. 149. part. 1. aug-
mentum enim & diminutio valoris extrin-
ſeci damno & lucro cedit creditoris, Franc.
Aret. conſ. xj. num. 3. Tiraq. de retract. lignag. §.
1. gl. 18. n. 26. l. res in dotem ff. de jur. dot. Rot.
Far. d. deciſ. 149. n. 7. & ſeqq. Covar. de coll. vet.
num. c. 7. §. unico n. 3.

Exactiones, & talias † epiſcopi, & præla- 11
ti eccleſiaſtici imponere non poſſunt, c. cum
apoſtolus §. prohibemus hoc tit. c. nullus 16. qu. 1.
etiamſi ſint S. Romani Imperii Principes,
quia Inſtitutio vectigalium eſt de ſummo
imperio & reſervatis Romanorum Impera-
tori, tot. tit. C. vectigal. novæ inſtit. non poſſe
Mynſing. obſ. 29 cum ſeqq. cent. 5. Sed epiſco-
pus contentus eſſe debet canonicis, & con-
ſuetis, cathedratico, ſynodatico, quarta de-
cimationum, & mortuariorum, c. conque-
rente, & ibi gl. in verb. duos ſolidos in verb. de-
cimationum, in verb. mortuariorum & Can. de
off. ord. cenſu in conſecratione impoſito, c.
eleutherius. 18. quæſt. 2. charitativo ſubſidio,
quod petere poteſt à ſubditis, ſi manifeſta
& rationabilis cauſa extiterit, d. cap. conque-
rente in fin. de off. ord. c. cum apoſtolus §. prohibe-
mus hoc tit. & eſt impræſcriptibile, Pan. in d.
c. cum apoſtolus num. 5. in fin. Rot. deciſ. 3. hoc
tit. in antiq. & ſi neceſſitate oſtenſa preci-
bus, & monitis ſuis nolunt obſequi, poteſt
recuſantes ad eius præſtationem compelle-
re de conſenſu ſui capituli, Anchar. in d. c. cum
apoſtolus numer. 10. & 11. procuratione in
certis caſibus, de qua loquitur tertia pars ti-
tuli, Archidiaconi, & alii prælati inferiores
nullas exactiones, ſive talias in presbyteros
ſive clericos exercere poſſunt, niſi in hoc
ſint privilegiati, vel habeatur conſuetudo,
d. c. cum

*d.c.cum apoſtolus* §.*prohibemus in fin.& ibi Pan. n.6.poſt gl.*

12 Procuratio regulariter † prælatis non præſtatur pro officio ſuo impendendo, niſi in caſibus à jure expreſſis, aut ſimilibus, *Pan. in c.cum ſit num.*1*, de ſim. & ibi Can.* non pro labore ſacramenti, quia daretur pro ipſo ſacramento cum ſit annexus, c.*ſi quis objecerit* 1.*quæſt.* 3. ſed in ſignum cuiuſdam ſuperioritatis, c.*Romana* §.*procurationes hoc tit. in* 6.
13 Primo, debetur † ratione viſitationis, c.*cum apoſtolus* c *ſopitæ* c.*procurationes h. tit.* Quando perſonaliter officium viſitationis impendunt, *d.c.procurationes.* & ab eius ſolutione epiſcopi eccleſiam non poſſunt eximere, *Pan.in c.cum venerabilis n.2.hoc.tit,* & ex toto à ſubditis præſcribi non poteſt, ſed quota, vel pars procurationis præſcribi poteſt, *Butr. in c.cum ex officii num.*16. *& ibi Io.Andr.Io.de Imol & Can.de præſcript.Franc.Marc. qu.*198. *n.*11.*part.*2. Viſitare dicuntur, qui circumeunt provinciam, diœceſim, eccleſias, pro ſalute animarum, vel pro cultu divino ampliando, pro ſtatu eccleſiæ in melius reformando, moribus corrigendis, c.*placuit.*10.*q.* 1.c.*procurationes* §.*porro h.t.Ioan.Andr. in c.*1. *in verb.viſitatus eod. in* 6.c.3. §.*viſitationum ſeſſ.* 24.c.*mandatum, & ibi gloſſ.* 1. *& Can. de off. archid.c.dudum el* 2.*verſ.ſed cum in jure de elect. & ibi Can.* & contra denegantes procurationem ſibi ſolvere poſſunt ferre ſententiam cenſuræ, c.*cum nuper hoc tit.* Viſitatio-
14 nem † facere poſſunt epiſcopi, & his ſuperiores aliiq; prælati inferiores ordinariam juriſdictionem habentes, c.*Romana* §.*fin. h.tit. in* 6. c.*cum apoſtolus* c.*procurationes h. t. Mar. Socin. in tract. de viſit. num.* 4. In quibus Conc. Tridentinum quædam immutavit, cuius decreta breviter recenſebo. Epiſcopi, & his maiores propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitime impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut viſitatorem quotannis totam viſitare tenentur, aut ſi propter eius latitudinem non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen ut tota viſitatio biennio per ſe, aut viſitatores ſuos compleatur, c.*patriarchæ ſeſſ.*24. *cap.epiſcopum.*10.*quæſt.*1. nec in hac generali viſitatione facienda tenentur requirere Conſilium, aut conſenſum ſuorum capitulorum, *juxta tradita per Panorm.in c.qualiter, & quando el* 2.*num.* 6. *de accuſat. & c. ex literis de divort. vel coniudicum juxta c.* 6.*ſeſſ.* 25. quia viſitatio generalis ſpectat ad epiſcopum ex propria juriſdictione, c.1.§. *hanc autem hoc tit, in* 6.*d.c.patriarchæ ſeſſ.*24.*d.c.*6 *ſeſſ.*25. Me-
tropolitani † etiam poſt plene viſitatã pro- 15
priam diœceſim, non poſſunt viſitare cathedrales eccleſias, neq; diœceſes ſuorum comprovincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio provinciali, *d.c.patriarchæ* §. *in metropolitanis ſeſſ.*24. *qui corrigit* c.1.§.1.
*& c.fin. hoc tit. in* 6. & tunc in † viſitatione 16
provinciæ poſſunt facere inquiſitionem præparatoriam in genere ſine ulla coactione, & qualibet exactione juramenti de veritate dicenda, quia nullam habent juriſdictionem in ſubditos mediatos, ideo non poſſunt compellere ſubditos ſuffraganeorum ad præſtandum juramentum de veritate dicenda, ſed compellunt eos venire, reſpondere, ſibi obedire in his, quæ reſpiciunt officium viſitationis, præſtare juramentum, per quod occultum prodere conſtringantur, etſi ſine juramento aliqua referuntur corrigenda, ſuper his præſtare juramentum de veritate dicenda, c. 1. §.*ſane, & ibi gl. in verb.coactione Gemin.ſub n.* 6.*verſ. oppono, & Can.hoc tit.in* 6. ac orta contra aliquos infamia eorum ordinariis denunciare, ut ſuper his contra eos ſolemniter inquirant, notoria crimina, quæ examinatione

non

non egent poſſunt libere corrigeri, & puni-
re, c. 1. §. *ſane verſ. fin. hoc tit. in 6.* Archidia-
17 coni, decani, † & alii inferiores, in iis eccle-
ſiis ubi hactenus viſitationem exercere le-
gitime conſueverunt, debent aſſumpto no-
tario de conſenſu epiſcopi, per ſeipſos tantū
ibidem viſitare, *d. c. patriarchæ §. archidiaconi*
18 *ſeſſ. 24.* viſitatores à capitulo † deputandi,
ubi capitulum jus viſitandi habet, prius ab
epiſcopo debent approbari, cui, ipſi archi-
diaconi, & alii inferiores viſitationis factæ
infra menſem rationem reddere, ac depoſi-
tiones teſtium, & integra acta exhibere te-
nentur, non obſtante quacunque conſue-
tudine, etiam immemorabili, ac exemptio-
nibus, & privilegiis quibuſcumque, ſed non
ideo epiſcopus, vel eo impedito, eius Vica-
rius eaſdem eccleſias ſeorſim ab his Viſitare
prohibetur, *d. c. patriarchæ §. viſitationes.*
Quia inferiores non præſcribunt jurisdi-
ctionem privative contra epiſcopum, ſed
cumulative, *Pan. in c. paſtoralis num. 7. in fin.
de off. ord. & c. cum apoſtolus c. procurationes
hoc tit.* cæterique canones, qui Archidiaco-
nis, aliiſque inferioribus jus viſitandi con-
cedunt juxta præfata ſunt reſtringendi;
19 præterea † abbates, ac prælati religioſorum
viſitant monaſteria, & monachos, *c. pen. &*
20 *fin. de ſtat. monach.* ac Legati † & Nuncii apo-
ſtolici provincias ſibi commiſſas, *c. cum nu-
per. & c. procurationes & ibi Pan. in 2. not. hoc
tit. c. 2. de off. leg. in 6.* numerum evectionum
definit. *c. cum apoſtolus hoc tit.*

21 Viſitari poſſunt † per epiſcopos, & alios
ſuperiores prælatos capitula cathedralium,
& maiorum eccleſiarum etiam exempta, &
ſedi apoſtolicæ immediate ſubiecta; *c. capi-
tulo ſeſſ. 6. Rot. diverſ. deciſ. 743 part. 1.* omnes
eccleſiæ ſæculares ſuæ diœceſis, ſubditæ or-
dinaria; exemptæ ſedi apoſtolicæ imme-
diate ſubiectæ, delegata ſedis apoſtolicæ au-
ctoritate, *c. locorum ſeſſ. 7. c. omnes ſeſſ. 14. c.
ſtatuit ſeſſ. 25.* non obſtante transactione,
vel ſententia arbitramentali inter eos lata,
quia ſicut contra Papam ſententia, nec ali-
quid aliud obſtat, ita nec contra eius dele-
gatum. *c. inferior 21. diſt. c. cum inferior de ma-
ior. & obed. l. minor autem ff. de minor. Put. de-
ciſ. 212. lib. 3. quæ eſt notabilis Limitatio ad re-
gulam quod generalis diſpoſitio non trahitur ad
caſus deciſos ſententia, vel transactione l. cauſas
& ibi Iaſ. poſt Bart. nu. 3. & ſeqq. C. de tranſact.
gloſſ. in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatisd. cog. &
ibi Iaſ. & DD.* In exemptis à jurisdictione
epiſcopi, & metropolitano, vel alteri im-
mediate ſubiectis, *Pan. in c. ſuper eo nu. 6. de
paroch. & alien. paroch.* dicti canones Conc.
Trident. locum non habent, *Vital. in Clem.
attendentes §. hoc igitur n. 9. & ſeqq. per illum
tex. de ſtat. monach.* populus ſuæ diœceſis, *c.
epiſcopi ſeſſ. 25.* capellæ regiæ, earumque ca-
nonici, & Capellani, qui ſubſunt ordinariis,
non magiſtris capellarum, cum & ipſi reges
in ſpiritualibus ſubſint epiſcopis locorum,
*c. omnes principes de maior. & obed. Pan. in c.
cum capella in 2 not. de privil. Rot. diverſ. deciſ.
736. part. 1.* & Conc. Trident. *in c. quoniam
el 1. ſeſſ. 24.* præſervat, *c. cum capella de privil.*
quoad excommunicationem, ſuſpenſio-
nem, & interdictum, de quibus d. c. *cum ca-
pella* loquitur, non autem quoad viſitatio-
nem; *Rot. diverſ. deciſ. 744 part. 1. gloſſ. mag in
d. c. cum Capella in fin. & ibi Can. communiter,*
Eccleſię quæcumque quomodolibet exem-
ptæ auctoritate Apoſtolica, in quibus op-
portunis juris remediis provident, ut, quæ
reparatione indigent, reparentur, & cura a-
nimarum, ſi qua illis immineat, aliiſque de-
bitis obſequiis minime defraudentur, ap-
pellationibus, privilegiis, conſuetudinibus
etiam ab immemorabili tempore præſcri-
ptis &c. penitus excluſis; *c. locorum ordinarii
ſeſſ. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſeſſ.7.* eccleſiæ de novo converſæ, quæ in
procurationibus, & aliis ſervant con-
ſuetudinem vicinarum, *c. ſuper eo hoc tit.* ho-
ſpitalia, collegia quæcumque, ac confrater-
nitates laicorum, *late Pariſ. conſ.34. vol.4.* et-
iam quas ſcholas, ſeu quocumq; alio nomi-
ne revocant, non tamen quæ ſub regum im-
mediata protectione ſunt, ſine eorum licen-
tia, eleemoſynæq; montis pietatis, ſive cha-
ritatis, & pia loca omnia quomodocumque
nuncupentur, etiamſi prædictorum loco-
rum cura ad laicos pertineat, aut in funda-
tione alicui ſpecialiter commiſſa ſit viſita-
tio, quia intelligitur commiſſa cumulative,
non autem privative quoad epiſcopum,
*Garc. de benef part.1.c.2.num.99.& ſeqq. Greg.
15. deciſ. 8. Pan. in c. paſtoralis num. 7. & ibi
Can. de off. ordin.* atque eadem exemptionis
privilegio ſint munita, non obſtante qua-
cumque conſuetudine etiam immemorabi-
li privilegio, ac ſtatuto, ac omnia quæ ad Dei
cultum, aut animarum ſalutem, ſeu paupe-
res ſuſtentandos inſtituta ſunt: *c. epiſcopi el.
2. ſeſſ.22.* ideo Rota ad probandum imme-
morabilem ſolet denegare remiſſoriam ex
capite irrelevantiæ, quia per Conc. Triden-
tin. quoad viſitationem derogatur imme-
morabili, *Rot. diverſ. deciſ.744 in princ. part.1.
c.8. ſeſſ.7. c.8. ſeſſ 21. c.3. & c.9 ſeſſ.24.* Et no-
tandum eſt, quod in *d. epiſcopi el.2.* clauſulis
derogatoriis non fit mentio fundationis,
per quam Epiſcopus facta de ipſo expreſſio-
ne ſpecifica, vel ſi dicatur, quod viſitatio
fieri debet per inferiorem prælatum, & non
per aliam perſonam, poteſt ab eadem pro-
hiberi & excludi, *Garc. de benef. part.1.c.2.
num.98.& ſeqq. per text in d.c. epiſcopi el.2.&
ſeqq. ſeſſ.22. Greg.15. deciſ.8. num.1. in fin.&
ſeqq.* excepto caſu negligentiæ, aut non im-
plementi per inferiorem monitione præ-
miſſa, *c. tua, & ibi gloſſ. magn. & Can. de te-
ſtam. c. Ioannes cap. ſi hæredes eod. tit. l. nulli &
auth. ibi poſita C. de epiſc. & cler.* Item viſitan-
tur per epiſcopos quælibet monaſteria mo-
nialium, & canonicarum ſæcularium, exem-
pta videlicet, quæ ita ſedi Apoſtolicæ, quod
nulli alii ſubjecta noſcuntur Apoſtolicæ:
(exempta alia per alios quibus ſubſunt, vi-
ſitantur) non exempta, ordinaria auctorita-
te, *Clem. attendentes de ſtat. monachor.* ac viro-
rum ſuæ juriſdictionis ſubjecta, *c. ſopita c.
cum olim hoc tit.* ac etiam exempta & com-
mendata in quibus non viget regularis ob-
ſervantia, *c. quæcunque ſeſſ. 21.* dummodo
non ſint exempti ordinis, *c. abbates in princ.
ſeſſ.25.* ſi in eis viget regularis obſervantia,
debēt Epiſcopi paterne monere regularium
ſuperiores, ut regularia inſtituta obſervent,
& à ſibi ſubditis obſervari faciant, qui ſi ad-
moniti infra ſex menſes, eos non viſitave-
rint, vel correxerint, tunc iidem epiſcopi,
etiam ut delegati ſedis Apoſtolicæ eos viſi-
tare poſſunt & corrigere, prout ipſi ſuperio-
res poſſent juxta eorum ſtatuta, quibuſcum-
que appellationibus, privilegiis, & exem-
ptionibus non obſtantibus. *d. c. quæcumque
verſ ſi in eis vigeret.* Præcipitur † Epiſcopis, & 22
aliis viſitatoribus, ut in viſitatione monia-
lium in ipſo actu viſitationis, & inquiſitione
in capitulo facienda, notariis duobus, cleri-
cis, non pluribus, *Clem. attendentes §. ipſos &
ibi gloſſ. in verb. duobus Vital. num.4. & Can. de
ſtat. monach.* excluſis advocatis, *c. ut juxta de
off. ord. ibi Pan. num.2. Butr. num. 3. & 5. Zab.
circa fin. & Can. communiter,* & perſonis dua-
bus ſuæ eccleſiæ cathedralis non inferioris,
*Vital. cont. gl. in d. clem. attendentes §. ipſis num.
3.* quatuorque juris aliis clericis, *Vital. in d.
Clem. attendentes §. ipſis num.4.* honeſtis, &
maturis ſint contenti, *Clem. attendentes §. i-
pſis de monach. & ibi gloſſ.* in † monaſterio- 23
rum religioſorum viſitatione prohibetur

Epiſcopis, ne in monaſteriis laicos, aut cle-
ricos ſæculares in capitulo, & actu viſitatio-
nis, niſi duos aut tres de canonicis eccleſiæ
ſuæ indecenti habitu, & aliis quos expedi-
re viderint, religioſis adjunctis, introdu-
cant, c. *ut juxta de offic. ordin. & ibi gloſſ. &*
*Doct.* qui ſunt in hujuſmodi viſitationis offi-
ciis exercitati, c. *in ſingulis §. advocent de ſtat.*
*monach.* neutro caſu numerus procurando-
rum diminuitur, *Anch. in d. clem. attendentes*
24 *in 7. not. & Can.* in viſitatione, quam facit †
epiſcopus de proprio capitulo ſuo regula-
ri in viſitationis actu duas vel tres honeſtas
perſonas clericali charactere inſignitas,
quarum una ad minus ſit religioſa, ordinis
ejuſdem, & unum notarium clericum ſe-
cum habere poteſt, & non plures; *Extra-*
*vag. 1. de off. ordin. inter communes.* ſi ſeculare
ſit proprium capitulum, poteſt epiſcopus
per ſe ipſum ſolum, vel illis quibus ſibi vide-
bitur, adjunctis, toties quoties opus fuerit
viſitare, corrigere, & emendare, c. *capitul.*
*ſeſſ. 6.* præterea viſitantur ab epiſcopis bene-
ficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus,
collegiatis, ſeu aliis eccleſiis, vel monaſte-
riis, beneficiis, ſeu collegiis, aut piis locis
quibuſcumque perpetuo unita, & annexa
reperiuntur, ſollicite provident, ut per ido-
neos vicarios etiam perpetuos, niſi ipſis
ordinariis pro bono eccleſiarum regimine
aliter expedire videbitur, ab eis cum con-
grua fructuum portione, non majore cen-
tum, neque minore quinquaginta ſcuto-
rum annuorum ſumma, etiam ſuper certa
re aſſignatione, ibidem deputandos, ad
nominationem eorum, in quorum eccle-
ſiis unitis ponuntur, cum ipſorum ordina-
riorum, ſeu eorum vicariorum prævio exa-
mine, approbatione, abſque concurſu, cura
animarum exerceatur; privilegiis, exem-
ptionibus, etiam cum judicum deputatio-
ne, & illorum inhibitionibus quibuſcum-
que in præmiſſis minime ſuffragantibus, c.
*beneficia ſeſſ. 7. Pius V. conſtit.* 46. *in Bullario*
*antiquo, quæ emanavit ad d. c. 7. declaratio-*
*nem.* ac etiam viſitatur beneficia tam cura-
ta, quam non curata, ſæcularia, regularia,
qualitercumque commendata, etiam exem-
pta, *d c. quæcumque verſ. nec non beneficia.* Ec-
cleſiæ ſæculares, quæ in nullius diœceſi eſſe
dicuntur, ab epiſcopo, cujus eccleſia cathe-
dralis proximior eſt, ſi id poſſit, alioquin ab
eo, qui ſemel in Concilio provinciali à præ-
lato loci illius electus fuerit, tanquam ſedis
apoſtolicæ delegato, non obſtantibus privi-
legiis, & conſuetudinibus, etiam immemo-
rabilibus, c. *quæ alias ſeſſ. 24.* Epiſcopi † in o- 25
mnibus iis, quæ ad viſitationem, ac morum
correctionem ſpectant, jus & poteſtatem
habent, etiam tanquam ſedis apoſtolicæ
delegati, ea ordinandi, moderandi, punien-
di, & exequendi juxta canonum ſanctiones,
quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum
emendatione, & diœceſis ſuæ utilitate, ne-
ceſſaria videbuntur, nec in his exemptio, aut
ulla inhibitio, appellatio ſeu querela, etiam
ad ſedem apoſtolicam interpoſita, execu-
tionem eorum, quæ ab his mandata, decre-
ta, aut judicata fuerit, quoquo modo im-
pedit, aut ſuſpendit, *c. Epiſcopi, ut aptius*
*ſeſſ. 24.*

Abbates ordinum † exemptorum capita, 26
& cæteri præfatorum ordinum ſuperiores
monaſteria ſibi ſubdita & prioratus ſuo
quiſque loco & ordine viſitant, etiamſi ſint
commendata, & in eis non vigeat regularis
obſervantia, & tenentur quicumque præ-
fatorum ordinum monaſteriis præſunt, vi-
ſitatores recipere, & illorum ordinationes
exequi; ipſa quoque monaſteria † ordi- 27
num capita viſitantur, & quamdiu durant
commendæ, priores clauſtrales aut in prio-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ratibus conventum habentibus , ſub prio-
res,qui correctionem & ſpirituale regimen
exercent à capitulis generalibus vel ipſo-
rum ordinum viſitatoribus inſtituuntur, c.
*abbates ſeſſ.* 25. Monaſteria quæ genera-
28 libus † capitulis aut epiſcopis non ſubſunt,
ſed ſub immediata ſedis apoſtolicæ pro-
tectione & directione regi conſueverunt,
tenentur quolibet triennio ſe in congrega-
tiones redigere juxta c. *in ſingulis de ſtat. mo-
nach.* & ſi infra limites unius provinciæ non
ſit ſufficiens talium monaſteriorum nume-
rus , poſſunt duarum vel trium provincia-
rum monaſteria unam facere congregatio-
nem,& ſi in his negligentes fuerint , licet
metropolitano, in cujus provincia præfata
monaſteria ſunt, tanquam ſedis apoſtolicæ
delegato,eos pro prædictis cauſis convoca-
re;& ſi eo inſtante prædicta exequi non cu
raverint , epiſcopis in quorum diœceſibus
ſita ſunt, tanquam ſedis apoſtolicæ delega
tis,c.*monaſteria ſeſſ.* 25 *de regul.& mon.* I-
pſis congregationibus conſtitutis illarum
generalia capitula , & ab illis electi præſi-
des,vel viſitatores eamdem habent auctori-
tatem in ſuæ congregationis monaſteria
& regulares , quam alii præſides & viſitato-
res in cæteris habent ordinibus , tenentur-
que ſuæ congregationis monaſteria fre-
quenter viſitare,*d.* c. *monaſteria ſeſſ.* 25.quia
quando prælati unius vel plurium provin-
ciarum ſimul conveniunt,unam faciunt u-
niverſitatem , licet quilibet in eccleſia ſua
faciat collegium ſive conventum cum ſuo
capitulo,ideoque ſtatur majori parti , non
obſtante contradictione minoris partis,
c.1.*&* 2.65.*diſt. Pan. in c. in ſingulis num.* 1.
*de ſtat.monach.*Electi à capitulo annali præ-
ſidentes ordinariam habent juriſdictio-
nem,& poſſunt ad nutum capituli mutari,
*Zab.in c. in ſingulis* §. *advocent &* §. *hujuſmodi*
*in princ. de ſtat. monach.* & poſt depoſitum
officium inquiri & puniri de male geſtis,c.
*ea quæ* §. *ſequentes autem de ſtat. monach. arg.
l. magiſtratus ff. de admin. rer. ad civit. pertin.*
deputati viſitatores delegatam auctoritate
apoſtolica,*Pan.in d.c. in ſingulis num.* 3. *&* 7.
*per tex.in* §.*ordinentur ibi vice noſtra.* Quod
ſi cognoverint Abbatem à regimine amo-
vendum , tenentur in capitulo præſidentes
per nuncios , quibus de communi contri-
butione expenſæ miniſtrantur,ejus exceſſus
intimare, ac depoſitionem ſedi apoſtolicæ
reſervare; & eo interim ab omni admini-
ſtratione per viſitatores vel in capitulo præ-
ſidentes ſuſpenſo,monaſterio deputatur ad-
miniſtrator : c. *ea quæ* §. *hæc eadem circa ex-
emptos , & ibi Anch.in xj. notab. & Can.de ſtat.
monach.* Iure decretalium † tam exempto- 29
rum monaſteriorum, quam epiſcopo ſub-
ditorum,& Canonicorum regularium Ab-
bates, atque priores proprios Abbates non
habentes, de triennio in triennium , ſalvo
Iure diœceſanorum epiſcoporum,tenentur
in ſingulis regnis ſive provinciis commu-
ne capitulum celebrare, ad quod , univerſi
conveniant, apud unum de monaſteriis ad
hoc aptum, c. *in ſingulis de ſtat. monach. c. fin.
eod.tit.*hoc adhibito moderamine ut nullus
eorum pluſquam ſex evectiones & octo per-
ſonas adducat, d. c. *in ſingulis* §. *hoc adhibito.*
ac electi à capitulo præſides † ordinariam 30
habent Iuriſdictionem, *d.* c. *in ſingulis* §. *&
quod ſtatutum fuerit,& ibi glo.in verb.illis qua-
tuor.*& tenentur ſollicite annuatim require-
re fugitivos ſuos & electos de ordine ſuo
*juxta c. fin. de regul.* etiam ſæpius & pluries
fugientes, c.*pervenit* 27. *quæſt.* 1. *& ibi gloſſ.
alleg concord.*deputati † viſitatores delegata 31
auctoritate apoſtolica,*d.* c. *in ſingulis* §. *ordi-
nentur,& ibi gloſſ in verb.vice noſtra, & DD.* c.
*ea quæ in princ.&* §.*ipſi etiam viſitatores de ſtat.*

*monach.* poſſunt viſitare , etiamſi epiſcopi
non fuerint negligentes, *d.c.in ſingulis* §.*por-
ro diœceſani, & ibi gl.in verb. viſitatores acceſſe-
rint, & Can.* in concurſu epiſcopis præferun-
tur, *Anch.in d.c.in ſingulis in fin.& Can.c.ſane
el 2.de off. deleg.* ac etiam nunciis & legatis
Apoſtolicis, quia religioſis à Capitulo an-
nali deputatis ſpecialiter committitur vice
ſummi Pontificis viſitatio, correctio, & re-
formatio auctoritate d.c. in ſingulis §. ordi-
nentur, c. fin. poſt prin. de ſtat monach. in-
novata per Concil. Triden. c. 8. *ſeſſ.* 25. *de
regul.* ideo alius qui ſit generalis in provin-
cia Legatus eos non poteſt impedire, quia
ſpeciale mandatum derogat generali, c. 2. *de
off. legat. l. in tot. jure ff. de regul. iur. c. generi de
reg. iur. in 6.* & quantum ad viſitationem
maiorem illis habent poteſtatem , & ſicut
locum tenentes ſummi Pontificis debent
honorari, *arg. c. præcipimus 39. diſt. c. paſtoralis*
§. *præterea de off. ord. & ibi Can.* ſed abſoluta
per eos viſitatione Epiſcopus, legatus aut
nuncius poſſunt viſitare, *Anch. in c. tibi ſub n.
2. verſ. quid ergo ſi Papa de reſcript. in 6. Iaſ. in
l. quod in rerum* §. *ſi quis poſt numer. 5. & ſeqq.
& ibi DD. ff. de leg. 1. & ibi DD*, quia ſpe-
cialis juriſdictio dicitur attribui cumulati-
ve non privative, c. *per hoc de hæred. in 6. cap.
in galliarum, & ibi gloſſ. in verb. prætermitti 25.
quæſt. 2. Rom. conſ. 393. præſens conſultatio ubi
decem textus allegat. Iaſ. in d. l. quod in rerum* §.
*ſi quis poſt num. 8. & ſeqq. & ibidem DD. Fel. in
32 d. c. paſtoralis num. 2. de off. ord.*. Ad officium †
viſitatorum ſpectat inquirere de ſtatu mo-
naſterii, obſervantiis regularibus, & de ſpi-
ritualibus & temporalibus; c. *ea quæ in prin-
cip. de ſtat. monach.* non puniunt præteritos
monachorum exceſſus, quorum correctio
pertinet ad abbates, *d.c. ea quæ & ibi gloſſ. 1.
& Can c. quanto & ibi gloſſ. pen. de off. ordin.
c. reprehenſibilis fin. de appell.* etiam privative
quoad alios viſitatores, *d. c. ea quæ in princ.*
ſed ſi ab abbatum correctione ſe contuma-
citer ſubtrahunt , quia iſta nova culpa re-
bellionis, viſitationis officio eſt annexa, aut
ſunt contumaces in viſitationis officio,
quia interrogati nolunt reſpondere de ſta-
tu monaſterii, vel ingerunt impedimenta
in viſitationis officio, tunc per viſitatores
auctoritate Apoſtolica juxta modum cul-
pæ puniuntur, *d. c. ea quæ* §. *ipſi etiam viſi-
tatores , & ibi Anch. numer. 2. & Canoniſt.*
Abbates in corrigendo juxta viſitatorum
mandatum, & regularia ſtatuta in ſeipſis, &
monachis negligentes , in Capitulo gene-
rali proclamantur, id eſt accuſantur, & pu-
blice puniuntur, *d.c. ea quæ* §. *ſi vero abbates.*
Si abbas non exemptus, fuerit à viſitatori-
bus nimis negligens, aut remiſſus inventus,
id loci diœceſano denunciant ſine mora,
& per illum datur ei coadiutor uſque ad ge-
nerale Capitulum, *arg.* §. *interdum &* §. *ſeq.
& ibi poſt gl. DD. Inſtit. de Curat.* ſi autem di-
lapidator inventus fuerit , vel alias merito
amovendus, per diœceſanum, cui proceſſus
eſt exhibendus, ad denunciationem viſita-
torum, vocato inquiſito, *Pan. in d. cap. ea ſub
num. 12. per l. Divus Adrianus ff. de cuſt. & ex-
hib. reorum Butr. in d. c. ea quæ ſub num. 23. &
Can. communiter*, amovetur abſque judicio-
rum ſtrepitu à regimine, conſtituto interim
idoneo adminiſtratore , qui temporalium
curam gerat; Capitulum vero ſuccedi in
ſpirituali juriſdictione, donec monaſterio
fuerit de abbate proviſum, *d. c. ea quæ* §. *ſi
vero abbates & ſeq. & ibi Pan. num. 8. & 9. &
Can.*. Hæc eadem circa abbates exemptos
fieri præcipitur per viſitatores , vel præſi-
dentes Capitulo generali depoſitione ipſo-
rum ſedi Apoſtolicæ reſervata, c. *fin.* §. *hæc
eadem circa exemptos de ſtat. monach.* prout la-
tius de præſidentibus Capitulo, tractatibus
haben-

habendis in Capitulo, communi vita dicen-
da, viſitatoribus eligendis, & eorum officio,
viſitatione, & officio diœceſanorum, cor-
rectione monachorum & abbatum latius
diſponunt d. cap. *in ſingulis* & d. c. *ea quæ de*
33 *ſtat. monach.* Illi quoque qui habent † abba-
tias, aut monaſteria unita ſuis menſis, quoad
temporalia, & ſpiritualia cum ſpeciali con-
ceſſione juriſdictionis abbati prius compe-
tentis, habent jus viſitandi eccleſiam, ac mo-
nachos reſpectu eorum, quæ concernunt
ſervitium eccleſiæ, cum actus viſitandi ad
juriſdictionem pertineat, *Pavin. de viſit. par. 1.*
*qu. 1. n. 8. Mar. Socin. de viſitatione lib. 2. q. 10.*
*Greg. 15. deciſ.* 304. *& ibi annot.*

34 Vniverſitates † ſtudiorum generalium
immediate ſummi Pontificis protectioni,
& viſitationi ſubiectas ſua ſanctitas per ſuos
delegatos viſitat, & reformat; ceteræ viſi-
tantur ab iis, ad quos earum cura, viſitatio,
& reformatio pertinet, & in his docentes i-
nitio cuiuslibet anni ſolemni juramento ſe
debent obſtringere, quod ad inſtitutum, &
normam Concil. Tridentin. docebunt, &
interpretabuntur, quæ ſunt Catholicæ fi-
dei, c. 2. §. *adhæc ſeſſ.* 25.

35 Viſitatio ab Epiſcopo † inchoanda eſt,
niſi ſubſit difficultas, vel incommoditas, à
Capitulo cathedralis ſive eccleſiæ & ipſa ci-
vitate, deinde perficienda per diœceſim,
*Gemin. in c. 1. §. 1. num. 6 & ibi Franc. n. 1. &*
36 *Can. hoc tit. in 6.* ac debet fieri in † proprio
loco, quem vult viſitare, c. *conquerente ibi ad*
*eos viſitandos acceſſerit de off. ord. c. 1. & ibi gl.*
*in verb. plene hoc tit. in 6.* nec poteſt ſuum vel
alterius Capitulum ad aulam, vel cameram
ſuam convocare, ut illud ibi viſitet, *Franc. in*
*d. c. in fin. princ. hoc tit. in 6. Gemin. ſub num. 8.*
*in fin. & Can.* etſi commode, vel abſque dif-
ficultate, accedere ad unumquemque non
poterit, de pluribus locis ad unum con-
gruum clericos, & laicos ſtudeat convoca-
re, ne in illis viſitatio poſtponatur, c. 1. *in fin.*
*princ. hoc tit. in 6.* ſi quidem viſitat loca, puta
† eccleſiam, debet inſpicere loca ſanctiſſi- 37
mi Sacramenti Euchariſtiæ, baptiſmi, reli-
quiarum, Altaria, Capellas, vaſa, & veſti-
menta eccleſiaſtica, & alia ad cultum divi-
num ſpectantia, item domos eccleſiæ, &
poſſeſſiones, quia ſubjicienda eſt res oculis,
& perſonæ præſentia multum operatur: *l. ſi*
*irruptione § fin. ff. fin. regund. cap. fin. §. is cui de*
*off. deleg.* idem obtinet quando viſitat alia pia
loca, ſi viſitat perſonas † quædam adhiben- 38
da eſt diſtinctio, aut citra exercitium juriſ-
dictionis, & tunc paterne admonet, prima
die diſcutit quomodo clerici peragant divi-
na officia, & ignaros docet, altera die con-
vocata plebe illius eccleſiæ, docet illos, ut
errores fugiant, & diverſa crimina, expe-
ctent, & timeant diem judicii; c. *placuit* 10.
*q. 1 c. 1. §. 1. & ibi Gemin. num. 5. & Can. hoc*
*tit. in 6,* aut cum exercitio juriſdictionis, &
inſpiciendus eſt finis, ad quem inſtituitur
viſitatio; aliquando viſitat cauſa imponen-
di pœnitentiam per viam fori pœnitentia-
lis, *c. fin. in fin. hoc tit. in 6.* & poteſt de omni
crimine inquirere abſque ulla diſtinctione,
*Gemin. in c. 1. in princ. num. 7. & 8. hoc tit. in*
*6. c. novit de jud.* ac debet ſeparatim clerum,
& populum viſitare, c. 1. §. *deinde, & ibi gloſſ.*
*in verb. populos hoc tit. in 6. & Can.* quia ta-
lium vita eſt ſeparata: *c. duo* 12. *qu.* 1. quan-
doq; viſitando reformat in capite & mem-
bris faciendo inquiſitionem non ſolemnẽ,
ſed præparatoriam, quam alii ordinariam
vocant, abſque exactione juramenti de ve-
ritate dicenda, ſed exigit juramentum, per
quod examinandus occultum prodere cõ-
ſtringatur, & præpoſito verbo Dei, & ſalu-
bribus monitis quærit de vita, & honeſtate
miniſtrantium in eccleſiis, & locis aliis di-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vino cultui deputatis, & cæteris quæ ad ipſum officium ſpectant, notoria ipſorum crimina, quæ examinatione non egeant, libere corrigit, debitam de jure pro illis pœnam infligendo: *c. 1. §. ſane, & ibi gloſſ. in verb. coactione Gemin. ſub num. 6. verſ. oppono, & §. hanc autem hoc tit. in 6.* altera die plebi, & populo vocato prædicat, inquirit de vita, converſatione, & moribus laicorum, an debitis diebus & horis veniant ad eccleſiam, ſemel confiteantur in anno, ac aliis delictis fori eccleſiaſtici, ac etiam mixti fori, in quibus locus eſt præventioni, notoria debite punit, de delictis fori dumtaxat ſæcularis non poteſt Epiſcopus ſe impedire, quia de talibus, nec mediatam nec immediatam habet juriſdictionem, *Gemin. in c. 1. num. 7. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in 4. not. & Can. Socin. in c. qualiter & quando el 2. num. 84. & ſeqq. de accuſat.* Aliquando Epiſcopus in viſitatione facit inquiſitionem ſolemnem, exigit juramentum, & alia facit, quæ in ſolemni inquiſitione fieri ſolent, etiamſi non deveniat ad correctionem & punitionem, & habet locum c. *qualiter, & quando el 2. de accuſat.* de qua ſuo loco dicemus.

39 Viſitator à locis † viſitatis, & non ab aliis, pro diebus quibus viſitationis officium perſonaliter exercebit, procurationem recipit, ac Epiſcopus ab eccleſiis, & monaſteriis in ſua civitate ſitis: c. *venerabili hoc tit.* non obſtante canone antiquo, qui contrarium inſinuere videtur, c. *charitatem verſ. fin. 12. q. 2.* & Metropolitanus, nec non legatus per provinciam eſt procurandus, c. *cum nuper hoc tit.* juxta facultates eccleſiarum, c. *cum Apoſtolus c. ſopite & ibi gloſſ. fin. & gloſſ. in c. cum inſtantia in verb. prægravari hoc tit. Ioan. Andr. in c. 1. num. 12. eod. in 6.* ſive in victualibus ſibi ac ſuis frugaliter, moderateque pro temporis neceſſitate, & non ultra miniſtrandis, ſive in pecunia ex arbitrio eorum, qui fuerunt viſitati, c. *felicis hoc tit. in 6. c. 3. §. interimque & § ſit tamen ſeſſ. 24.* una die unam tantum procurationem, ſive unum locum viſitaverit, ſive plura, etiamſi locus quilibet viſitatus ab illo, ſufficeret ad procurationem integram perſolvendam; *d. c. felicis §. adjicientes*, ab una eccleſia procurationem unius diei tantum, c. *inter cætera verſ. cum vero epiſcopus 10. q. 3.* quia viſitans trahit moram in uno loco per unam diem, & ſequenti die prædicat ad populum, & recedit, c. *placuit. 10. quæſt. 1.* incipitque procuratio à cœna, & finitur in prandio diei ſequentis, & ſic ſunt duo dies, & procuratio unius diei, *Ioan. And. in d. c. cum Apoſtolus num. 5. & ibi Hoſt. Butr. & Can. communiter*, ſi infra dictum tempus viſitatio expediri non poteſt, pluribus diebus, ut oportuerit, procurandus eſt; c. *viſitandi, c. non ſemel 18. qu. 2. Ioann. Andr. in c. 1. in verb. viſitatis circa fin. hoc tit. in 6. & ibi Can.* quando aliqua eccleſia non ſufficit per ſeipſam ad procurationem exhibendam, duæ, pluresve conjunguntur in unam, c. *procurationes in fi. princ. hoc tit.* notorie impotentem prælatus viſitat ſuis impenſis, *d. c. cum Apoſtolus, & ibi gloſſ. in verb. ſumptuoſas d. c. cum inſtantia. & ibi gl. in verb. prægravari, & Can.* in dubio poterit exigere juramentum de impotentia, *arg. c. fin. de jurejur.* vel excommunicare ſub conditione, puta excommunico te, niſi me procuraveris ſecundum facultatem tuam; *Pan. in d. c. procurationes numer. 7. & 8.* pro oratoriis privatis procurationes, quæ ratione viſitationis debentur, non præſtantur; *cap. fi. hoc titul.* ſi per alium viſitat, viſitati procurationem miniſtrare tenentur viſitanti, ſed Epiſcopus, aut alius ſuperior, qui viſitationem delegavit, nihil poteſt accipere, *c. relata 10. q. 1. c. relatum 10. qu. 3.* imo tenetur

viſitatori à ſe deputato providere de equis,
veſtibus, familia, & aliis opportunis, ſicut
pararet, ſi ipſemet viſitaret: c. *ſi epiſcopus de*
*off.ord.in 6.* Viſitatione facta ultra procura-
tionem alio modo quid ſive ipſe viſitans, vel
aliquis de eius familiaribus, etiam occaſio-
ne alicuius officii, vel conſuetudinis, etiam
teſtamentorũ ad pios uſus, præter id quod
ex relictis piis jure debetur, c. 3. §. *interimque*
*ſeſſ.* 24. vel etiam munus ſponte oblatum,
aut eſculentum portandum, ſive viſitatio-
nis officio non impenſo, Epiſcopi, aut alii
procurationem in victualibus, aut aliquid
aliud procurationis occaſione exigere, aut
à volente recipere præſumentes, tenentur
ultra maledictionem, quam incurrunt, in-
tra menſem duplum reſtituere eccleſiæ, à
qua illud eſt receptum, alioquin ex tunc
patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, duplum
ipſum ultra præfatum tempus reſtituere
40 differentes, ingreſſu † eccleſiæ ſunt inter-
dicti, etſi durante interdicto moriantur,
non ſepeliuntur in cœmiterio, niſi pœni-
tuerint, c. *is cui* §. *talis de ſent. exc. in 6.* ſi in-
terim celebrent in eccleſia in ſuo officio ſic-
ut prius, *Franc. in d. c. is cui ſub num. 3 de ſent.*
*exc. in 6. ubi pulchre illa verba explicat*, *late*
*Dias in prax. crimin.* c. 132. irregulares effi-
ciuntur: Inferiores vero ab officio, & bene-
ficio ſunt ſuſpenſi, etſi interim celebrent, fi-
unt irregulares, nec poterunt ab alio, quam
à Papa abſolui, quouſque de duplo huiuſ-
modi gravatis eccleſiis plenariam ſatisfa-
ctionem impendant, nulla eis in hoc dan-
tium remiſſione, liberalitate, ſive gratia va-
lituris, c. *procurationes in fin. hoc tit.* c. 1. §. *pro-*
*curationes* c. *exigit, & ibi gloſſ. in verb. interdi-*
*ctum, & verb. ſuſpenſos eod. in 6. & Can. inno-*
*vata per* c. 3. §. *interimque & §§. ſeqq. ſeſſ.* 24.
*l. invitus* §. *quod cuiq. & ibi Dec. plura ſimilia*
*cumulat de regul. jur.* teneturque familia de
eo, quod percepit, & ipſe Epiſcopus tene-
tur de facto ipſorum, c. *generali* §. *fin. & ibi*
*gl. in verb. miniſtros de elect. in 6.* contra regu-
lam quod ex facto ſui ſervitoris liberi do-
minus non teneatur, c. *cum ad ſedem de reſt.*
*ſpol. l. apud antiquos & ibi Bald. n. 7. C. de furt.*
*late Franc. Marc. qu. 471 part. 1.* facta reſtitu-
tione ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia
à ſuſpenſione, c. *ſi qui el 2. 81. diſt. c. non eſt,*
*& ibi gloſſ. in verb. donec ibi fuerint, & Can. de*
*ſponſal. &c.* cautius eſt, ut fiat declaratio pro-
pter dubium ſatisfactionis, *Clem. 1. de decimis*
*in gl. in verb. donec*, ſed non ab irregularitate,
ſi quam incurrerint, c. 1. §. *fin. de re jud. in 6.* c.
1. §. *fin. de ſent. excomm.* 196.

Secundo, debetur procuratio † epiſco- 41
po, qui conſecrat eccleſias, altaria, c. *cum ſit*
*Romana de ſimon.* vel reconciliat eccleſiam,
*Pan. in c. propoſuiſti nu. xj. de conſecrat. eccl. vel*
*alt. ubi diſtinguit.*

Quædam aliæ ſunt procurationes, quæ
præſtantur † legatis, & nunciis ſedis apo- 42
ſtolicæ, quando tranſeunt, vel cum opor-
tuerit eos apud aliquem locum moram fa-
cere neceſſariam, aut ſunt in loco, ad quem
ſunt deſtinati, ob honorem, & privilegium
ſummi pontificis eos mittentis, c. *cum in-*
*ſtantia & ibi Pan. num. 2. c. procurationes hoc t.*
c. *ego N. epiſcop.* §. *legatum de jureiur* & in ea-
rum exactione non tenentur oſtendere ori-
ginalem poteſtatem, *Rot. deciſ. 2. de off. leg. in*
*antiq. Hoſt. in c. 1. in princ. de off. leg. & ibi Io.*
*And.* Iura loquentia de procuratione viſitan-
tium, non vendicant ſibi locum in legato, &
nuncio apoſtolico, quia recipiunt procura-
tionem à locis non viſitatis, *d. c. procuratio-*
*nes, ibi procurationes recipiunt moderatas ab a-*
*liis eccleſiis, & perſonis, &c.* Item ultra vi-
ctualia recipiunt † pecuniam provecturis, 43
& equis mortuis, & alias expenſas invenien-
do, & redeundo, *Anch. in d. c. procurationes*
*n. 10. in fin. & n. 11. Pan. n. 4. & Can. commu-*
*niter.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*niter.* & alia ſeruitia, & ſubventiones in ſuis neceſſitatibus, c. *quia plerique & ibi Pan. in 2.*
44 *notab. de immun. eccl.* Omnes † enim eccleſiæ legatum, & nuncium apoſtolicum procurate tenentur, niſi forſan aliqua per ſpeciale privilegium ſedis apoſtolicæ ſit exempta, etiamſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint, cum in talibus præſcriptio ſibi locum nequiverit vendicare, c. *accedentes de præſcr. d. c. cum inſtantia in princ. Clem. 1. hoc tit.* In quarum exacti-
45 one † is modus, & orde ſervari debet, vt nulla eccleſia, vel prælatus ſe indebite prægravari rationabiliter conqueratur, *d. c. cum inſtantia §. 1. in princ. d. c. procurationes in princip. verſ. hoc adhibito.* Si epiſcopus, *d. c. quia plerique, & ibi Pan. in 2. not. & Can.* & clerus alterius civitatis, vel diœceſis, *d. c. accedentes de præſcript. d. Clem. 1. hoc tit.* ex communi collecta, legatorum, & nunciorum apoſtolicorum expenſas duxerit faciendas, ex hoc ſedi apoſtolicæ, eiuſque legatis, & nuncijs nullum generatur præiudicium, nec per communes miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint recipere compelluntur, ſed poſſunt à quocumque maluerint, procurationes debitas poſtulare, & quicumq; requiſitus in neceſſarijs expenſis exhibendis parere debet, & diſtinctione eccleſiaſtica compellitur; etenim quilibet, qui id idoneus eſt, ad procurationem obligatur in ſolidum, *Anch in d. c. quia plerique numer. 1.* ita quod ſi exactus ultra ſuam gravatus fuerit facultatem, ſibi ab alijs reſtauretur pro rata, *d. c. cum inſtantia §. 1. verſ. ſi vero, & d. c. procurationes in princ. verſ. hoc adhibito c. quia plerique, & ibi Pan. num. 1. 2. & ſeq. de immun.*
46 *eccleſ.* Prælatus plus † debito extorquens à ſubditis, prætextu procurationis, vel alterius ſervitij legato, vel nuncio impenſi, non tenetur ad duplum eccleſiis, à quibus extorſit, neque incurrit pœnas *c. procurationes in fin. hoc tit. & c. exigit. eod. in 6.* ſed extortum reſtituit, & tantumdem pauperibus erogat, *d. 2. quia plerique.* Ratio diverſitatis eſt, quia in *d. c. procurationes, & d. c. exigit.* prælatus de directo plus extorſit à qualibet eccleſia, quam deberet habere, & ideo ſtricto iure potuiſſet condemnari in quadruplum, cum talis ſit pœna concuſſionis; in d. c. quia plerique à nemini extorſit vltra quam ſolvit, ſed facta coacervatione plus reperitur percepiſſe, quã impendiſſe, & ideo ſatis eſt, quod cuilibet reddatur ſuum, & ſuperior cogatur dare pauperibus tantum plus, quantum habito reſpectu ad totam ſummam extorſit, *Pan. in d. c. quia pleriq. n. 6. poſt gl.*

Quædam aliæ procurationes † debentur 47
ex conſuetudine, vel præſcriptione vel ex pacto in fundatione, vel conſecratione appoſito, vel ex mera charitate, *cap. ea quæ cap. quanto hoc tit. Clem. 2. §. nos igitur de cenſ. Eleutherius 18. quæſt. 2. Hoſt. in d. c. procurationes in princ. hoc tit. poſt gloſſ. ibidem in verb. viſitationis c. ad audientiam in verb. comeſtione de præſcript.* in quibus, ac alijs, quæ debentur legatis, ac nuncijs apoſtolicæ ſedis, *procurationes §. fin. hoc tit. d. c. 1. procurationes, & c. exigit eodem in 6.* eorumque pœnæ locum non habent. *gl. in d. c. exigit in verb. viſitationis & ibi Can. communiter.*

Viſitare limina † apoſtolorum tenen- 48
tur epiſcopi, qui ſedis apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, & propinqui ſunt, vel à Papa confirmationem, conſecrationem, aut pallium recipiunt, ſingulis annis, *d. c. ego N. epiſcopus & ibi gl. fin. & marg. de iureiur.* qui vero de longinquo ſunt iuxta chyrographum ſuum, *c. iuxta 93. diſtinct.* & iuramentum, *c. ſignificaſti de elect.* Sixtus † Papa Quintus an- 49
no Domini 1585. 13. calend. Ianuarij Pontificatus anno conſtit. in bullario. 17. ſtatuit, quod

quod omnes patriarchæ , primates , archiepiſcopi , & epiſcopi Italiæ , & adjacentium provinciarum Italiæ tertio annó , Germani , Galli , Hiſpani , & cæteri omnes , qui in Europa ſunt citra mare Germanicum , & Balticum , & omnium inſularum maris mediterranei , quarto anno. His provinciis remotiores, Africani littoribus Romanis adverſi , ac inſularum Oceani ſeptentrionalis , & occidentalis Europæ , & Africæ , quinto anno. Aſiatici vero , & qui extra Aſiam, & in aliis novis terris orientalibus , meridionalibus , occidentalibus , & ſeptentrionalibus , & quibuslibet mundi partibus degunt , anno decimo iter ſuſcipiant, & perficiant ad debitum viſitationis officium explendum : idemque inſtitutum tertio quoque , quarto , quinto , & decimo anno repetant , & obſervent , qui incipiunt currere à die ſuſcepta conſecrationis , pallii traditionis , aut translationis ; quodque omnes prælati ad eccleſiam aliquam ordinandi , vel transferendi jurent de viſitandis liminibus Apoſtolorum dictis ſtatutis temporibus , ut latius in d. conſtitutione legitur , quæ inobedientes circa hujus viſitationis officium , ab ingreſſu eccleſiæ , ac etiam adminiſtratione tam temporalium , quam ſpiritualium, necnon à perceptione fructuum ſuarum eccleſiarum , à capitulis eorum omni exceptione & mora ceſſante interim libere exigendorum ipſo facto tamdiu ſuſpenſos eſſe vult , donec relaxationem hujuſmodi ſuſpenſionis à ſede apoſtolica meruerint obtinere.

***

## *De conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.*

## Titulus XL.

### SVMMARIA.

1 *Eccleſia ante conſecrationem baſilica dicitur.*

2 *Conſecrari poteſt ſolemnibus & privatis diebus per epiſcopum celebratione miſſæ.*

3 *Eccleſia quandoque execratur & indiget reconſecratione primo quando dubitatur an Eccleſia fuerit conſecrata.*

4 *Secundo, quando parietes eccleſiæ ſunt combuſti.*

5 *Tertio , quando parietes corruerint ita quod oportet eos de novo reficere.*

6 *Eccleſia deſtructa idem cenſetur beneficium.*

7 *Execrata eccleſia, altaria non indigent reconſecratione.*

8 *Eccleſia conſecrata & non conſecrata polluitur & indiget reconciliatione quoad opinionem hominum qui eam polluunt , primo per homicidium voluntarium & injurioſum commiſſum in eccleſia etiam ſine ſanguinis effuſione.*

9 *Secundo, per vulnera illata in eccleſia etiam ſi ſanguis non effundatur, & ſanguinis humani effuſionem ex percuſſione facta ex contentione & injuria in ipſa eccleſia.*

10 *Tertio, quando excommunicatus vel paganus ſepelitur in eccleſia.*

11 *Quarto, quando fuit conſecrata per notorium excommunicatum.*

12 *Quinto , per effuſionem ſeminis humani publicam non occultam etiamſi debitum reddatur uxori.*

13 *Per pollutionem eccleſiæ organa clericorum in ea ſuſpenduntur.*

14 *Celebrantes in eccleſia polluta incurrunt irregularitatem.*

15 *Eccleſia conſecrata reconciliatur per epiſcopum, non conſecrata lavatur aqua exorciſata per ſacerdotem.*

16 *Altare duplex eſt aliud ſtabile, aliud viaticum & portatile, quia in via portatur vtrumque debet conſecrari ab epiſcopo.*

17 *Vt cum altari portatili miſſarum ſolemnia celebrentur in domibus privatis certis perſonis concedit epiſcopus,*

18 *Vt vbicunque cum altari portatili celebrari poßit concedunt canones ex cauſa combuſtionis & defectus eccleſiarum.*

19 *Epiſcopis & ſuperioribus prælatis.*

20 *Prædicatoribus & Minoribus.*

21 *Solus Papa perſonis dignis cum quibuſdam clauſulis.*

22 *Altare ſtabile quod firmum eſt in loco quibus modis exercetur.*

*Altare portatile quibus modis exercetur.*

23 *Cœmiterium conſecratur iuxta ritum in paſtorali præſcriptum.*

24 *Polluitur eodem modo & reconciliatur quo eccleſia.*

25 *Polluta eccleſia pollutum eſt cœmiterium illi contiguum.*

26 *Ex pollutione cœmiterij eccleſia contiguі eccleſia non eſt polluta.*

27 *Violata altero ex cœmiterijs quæ ſibi cohærentia medio pariete iunguntur alterum non reputatur violatum.*

DICTVM eſt cenſum reſeruari poſſe epiſcopo, vel patrono, nec non epiſcopo deberi procurationem in conſecratione eccleſiæ, de qua nunc dicendum eſt.

1 Eccleſia ante † conſecrationem *Baſilica*
dicitur. id eſt, domus Regis, *cap. baſilicas de*
*conſecrat. diſt. 1. gl. 1. in cap. 1. de relig. domib.*
2 conſecrari † poteſt ſolemnibus & privatis
diebus, *c. tua hoc tit.* per Epiſcopum cum
celebratione miſſæ, *c. 2. de conſecrat. diſt. 1.*
per ſimplices ſacerdotes, nec conſecrationes, nec eccleſiarum reconciliationes, fieri
fieri poſſunt, etiam ex commiſſione epiſcopi, etiam aqua per epiſcopum benedicta,
quia licet epiſcopus committere valeat, quæ
iuriſdictionis exiſtunt, quæ ordinis tamen
epiſcopalis ſunt, non poteſt inferioris gradus clericis, ſed bene alteri epiſcopo demandare. *c. aqua hoc tit. & ibi gloſſ. mag. in*
*verb. iuriſdictionis*, Solemnitates, & cæremoniæ conſecrationum habentur in paſtorali, à quibus non eſt recedendum. Eccleſia
† quandoque execratur, & indiget recon- 3
ſecratione, nec ſufficit reconciliatio; quandoque polluitur, & non indiget reconſecratione, ſed reconciliatione. Tres ſunt caſus in quibus eccleſia reconſecratur, *c. eccleſiis ſemel de conſecrat. diſt. 1.* Primus eſt,
quando dubitatur, an eccleſia fuerit conſecrata, *c. eccleſiæ vel altaria de conſecr. diſt.*
*1. c. placuit de infantibus in fin. de conſecr. diſt.*
*4. c. presbyteri §. quid ergo 68. diſt.* quoniam
non monſtratur iteratum, quod neſcitur factum, *c. ſolemnitates 1, in fin. de conſecrat. diſt.*
*1. c. parvulos, & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 4.* Toties autem dubitatur, quoties nec certa ſcriptura in libris eccleſiæ, vel lapide, nec teſtes,
vel teſtis vnus de viſu, vel auditu exiſtunt, à
quibus ſciatur conſecratio; *d. c. ſolemnitates*
*1. & ibi gloſſ. in verb. ſcriptura. & verb. nec teſtes & Can. de conſecrat. diſt. 1*, ſcriptura in loco marmoreo facta, vel vnicus teſtis facit fidem, vbi non agitur de alterius præiudicio,
*gloſ. mag. in cap. placuit de infant. & ibi Can.*
*de conſecr. diſt. 4. Panor. in c. propoſuiſti num. 6.*
*h. t. & ibi Can.* Secundus caſus eſt, † quan- 4
do parietes eccleſiæ ſunt combuſti, *d. c. eccleſiis ſemel & ibi glo. in verb. exuſta*, quia fit vnctio cum crucibus in ipſis parietibus eccle-

ſiæ

ſiæ ab interiore parte in ſuperficie muri, vn-
de violatur conſecratio ex combuſtione
parietum, licet muri non corruant, *glo. in c.*
*ligneis in verb. parietibus hoc tit. Pan. in d. c. pro-*
*poſuiſti n. 7. eod.* ſi vero tectum corruerit, &
parietes illæſi remaneant, vel etiam modi-
cum de ipſis parietibus deſtructum fuerit,
non debet propter hoc reconſecrari, *d. c. li-*
5 *gneis hoc tit.* Tertius eſt quando † parietes
corruerunt, ita quod oportet ipſos de novo
reficere, ſive ſimul, & ſemel parietes corrue-
runt, & reficiuntur, ſive hodie corruerit vna
pars, & reficiatur, ac cras alia pars, ac etiam
ſucceſſive reficiatur etiam ex ijſdem lapidi-
bus: *Pan. in c. propoſuiſti num. 8. hoc tit. licet*
*gloſſ. in d. c. de fabrica in verb. innovata de con-*
*ſecr. diſt. aliter ſentiat.* nam conſecratio Ec-
cleſiæ conſiſtit in vnctione exteriori ſuper-
ficiei, ac etiam in coniunctione, & diſpoſi-
tione lapidum, c. *eccleſiis & ibi gl in verb. ex-*
*uſta de conſecr. diſt.* 1. ideoque conſecratio,
quæ fuit in prima eſt exuſta, quia non eſt li-
quor, qui commiſceat, c. 1. *& 2. & c. ſicut non*
*alij, ibi, delibutis de conſecr. diſt.* 1. & in ſpiritu-
alibus conſideramus veritatem, c. *vnico, &*
*ibi gl. in verb. approbatis de vot. in 6.* ſed eccleſia
6 deſtructa † idem cenſetur beneficium, &
illud etiam durat eccleſia depoſita *Bart. in l.*
*inter ſtipulantem §. ſacram rem n. 11. de verb.*
7 *oblig. & ibi DD.* Execrata † eccleſia, altaria
non indigent reconſecratione, poſſibile e-
nim eſt, quod eccleſia indigeat reconſecra-
tione, & non altare, & idem è contra: c. 1. *hoc*
*tit. & ibi poſt gloſſ. in verb. conſecrari Can.* con-
ſecratio eccleſiæ, quæ conſiſtit in parietibus,
eſt ſeparata à conſecratione altarium, vt
patebit ex infra dicendis, vnde poteſt vio-
lari conſecratio eccleſiæ, puta quia parietes
ſunt combuſti, vel corruerunt conſecratio-
ne altarium remanente illæſa, & è contra
altaria poſſunt deſtrui parietibus eccleſiæ
remanentibus intactis, *Pan. in d. c. propoſui-*
*ſti num.* 10. Polluitur eccleſia † conſecrata, 8
& non conſecrata, c. *fin. hoc tit. & ibi Can.* &
indiget reconciliatione, quoad opinionem
hominum, qui eam polluunt, quantum in
eis eſt, quæ enim ſunt ſancta, coinquinari
non poſſunt, c. *quod quidam in fin.* 1. *q.* 1. *c. ve-*
*ſtra de cohabit. cler. & mul. c. fin.* 15. *q.* 8. *glo.* 1.
*in c.* 1. *hoc tit. in 6.* Primo per homicidium
violentum, & iniurioſum commiſſum in
eccleſia, etiam ſine ſanguinis effuſione, *d. c.*
*propoſuiſti, & ibi Pan. in* 1. *not. & Can gl. in c.*
*vnico in verb. ſangvinis in princ. & ibi Can. hoc*
*tit. in 6. l. qua actione verſ. occiſum ff. ad legem*
*Aquiliam.* etiamſi ibi interficiatur aliquis
Sanctus homo, quia ex ſanguinis effuſi paſ-
ſione eccleſia quidem ſanctificatur, ſed ex
ipſius effuſi actione polluitur; *gl. in c. vni-*
*co in verb. ſaguinis verſ. ſed quid ſi ſanctus vir*
*hoc tit. in* 6. ſecus in homicidio caſuali & fa-
cto ad ſui defenſionem, *Pan. in d. c. propoſuiſti*
*poſt* 1. *not. Franc. in d. c. vnico ſub. num. 5. hoc tit.*
*in 6.* Secundo per † vulnera illata in eccle- 9
ſia, etiamſi ſanguinis non effundatur, vel
cum ſanguinis colligitur in ſcutella, c. *pro-*
*poſuiſti, & ibi Pan. in* 2. *not. gl. in c. vnico in*
*verb. ſangvinis hoc tit. & vtrobique Can.* &
ſanguinis humani effuſionem (modica ex-
tractio ſangvinis non polluit eccleſiam, c.
*cum illorum §. qui ſi clauſtrales, & ibi gloſſ. in*
*verb. effuſionem & Can. de ſent. excomm.*) ex
percuſſione facta ex contentione, & iniuria
in ipſa eccleſia, *d. c. propoſuiſti c. hoc tit.* ſecus
ſi vulneratus lethaliter extra eccleſiam con-
fugit ad eccleſiam, & ibi moriatur, vel ſan-
guinis effundatur, aut ſuper tectum, vel ſub
eccleſia, vel in cella, camera, vel ſpelunca ibi
ſita quis interficiatur, aut vulneretur, *Franc.*
*in c. vnico ſub nu. 6. & 7. poſt gloſſ. hoc tit. in 6.*
*& ibi Can.* quia locus illati vulneris debet
attendi, & non locus mortis, aut effuſio-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis ſangvinis, *Franc.in d.c.vnico num.6.hoc*
*tit.in 6.* item ſecus eſt in alia iniuria corpora-
li citra ſangvinis effuſionem illata in eccle-
ſia, ex qua eccleſia non polluitur, vt neceſ-
ſario indigeat reconciliatione, licet in ali-
quibus locis ſit conſuetudo non improban-
da, vt fiat reconciliatio ſaltem ad terrorem
aliorum, *Pan.in c.propoſuiſti ſub num. 3. verſ.*
10 *ſecundo infero hoc tit.* Tertio quando † ex-
communicatus, vel paganus ſepelitur in ec-
cleſia, quorum corpora ſi decerni poſſint,
ſunt proijcienda, *c.conſuluiſti, & ibi gl. hoc*
*tit.c.ſacris de ſepult.& ibi Can,c.eccleſiam 1.&*
11 *2.de conſecrat.diſt.1.* Quarto quando † fuit
conſecrata per notorium excommunica-
tum, *c.eccleſias Arianorum cum duobus cc.ſeqq.*
*de conſecr.diſt.* 1. nam ea quæ conſiſtunt in
exterioribus benedictionibus, & conſecra-
tionibus, geſta per notorium excommuni-
catum non debent per fideles exercitari an-
te reconciliationem, *d.c. 2. & ibi Io. Andr.n.*
*5.& Can.de ſacr.non reiter.c. 1. & 2.de ſchiſ-*
*mat.Pan.in c.conſulviſti num. 5. & ſeq. hoc tit.*
ſecus in corpore Chriſti, & alijs Sacramen-
tis, quæ ſunt veriſſima in ſe, nec indigent re-
conciliatione, licet excommunicatus con-
fecerit, *c.multi 1.quæſt. 1. Pan.in d. c. conſulvi-*
12 *ſti num.6.* Quinto per effuſionem † ſeminis
humani publicam, non occultam, *Pan.in c.*
*fin.num.5.hoc tit.* etiamſi debitum reddatur
vxori, licet aliqui reſtringant ad crimino-
ſam, *c.vnico, & ibi gloſſ.in verb. ſeminis hoc tit.*
*in 6.& Can.c.is cui, & ibi gl. 1. de ſent. excom.*
*in 6.& ibi Can.* fit publica non ſolum à prin-
cipio, ſed etiam cum ex poſt facto venit in
notitiam, vel ex confeſſione eorum, qui fe-
cerunt, vel rei evidentia; *c.ſignificaſti de ad-*
*ult.& ibi DD.* quod ſi ſemen effundatur ſu-
per tectum eccleſiæ, aut in caverna, ſpelun-
ca, vel cella, quæ eſt ſubtus eccleſiam, non
eſt facienda reconciliatio eccleſiæ, quia ex-
tra eccleſiam videtur factum, *gl.in d.c.1.in*
*verb.ſangvinis hoc tit.in 6.& ibi DD.communi-*
*ter.* ſed effundens tanquam ſacrilegus eſt
iudicandus, quia licet dicta loca non ſint
conſecrata, ſunt tamen contigua loco con-
ſecrato, & gaudent eodem privilegio, *c.con-*
*queſtus de for.compet.* Per pollutionem † ec- 13
cleſiæ organa clericorum in ea ſuſpendun-
tur, & ne dum miſſa in aliquo ex altaribus,
ſed nullum officium debet in ea celebrari
ante reconciliationem, *cap.fin.hoc tit.& ibi*
*Pan.num.4.& Can.* quia pollutio reſpicit to-
tum corpus eccleſiæ, & altaria, & chorus
ſunt in corpore eccleſiæ, *Pan.in d. c.propoſui-*
*ſti num.10.* celebrantes † in ea de facto ſive 14
ſcienter, ſive ignoranter, nullam incurrunt
irregularitatem, *c.is qui de ſent excom.in 6.*
Eccleſia conſecrata † reconciliatur per e- 15
piſcopum aqua benedicta cum vino & cine-
re, *d.c.propoſuiſti in fin.* expenſis eorum, ex
quorum inſolentijs polluta fuit, in eundo,
ſtando, & redeundo, *Anchar.in clem.1. num.*
*10.de celeb miſſ ſed.Zab.ibid.in princ.num.15.*
*tenet quod debetur epiſcopo vna tantum procu-*
*ratio.* non conſecrata lavatur aqua exorciza-
ta per ſimplicem ſacerdotem, *c.fin hoc tit.*

Altare duplex eſt † aliud ſtabile, aliud vi- 16
ticum dicitur, & portatile, ſive portabile,
quia in via portatur, vtrumque debet con-
ſecrari ab epiſcopo, *c.quod in dubijs hoc tit.c.*
*nullus presbyter & c.ſeq.de conſec.diſt.1.* plura
altaria ſimul conſecrari poſſunt *c.cum ſit hoc*
*tit.* Modus & forma conſecrationis habe-
tur in paſtorali Epiſcopus poteſt concedere
certis perſonis, vt † in domibus privatis cum 17
altari portatile miſſarum ſolemnia cele-
brentur, *c.ſicut, & c.ſeq.c.vnicuique & c.ſeq.de*
*conſecr.diſt.1.Late Franc. Marc. quæſt. 10.11.*
*part. 1.* etiam ſine conſenſu rectoris paro-
chialis eccleſiæ, *Lap.alleg.41.ſub.num.3.* Vt
vbicumque † cum altari portatili celebrari 18
poſſit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſſit concedunt canones ex cauſa combu-
ſtionis, vel defectus eccleſiarum, c. *concedi-*
19 *mus de conſecr. diſt.* 1. nec non epiſcopis † &
ſupetioribus prælatis, c. *fin. de priuil. in* 6. et-
iam electis, & confirmatis licet non conſe-
cratis, *Gemin. in d. c. fin. num.* 6. *de privil. in* 6.
vt etiam tempore interdicti celebrare, &
coram ſe quocumque iuerint divina cele-
brari facere poſſint, ſubmiſſa voce, & oſtio
clauſo interdictis excluſis, *gloſſ. fin. in d. c. fin.*
20 Prædicatoribus, † atque Minoribus abſque
parochialis præiudicio, c. *in his de privileg.*
Præterea ſolus Papa concedit altare porta-
tile cum ſimili privilegio, *d. c. in his Gemin. in*
*d. c fin. num.* 5. *de privileg. in* 6. De ſtylo datur
21 † per Breve nobilibus & graduatis, vel alias
perſonis dignis præter quam in locis apoſto-
lica, ſeu ordinaria auctoritate interdictis,
niſi in petentis, & familiarium ſuorum do-
meſticorum præſentia, & ſi eſſet vir dignus,
& qualificatus, tunc poteſt dari in præſentia
aliquarum aliarum perſonarum, & in for-
ma, *Staphyl. de reſcript. apoſt. in for. brev.* §. *da-*
*tur num.* 8. *Mandoſ. in tract. de ſign. grat. tit. al-*
*tare portatile, verſ. altare portatile olim, & verſ.*
*ſeq.* & ſi petatur clauſula, ante diem, debet
addi, circa tamen diurnam lucem, *Mandoſ.*
*in tract. de ſign. gretiæ, tit. altare portatile, verſ.*
*quando obtinetur clanſula &c.* c. *nocte & ibi*
*gloſſ & Can. de conſecr. diſt.* 1. In altari, in quo
Epiſcopus miſſam cantavit presbyter eo-
dem die aliam celebrare non præſumat, niſi
de licentia epiſcopi, vel vrgente neceſſitate.
c. *fin. diſt.* 2. *de conſecr.*

22 Altare ſtabile, † quod firmum eſt in lo-
co, execratur. Primo, vbicumque viola-
tur locus conſecrationis, id eſt, ſigillum
continens conſecrationem. Secundo, ſi
tota menſa eſt mota, licet locus conſecrati-
onis non fuerit violatus. Tertio, ſi pati-
tur enormem læſionem, Ratio vtriuſque
dicti eſt, quia quando altare eſt firmum,
non conſecratur ſolum tabula, ſed totum
altare, & conſecratio intelligitur principa-
liter in coniunctione lapidis ſuperioris, &
ſtructura inferioris. c. *ſi motum, & ibi gl.* 1. *&*
*Archid. de conſecr. diſt.* Vnde ſi removeatur
menſa à ſtructura, patitur enormem læſio-
nem, amittit formam ſuam, & debet recon-
ſecrari, c. 1. *& ibi Pan. in fin. & d c. propoſuiſti*
*& ibi Pan. num.* 9. *hoc tit.* Altare portatile fa-
ctum ex integro lapide, vel ex integro ligno
execratur, quando movetur ſigillum conti-
nens conſecrationem, *d. c.* 1. *& ibi Pan. nu.* 3.
*hoc tit. d. c. ſi motum, & ibi gl. & Archid. & Can.*
factum vero ex lapide & ligno, ſi lapis in quo
eſt conſecratio, eſt ita parvus, quod per ſe
non ſufficiat ad formam altaris viatici, exe-
cratur per ſublationem ligni, quia patitur
enormem læſionem, *Pan. in c. ligneis n.* 2. *hoc*
*tit.* Cœmiterium † conſecratur iuxta ritum 23
in paſtorali præſcriptum, & eodem modo
polluitur, & † reconciliatur, quo eccleſia, 24
*Pan. in c. conſuluiſti in* 1. *not. hoc tit.* polluta
eccleſia pollutum eſt † cœmiterium illi con- 25
tiguum, vnde antequam reconciliatum fu-
erit, non debet in eo aliquis ſepeliri, ſecus
ſi remotum fuerit ab eadem, c. *vnico hoc tit. in*
6. c. *ſi civitas de ſent. excom. in* 6. ex pollutio-
ne † cœmiterij quamvis eccleſiæ contigui 26
eccleſia non debet reputari polluta, ne mi-
nus dignum maius, aut acceſſorium princi-
pale ad ſe trahere videatur, *d. c. vnico* § *non*
*ſic quoque hoc tit. in* 6. violato † altero ex cœ- 27
miterijs, quæ ſibi cohærentia pariete medio
iunguntur alterum non reputatur viola-
tum, licet de vno ad aliud per portam inter
mediam habeatur acceſſus, quia plu-
ra cœmiteria eſſe noſcuntur. *d.*
c. *vnico* § *fin.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *De celebratione miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ, & aliis diuinis officiis.*

## Titulus XXXXI.

### SVMMARIA.

1 *Miſſa celebranda eſt cum vino aqua, & igne in pane azymo, ſub utraque ſpecie, & in calice aureo, argenteo vel propter paupertatem ſtanneo.*

2 *In quo plus ponendum eſt de vino quam de aqua, aliter celebrans privandus eſt officio & benficio.*

3 *Conſecratio calicis & patenæ fit in ſuperficie cum unctione, unde ſi calix deauretur, indiget reconſecratione, ſecus ſi teritur.*

4 *Execratur quoque ſi amittit ſuam formam.*

5 *Corporale conſecratur ab epiſcopo ſine unctione.*

6 *Benedicuntur omnia ſine unctione quibus in myſterio miſſæ utitur ſacerdos nempe veſtes ſacerdotales, amictus, alba, cingulum, manipulus, ſtola, caſula, palla altaris & miſſale.*

7 *Veſtimenta refici poſſunt.*

8 *Non ſunt abluenda per laicos, mulieres, aut moniales, ſed per diaconos cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium.*

9 *Non poſſunt converti ad uſus humanos.*

10 *Miſſæ per canones ſtatutæ ſunt de qualibet die pro ſalute vivorum ac etiam defunctorum à jejunis ſacerdotibus celebrandæ.*

11 *Sacerdoti ſufficit ſemel in die unam miſſam celebrare excepto die nativitatis dominicæ vel niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat.*

12 *In collegiatis eccleſiis debent duæ miſſæ conventualiter celebrari una pro anniverſariis defunctorum altera pro feſta vel feria.*

13 *Circa magnum miſſarum numerum ex variis defunctorum relictis impoſitum Epiſcopus in ſynodo diœceſana, & abbates & generales ordinum in ſuis capitulis generalibus poſſunt ſtatuere pro ſua conſcientia.*

14 *Sacerdos pro mortuis catholicis memoriam facit & intercedit non tamen pro impiis quamvis Chriſtiani fuerint.*

15 *Cum pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dicitur nihilminus quam ſi pro uno quolibet eorum diceretur accipitur reſpectu operis operati id eſt paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

16 *Iejunia & eleemoſyna & preces ſive orationes quæ alios non tangunt, proſunt iis pro quibus fiunt ſpecialiter.*

17 *In collegiatis eccleſiis ſacerdotes tenentur celebrare ſecundum intentionem præſidentis ſive prælati.*

18 *Horæ canonicæ ſunt ſeptem.*

19 *Miſſa eſt de officio divino ſed non de horis canonicis.*

20 *Clerici omnes beneficiati etiam in minoribus ordinibus conſtituti, obligati ſunt ad horas canonicas recitandas poſt adeptam pacificam poſſeſſionem cum fructuum perceptione.*

21 *Beneficiatus in pluribus Eccleſiis debet dicere officium illius Eccleſiæ ubi habet majorem gradum.*

22 *In minoribus ordinibus conſtituti non beneficiati non tenentur dicere horas ex generali conſuetudine.*

23 *Conſtituti in ſacris licet non beneficiati, ſunt obligati ad dicendũ officiũ ratione ordinis.*

24 *Papa diſpenſat ſuper horis canonicis in tanto, ſed non in toto.*

25 *Eccleſiæ omnes tenentur celebrare miſſarum ſolemnia & pſallere horas canonicas juxta miſſale & breviarium Romana.*

Miſſa-

MISSARUM ſolemnia, ac cætera divina
officia non ubique, ſed in Eccleſia
per Epiſcopum conſecrata, vel ubi ipſe per-
miſerit, celebranda ſunt, c. 1. & ſeq. c. quanto
ſeſſ. 22. c. 1. & per tot. ſeſſ. 13. c. ſicut non alij,
& c. ſeqq. de conſecr. diſt. 1. ideo poſt titu-
lum de conſecratione eccleſiæ, annectit titu-
lum de celebratione miſſarum, &c. qui optima
ratione eſt tripartitus, quia duo prima, ce-
lebratione miſſarum, & Sacramentum Eu-
chariſtiæ pertinent ad presbyteros, tertium
nempe divina officia ad presbyteros, & a-
lios clericos: inter officia etiam conſtat,
quod laicorum devotio principaliter conſi-
ſtit in auditione miſſæ, & viſione Euchari-
ſtiæ, Ioan. Andr. in c. et cui ſub num. 1. in fin. de
1 præb. in 6. Miſſa celebranda eſt cum vino, †
& aqua, de conſecrat. diſt. 2. in ſumma & c. 1. c.
monet ſeſſ. 22. igne, in pane azymo non fer-
mentato, c. pen. & c. fin. & ibi Pan. in 1. not.
hoc tit. & Can. ſub utraque ſpecie, c. relatum,
& c. ſequenti de conſecr. diſt. 2. & in calice au-
reo, argenteo, vel propter paupertatem
ſtamneo, non ligneo, quia lignum poroſum,
non vitreo, quia fragile eſt vitrum, & im-
minet periculum effuſionis, non æreo, aut
ex aurichalco, quia ob vini virtutem ærugi-
nem facit, pariterque vomitum provocat, c.
vaſa c. ut calix de conſecr diſt. 1. gl. in c. fin. in verb.
2 ligneo, & ibi Pan. nu. 6. h. t. & in eo plus † po-
nendum eſt de vino, quam de aqua c. perni-
cioſam h. t. aliter celebrans privandus eſt of-
ficio, & beneficio, c. fin. in fin. h. t. vide c. 1. &
ſeq. & per tot. ſeſſ. 13. c. 1. & ſeq. ſeſſ. 12. c. 1. &
3 ſeq. ſeſſ. 22. In pontificali † ponitur for-
ma conſecrationis calicis & patenæ, quæ
fit in ſuperficie cum unctione, unde ſi ca-
lix argenteas deauretur indiget reconſe-
cratione, ſecus ſi aſſeritur propter uſum,
quia conſecratio non ita eſſe videtur in ſu-
perficie quin remaneat in argento, & ita
ſervat conſuetudo, Ioan. And. in c. 1. ſub
num. 4. Anchar. ex Can. de pignor. Sylveſt. in
verb. calix num. 2. & ibi ſumm. Execratur
† quoque ſi amittit ſuam formam, ſecus 4
ſi aliqualiter fuerit læſus, arg. cap. 1. de conſe-
crat. eccl. vel alt. Sylveſt. in d. verb. calix, Cor-
perale † vero conſecratur ab Epiſcopo ſine 5
unctione, c. conſulto de conſecrat diſt. 2 Item
benedicuntur † omnia ſine unctione qui- 6
bus in myſterio miſſæ utitur ſacerdos, nem-
pe veſtes ſacerdotales, amictus, alba,
cingulum, manipulus ſtola, caſula, palla al-
taris, & miſſale, non autem pallium altaris,
urceoli, aut alii libri, Sylv. in verb. benedictio
quæſt. 5. 6. & ubi tradit quando ſint re benedicen.
& ſum. Ioan. And. in d. c. 1. & ibi Can. de pignor.
clem. 2 de decim. & ibi poſt gloſſ. Can. veſtimen-
ta † refici poſſunt & filium non ſacrum & 7
pannus non ſacer apponi poteſt, nec eſt
opus nova benedictione, c. quod in dubiis
verſ. fin. & ibi gloſſ. & DD. de conſecr. eccleſ. l.
quæ religioſis ff. de rei vend. non ſunt † ablu- 8
enda per laicos nec per mulieres nec per
moniales, quia nec pallia, nec vaſa ſacra,
nec corporalia debent contingere, c. ſancti-
moniales §. fin. & c. ſacratos 23. diſt. Sylveſt. in
d. verb. benedictio num. 8. ſed per Diaconos
cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium,
c. nemo §. pallis de conſecr. diſt. 1. non poſſunt
† converti ad uſus humanos, c. ligna & c. ſeq. 9
c. veſtimenta & c. ſeq. de conſecr. diſt. 1. Sylv. in
d. verb. benedictio quæſt. 7. & ibi ſumm. Per
Canones ſtatutæ † ſunt miſſæ de qualibet 10
die pro ſalute vivorum, ac etiam defuncto-
rum, c. 2. in fin. hoc tit. à jejunis ſacerdotibus
celebrandæ, c. nihil §. nullus 7. q. 1. etſi per æ-
gritudinis cujuslibet eventum Sacerdos ne-
queat cœptum conſecrationis explere offi-
cium, liberum eſt alteri presbytero conſe-
crationem exequi, d. c. nihil in 6. 7. q. 1. c. quo-
rumdam & ibi gloſſ. 1. in fin. 23 diſt. ſi ſine præ- 11
ventu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ventu patentis moleſtiæ miſſam cœptam
relinquit, eſt ipſo jure excommunicatus, *d.*
*c. nihil §. nullus 7. quæſt. 1. c. nullus epiſcopus de*
*conſecrat. diſt. 1. Rot. deciſ. 426, part. 1. diverſ.*
*num. 6.* In miſſis votivis, ſive commemo-
rationis, quæ in diebus pro feſtis ad hono-
rem ſancti Spiritus, Beatæ Virginis, aut ſan-
ctæ Crucis, vel alicuius ſancti celebrari con-
tingit, neque hymnus Angelicus, neque
ſymbolum decantetur, licet in eis propria
præfatio decantetur, ut inter commemo-
rationem, & ſolemnitatem differentia o-
ſtendatur: c. *Conſilium hoc tit.* propter tales
miſſas peculiares non debent dimitti cano-
nice ſtatutæ miſſæ de die, *cap. 2. & ibi gloſſ. &*
11 *Can. hoc tit.* ſufficit † ſacerdoti ſemel in die
unam miſſam ſolummodo celebrare, c. *ſuf-*
*ficit de conſecr. diſt. 1. c. conſuluiſti hoc tit.* ex-
cepto die nativitatis dominicæ, quo die tres
miſſæ celebrantur, *cap. nocte ſancta de conſecr.*
*diſt. 1. d. c. conſuluiſti, & ibi gloſſ. in verb. nati-*
*vitatis.* vel niſi cauſa neceſſitatis aut utilita-
tis ſuadeat, ut ſi dicta miſſa de die superve-
niat aliqua magna perſona, quæ velit miſ-
ſam audire, aut ſi parochianus infirmaretur,
qui vellet communicare; nam ſi Euchari-
ſtia non eſſet conſecrata in prima miſſa, lici-
te Sacerdos dicit alteram, *gloſſ. fin. & Pan. in*
*d. c. conſuluiſti num. 3. hoc tit.* non tamen ter-
tiam c. *ſufficit & ibi gloſſ. in ver. & alteram de*
*conſtit. diſt. 1.* dummodo vinum perfuſionis
non receperit, quod impediret aliam cele-
brationem, etiam in feſto nativitatis Domi-
ni, c. *ex parte veſtra hoc tit. Pan. in c. conſuluiſti*
*in fin. hoc tit. c. nihil §. nullus 7. quæſt. 1. & ibi*
*gloſſ. & Can.* & ſi celebrare præſumpſerit ex-
communicationes ſententiam ſuſtinebit,
c. *nihil §. nullus 7. q. 1.* & eſt beneficio privan-
dus, c. *ſi conſtiterit de accuſat.* In Collegiatis
12 † eccleſiis debent duæ miſſæ conventuali-
ter celebrari, una pro anniverſariis defun-
ctorum, altera pro feſto, vel feria ſecundum
temporum congruentiam, c. *cum creatura*
*hoc tit. D. Antonin. in ſum. part. 3. tit. 13. c. 4. §. 3.*
ſi tam † magnus miſſarum celebrandarum 13
numerus ex variis defunctorum relictis ſit
impoſitus, ut illis pro ſingulis diebus à te-
ſtatoribus præſcriptis nequeat ſatisfieri, vel
eleemoſyna huiuſmodi pro illis celebran-
dis adeo tenuis ſit, ut non facile inveniatur,
qui velit huic ſe muneri ſubjicere, Epiſco-
pus in ſynodo diœceſana, item Abbates, &
Generales ordinum in ſuis Capitulis gene-
ralibus re diligenter perſpecta poſſunt pro
ſua conſcientia ſtatuere circa præfata quic-
quid magis ad Dei honorem, & utilitatem
eccleſiarum viderint expedire, ita ut ſem-
per defunctorum fiat commemoratio, qui
legata ea ad pios uſus reliquerunt, c. *contin-*
*git ſeſſ. 25.* nam ſic tenet ſancta eccleſia, ut
ſacerdos † pro mortuis Catholicis memo- 14
riam faciat, & intercedat, non tamen pro
impiis, quamvis Chriſtiani fuerint, tale
quid agere licebit, unde pro eo, qui eviden-
ter deceſſit in peccato mortali, aut ſe occi-
dit, præcipitat, aut alio modo interficit, vel
pro occiſo in ebrietate non eſt orandum:
c. *pro obeuntibus & ibi gl. & Can. 13. q. 2.* cum
pro † cunctis animabus Pſalmus, vel miſſa 15
dicitur, nihil minus quam ſi pro uno quoli-
bet ipſorum diceretur, accipitur reſpectu
operis operati, id eſt, paſſionis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, quæ generaliter valet om-
nibus vivis, & defunctis exiſtentibus in cha-
ritate, *cap. non mediocriter verſ. cum igitur de*
*conſecr. diſt. 5. c. fraternitatem & ibi poſt gloſſ.*
*in verb. frequentias Can. de ſepult.* quia chari-
tas non minuitur, ſi effectus diſtribuitur in
multis, imo potius augetur: c. 1. *verſ. creden-*
*dum de pœnit. diſt. 6. c. quærit verſ. celebrantur*
*enim diſt. 4. de conſecr.* in quantum vero eſt
ſatisfactoria pro defuncto, maior eſt ſatiſ-
factio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

factio pro vno facta, quam ſi fiat pro multis;
ex divina enim iuſtitia dividitur in multis,
pro quibus fit, & ſic diviſa minus rema-
net, *cap. animæ*, *&* cc. *ſeqq.* 13. *qu. Pan.*
*Ioan. And. Anch. in d. cap. fraternitatem*
*de ſepult. Archid. in d. c. non mediocriter de con-*
*ſecr. diſt.* 5. nam cum ſacrificia altatis pro de-
functis offeruntur, pro valde bonis gratia-
rum actione ſunt, pro non valde malis pro-
pitiationes ſunt, pro valde malis, etſi nulla
adiumenta mortuorum ſunt, tamen vivo-
rum conſolationes ſunt iuxta pſalmiſtam,
Oratio mea in ſinu meo convertetur, qui-
bus autem proſunt, aut in hoc proſunt, vt ſit
plena remiſſio, aut vt tolerabilior ſit ipſa
damnatio, *c. non æſtimemus* c. *tempus*, *&* §. *poſt*
*pauca* 13. *q.* 2. *& ibi gl. fin. c. ſicut el* 1. *& ibi glo.*
*in fin.* 23. *q* 4. *Pan. in d, c. fraternitam poſt num.*
4. *de ſepult.* Prædicta procedunt in pſalmis,
16 & miſſis, ſed non habent locum † in ieiunijs,
& eleemoſynis, & precibus, ſive orationi-
bus, quæ alios non tangunt, talia enim non
proſunt mortuis alijs, niſi ijs pro quibus fi-
unt ſpecialiter: *Archid. in d. c. non mediocriter*
*circa fin. de conſecr. diſt.* 5. *d. cap. anima*, *&*
*ibi gl, fin. c. tempus* §. *& poſt pauca et ibi gl. fin.*
13. *q.* 2. *c. presbyter et ibi gloſſ. in verb. denarium*
17 82. *diſt.* In Collegiatis † eccleſijs ſacerdo-
tes tenentur celebrare ſecundum intentio-
nem præſidentis, ſive prælati, aut Archipres-
byteri, ex iure naturali in miſſis, quæ impo-
nuntur in recompenſationem beneficio-
rum, quæ redundant in Collegium, quia
qui ſentit onus ſentire debet & commo-
dum, & è contrario, c. *qui ſentit de regul. iur.*
*in* 6. & prælatus ſicut commodorum, ita &
onerum eſt diſpenſator, c. 2. *&* 3. *de off. ar-*
*chipresb.* & præſtare tenetur, vt miſſarum ſa-
crificia, orationes, eleemoſynæ, aliaque pie-
tatis opera devote, diligenter, & accurate
perſolvantur, c. 1. *ſeſſ* 25. *tit. decretum de pur-*
*gatorio*, ſacroſancta ſynodus Tridentina, vt
hæreſibus omnibus noſtri temporis reme-
dium afferret, docuit, ſanxit, & decrevit *ſeſſ.*
22. *de ſacrif. miſſæ*, & de obſevandos & evi-
tandos in eius celebratione, vbi etiam hæ-
reticorum errores damnat, *ac ſeſſ.* 13. de
reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti
in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento,
eiuſque inſtitutione, excellentia, tranſub-
ſtantione, & veneratione, cuſtodia, præpa-
ratione adhibenda, vt digne ſumatur. & vſu,
vbi etiam errores hæreticorum noſtri tem-
poris damnat: concordat c. *ſpecies*, *&* cc.
*ſeqq. c. hoc eſt*, c. *panis c. iteratur*, *&* cc. *ſeqq. de*
*conſecr. diſt.* 2. *et clem. vnic. de reliq. & vener.*
*ſanct.* Eadem Synodus Tridentina *ſeſſ.* 21, c.
1. *& duobus ſeqq.* docuit, & ſanxit laicos, &
clericos non conficientes non aſtringi iure
divino ad communionem ſub vtraque ſpe-
cie, ac c. 4. parvulos non obligari ad com-
munionem ſacramentalem, concordat c.
*in eccleſia. de conſecratione diſt.* 4.

Horæ canonicæ † ſunt ſeptem, compre- 18
henſe his verſibus.

*Matutina ligat Chriſtum, qui crimina pur-*
*gat.*
*Prim a replet ſputis. cauſam dat tertia mor-*
*tis.*
*Sexta cruci nectit, latus ejus nona bipertit.*
*Veſpera deponit, tumulo completa reponit,*

c. 1. *& Clem.* 1. *hoc tit Archid. in d. cap. presbyter*
91. *diſt.* In eccleſijs Cathedralibus, & col-
legiatis pſalli & pulſari debent debitis ho-
ris, in alijs eccleſijs ſufficit, quod debite di-
cantur, licet non cantentur, *Clem.* 1. §. *ne igi-*
*tur hoc tit. & ibi Pan. notat. n. xj. & Can. com-*
*muniter* c. 1. *ibi horis compet. hoc tit. c. presbyter*
*91. diſt.* ac matutinum media nocte iuxta
pſalmum, media nocte &c. vt cum maxime
corporis vitijs opportunitas datur, tunc
proprie eadem vitia legit recordatione fran-

gantur, Gemin. c. presbyter 91. diſt. quot au-
tem pſalmi recitandi ſint ſingulis diebus
traditur, in c. in die reſurrectionis de conſecr.
19 diſt. 5. Miſſa eſt de † officio divino, ſed non
de horis canonicis, gloſſ. in d. Clem. 1. in verb.
canonicas hoc tit. Vital. in Cl. fin. num. 11. de pri-
vil. Omnes obtinentes in cathedralibus, aut
collegiatis eccleſijs dignitates, canonicatus,
præbendas, aut portiones, divina per ſe, &
non per ſubſtitutum compelluntur obire
officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia pon-
tificalia exercenti adſiſtere, & inſervire, at-
que in choro ad pſallendum inſtituto hym-
nis & canticis Dei nomen reverenter, diſtin-
cte, ac devote laudare, c. cum dignitates §.
omnes vero ſeſſ. 24. Aſſumpti ad presbytera-
tus ordinem ſaltem diebus dominicis, & fe-
ſtis ſolemnibus, ſi autem curam habuerint
animarum, tam frequenter vt muneri ſuo
ſatisfaciant, celebrent, c. quia pie §. cures ſeſſ.
23. ac omnes religioſi poſt profeſſionem,
quia eccleſia approbat religiones ad vitam
contemplatiuam, vt non ſolum pro ſemeti-
pſis orent, ſed etiam pro vniuerſali eccleſia,
D. Anton. in ſumm. 3. part. tit. 13. c. 4. §. 1. Pariſ.
de reſign. libr. 1. quæſt. 9. n. 10. Nauar. de orat. &
hor. canon. c. 7. n. 20 & 21. profeſſi ad ſervi-
tium, quos conuerſos appellamus, & non
ad chorum, non tenentur ad horas canoni-
cas, Nauar. de orat. & hor. can. c. 7. n. 21. mo-
nachus præfectus eccleſiæ ſæculari, dicit
officium eccleſiæ, cui præficitur D. Anton. in
ſum. part. 3. tit. 13. c. 4. §. 1. verſ. præbendatus.
20 Omnes clerici † beneficiati etiã in minorib⁹
ordinibus conſtituti obligati ſunt ad reci-
tandas horas canonicas, c. fin. 92. diſt. c. fin. de
reſcript. in 6. c. cum ſecundum de præb. licet ſint
abſentes, & per alium deſerviant, Pan. in d. c.
1. n. 5. hoc tit. poſt adeptam pacificam poſ-
ſeſſionem beneficiorum cum fructuum
perceptione Navar. de hor. can. & orat. c. 7. n.
28. Pariſ. de reſign. benef. libr. 1. quæſt. 9. n. 3. &
15. Garſ. de benef. part. 3. c. 1. n. 78. & ſeq. nec
excuſare ſe poſſunt ratione exiguitatis be-
neficij. D. Anton. in ſum. part. 3. tit. 13. c. 4. in
princ. §. 1. c. clericus victus, & c. ſeq. 91. diſt. Vel
propter ſtudij occupationes, aut labores
peregrinationis, nec archiepiſcopus, aut e-
piſcopus poteſt cum ipſis diſpenſare, aut il-
lud commutare, neque abbas cum mona-
cho, Archid. in c. 1. 91. diſt. & non recitantes
horas tenentur ad fructuum reſtitutionem,
Gemin. in c. fin. n. 4. de reſcrip. in 6. & ibi Can.
Ripa in l. generaliter n. 22. C. de reuoc. donat.
peccant mortaliter & puniuntur arbitrio e-
piſcopi, Late menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent.
5. caſ. 429. plures citans Late Garc. de benef.
part. 3. c. 1. vbi ponit 13. quæſt. Archid. in d. c.
presbyter n. 29. 91. diſt. D. Anton. in ſumm. part.
3. tit. 13. c. 4. §. 4. verſ. 5. quæritur. Beneficia-
tus † in pluribus eccleſijs debet dicere offi- 21
cium illius eccleſiæ vbi habet maiorem gra-
dum, D. Anton. in ſumm. 3. part. tit. 13. c. 4. §.
2. verſ præbendatus Garc. de benef. part. 3. c. 1. n.
110. & ſeqq. In minoribus † conſtituti non 22
beneficiati non tenentur dicere horas ex
generali conſuetudine quæ nõ dicentes ex-
cuſat, Pan. in d. c. 1. n. 6. Conſtituti † in ſacris 23
licet non beneficiati, ſunt obligati ad dicen-
dum officium ratione ordinis, Epiſcopus c.
tuis de præben. Pan. in d. c. 1. n. 4. & ibi Can. com-
muniter. Papa poteſt † diſpenſare ſuper ho- 24
ris diuinis in tanto, ſed non in toto, id eſt
poteſt diſpenſare circa mutationem officij,
ſed non poteſt diſpenſare, vt clericus non
teneatur dicere aliquod officium, Clem. 2.
& ibi Card. in 6. not. hoc tit. Pan. in d. c. 1. n. 5.
Felin. in c. fin. n. 8. de maior. & obed. quia quod
dicantur horæ eſt de iure diuino, ſed non
quid debet dici pro horis, c. in die reſurrecti-
onis ante fin. de conſecr. diſt. 5. non requiritur
diſpenſatio vt omnes horæ ſimul dici poſ-
ſint

ſint, *gloſſ. in* c. 1. *in verb. perſoluat hoc tit.* diebus dominicis & in feſtis pentecoſtes genua ad orationem non flectuntur, ſed ſtantes ad orationem vota reddimus, *cap. quoniam de conſecr. diſt.* 3.

25 Omnes Eccleſiæ † tenentur celebrare miſſarum ſolemnia, & pſallere horas iuxta miſſale & breuiarium Romana, illis exceptis, quæ ab ipſa prima inſtitutione approbata, vel conſuetudine quæ ducentos annos excedat, alijs certis breuiarijs miſſali vſas fuiſſe conſtiterit, quibus Pius Papa V. ius inveteratum celebrandi & pſallendi non adimit, ſed eisdem ſi Romana magis placuerit, dummodo epiſcopus & vniverſum capitulum in eo conſentiant, vt in choro pſallere & celebrare iuxta breviarium & miſſale Romana poſſint permittit, *Pius V. in lit. apoſt præfixis breuiario, & miſſali Rom.* quibus etiam receptis prohabita approbatione & licentia ſedis apoſtolicæ iuxta decretum ſacro congregationis rituum factum die octava Aprilis 1628. licebit in civitate & diœceſi retinere & ſervare feſta particularia, jam olim ab epiſcopis cum Conſilio clerici & conſenſu populi inſtituta, c. *conqueſtus de ferijs*, etiam in lætanijs eorum nomina aſſcribere, & in commemorationibus, confeſſione, communi mentionem facere, ſed proprium huiuſmodi feſtorum eſt accommodandum ad normam breviarij Romani, & correcta videntur iura ſtatuentia quod ad celebranda divina officia, ordinem quem Metropolitani tenent, comprouinciales eorum obſervare debeanti, *cap. altara* 1. *de conſecr. diſt.* 1, *cap. de ijs & cap. ſeq.* 12. *diſt. cap. inſtitutio miſſarum de conſecr. diſtinct.* 2.

## *De baptiſmo & eius effectu.*

## Titulus XXXXII.

*SVMMARIA.*

1 *Baptiſmus eſt fundamentum omnium ſacramentorū ſine quo nemo ſaluari poteſt.*

2 *De non baptiſatis quantum ad ſpiritualem pœnam eccleſia non iudicat.*

3 *Quantum ad corporales pœnas eccleſia iudicat de eis qui foris ſunt.*

4 *Eſt triplex fluminis, in quo neceſſaria ſunt verbum* Ego te baptiſo *in nomine Patris Filij & Spiritus ſancti, & elementum à qua.*

5 *Paruulis in eo dimittitur originale peccatum.*

6 *Adultis baptiſmo conſentientibus originale & actuale.*

7 *Sed non liberat à pœna delicti in præiudicium reipublicæ vel privati, nemo poteſt ſeipſum baptiſare.*

8 *Si probabiliter dubitetur an quis ſit baptiſatus quid iuris eſt.*

9 *Flaminis baptiſmus eſt ſpiritus ſancti qui inuiſibiliter baptizat cor interius, prodeſt adultis tantum.*

10 *Sanguinis baptiſmus eſt quando quis occiditur pro fide chriſtiana & prodeſt tam adultis quam parvulis.*

SVBIICITVR hic titulus, quia baptiſ-
mus eſt fundamentum † omnium ſacra- 1
mentorum, c. 1. *& fin. de presb. non baptiz. vide*
*ſeſſ. 7. de baptiſ.* & eſt ſacramentum neceſſa-
rium, ſine quo nemo ſaluari poteſt, c. *firmiſ-*
*ſime de conſecr. diſt.* 4. c. *maiores hoc tit.* de non
baptizatis † quantum ad ſpiritualem pœ- 2
nā eccleſia non iudicat, quia non poteſt eos

excommunicare, nam qui in eccleſia non ſunt ab eccleſia ſeparari non poſſunt, c. *omnis*
3 *chriſtianas xj. quæſt. 3.* quantum ad † corporales pœnas eccleſia judicat de iis qui foris ſunt, cum enim peccant, poſſunt verberari, vel alio modo corporaliter mulitari de præcepto Epiſcopi, c. *ſæpe 28. quæſt. 1.* c. *in archiepiſcopatu de raptor.* c. *conſtituit 17. qu. 4.* & alia etiam pœna puniri, c. *poſt miſerabilem de uſur.* Triplex eſt: fluminis † de quo
4 loquitur hic titulus in quo neceſſaria ſunt verbum, *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*, c. 1. *hoc tit.* & elementum aquæ, c. *non ut apponeres hoc tit.* ſi utrumque præmiſſorum aut eorum alterum omittitur, non eſt verus baptiſmus, *gloſſ. & DD. in d. c. non ut apponeres.* prodeſt parvulis & a-
5 dultis, parvulis † in eo dimittitur originale
6 peccatum, adultis baptiſmo † conſentientibus originale & actuale, quia Deus qui totum hominem ſalvum fecit, opus imperfectionis non agnoſcit, & ob hæc peccata nõ ex parte ſed ex toto dimittit, c. *maiores §. verum & §. ſeq. hoc tit.* quoad ipſum Deum,
7 ſed Baptiſmus † non liberat quoad pœnam delicti in præjudicium Reipublicæ vel privati, *gl. fin. in cap. gaudemus & ibi Can. de divort. Dec. in c. quia diligentia num. 14. & 15. & Can. de elect. Zab. in Clem. 1. §. ſane in 14. quæſt. de uſur.* nemo poteſt ſeipſum baptizare etiam inſtante neceſſitatis periculo quia Chriſtus non à ſeipſo ſed à Ioanne fuit baptizatus, c. *debitum hoc titul.* in dubio natus Chriſtianis parentibus, & inter chriſtianos fideliter converſatus præſumitur baptizatus, c. *fin. in fin. de presb. non baptiz.* & ſi probabiliter dubitatur † an quis ſit ba-
8 ptizatus, baptizatur his verbis præmiſſis *ſi baptizatus es non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, Ego te baptizo in nomine patris &c.* c. 2. *hoc tit.* quia non debet reiterari ſi quolibet modo formam baptiſmatis acceperit, c. *hi de quibus de conſecr. diſt. 1.* c. *à quodam &* c. *ſi qui & cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 4.* ſi forma eccleſiæ non fuerit ſervata, non eſt baptiſmus, ideoque reiterari poteſt, c. *ſi quis confugerit 1. q. 1.* Baptiſmus † flaminis eſt ſpiritus 9
ſancti, qui inviſibiliter baptizat cor interius, c. 2. *de presb. non baptiz.* c. *debitum hoc t.* prodeſt adultis ſive doli capacibus tantum, qui in charitate & fide Chriſtiana deceſſerunt, non prodeſt parvulis, quia cum ipſi non ſentiant, non habent Chriſtianam fidem, nec charitatem, latro in Cruce baptizatus fuit iſto baptiſmo flaminis propter fidem quam habuit in Chriſto, c. *baptiſmi vicem de conſec. diſt. 4.* c. *fin. de pœnit. diſt. 7. in*
*princ.* Baptiſmus † ſanguinis eſt quando quis 10
occiditur pro fide Chriſtiana, & iſte prodeſt tam adultis, quam parvulis, ex quo nõ contempſerunt baptiſmum flaminis exemplũ ponitur in ſanctis Innocentibus & aliis quibuſdam martyribus, c. *baptiſmi vicem de conſecr. diſt. 4. & ibi gloſ. in verb. baptiſmo* c. *Cathecumenorum de conſecr. diſt. 4. gl. 1. in c. non ut apponeres, & ibi Can h. t. Pan. in c. 2. poſt gl. in verb. ab originali de presb. non baptiz.* quia Baptiſmus inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus ſed terminus neceſſitatis, aut probabilis ignorantia excludit, c. 2. *de presb. non baptiz.* c. *firmiſſime 15. q. 1.*

*De presbytero non baptizato.*

## Titulus XXXXIII.

*SVMMARIA.*

1 *Non baptizatus promotus ad ordines non recipit ordinis characterem.*
2 *Presbyter non baptizatus celebrans non conficit ſacramentum durante errore confert*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*fert effectum ſacramenti quoad ſe & alios vita functos, quoad vivos, ſolemnitates & illa quæ ſunt reiterabilia debent reiterari.*

3 *Error communis facit valere geſta in dependentibus à Iuriſdictione non autem geſta in dependentibus ab ordine ſive ſacramentis.*

4 *Et nihil operatur quando eſt defectus in cauſa efficienta.*

1 NOn baptizatus † promotus ad ordi-
nes non recipit ordinis caracterem, c.
*ſi quis per ignorantiam* 1.q.1.c.1.*& fin.hoc tit.*
quia baptiſmus eſt fundamentum omnium
ſacramentorum, c.*præter* §.*hac de malis verſ.*
*ſciendum* 32.*diſt.c.ſi quis confugerit* 1.q.1.c.*fin.*
*hoc tit.* etiamſi communiter reputaretur ba-
2 ptizatus, c.2.*hoc tit.* presbyter † non bapti-
zatus celebrans, non conficit Sacramen-
tum, durante errore confert effectum Sa-
cramenti, quoad ſe & alios jam vita defun-
ctos propter Sacramenti fidem; quoad vi-
vos, ſolemnitates, & illa quæ ſunt reitera-
bilia, debent reiterari, c.*dudum* 2 *& ibi gloſſ.*
*in verb. decepta de elect. & ibi Can. Butr. in c.*2.
*num* 7.*hoc tit. & Anchar. in fin.* ſed non baptiſ-
mus & Euchariſtia expenſa id eſt jam data,
& matrimonium eſt apud omnes, *Ioan.And.*
*in c.*2.*in fin.hoc tit.* Ideo ſi quis in presbyte-
rum ordinatus deprehenderit ſe non eſſe
baptizatum, baptizatur, & iterum per ſin-
gulos ordines uſque ad ſacerdotium pro-
movetur, c.1.*& c.fin.*§.*quia vero h.t.c.ſi quis*
3 *per ignorantiam* 1.q.1. quia communis † er-
ror ſive opinio facit valere geſta in depen-
dentibus à juriſdictione, non autem geſta
in dependentibus ab ordine ſive Sacramen-
tis, in quibus attenditur ſola veritas; c.*in ec-*
*cleſia Dei* 1.*qu.* 1.c. *quanto de conſuet. Panor.*
*in c.*2.*num.* 1.*&* 2.*hoc tit.* ideo ordinatus
ab eo qui putabatur Epiſcopus, cum non
eſſet, nullum recipit ordinem, quia com-
munis error † nihil operatur, quando eſt 4
defectus in cauſa efficiente, *Iaſ. in l. Barbarius*
*ſub num* 22.*in* 4.*limit.ff.de off.præt. Pan.in d.c.*
2.*in fin.hoc tit.*

## *De Cuſtodia Euchariſtiæ Chriſmatis & aliorum Sacramentorum.*

## Titulus XXXXIV.

### SVMMARIA.

1 *Sacramenta debent conſervari ſub clavibus.*

2 *Cuſtos qui ea incaute relinquit tribus menſibus ab officio ſuſpenditur.*

3 *Si per eius in curiam aliquid nefandi inde contigerit, tenetur ad omnia illa quæ ex culpa illa ſequuntur.*

4 *Oratoria, vaſa miniſterii, corporalia, palla altaris, cæteraq; ornamenta & veſtimenta miniſtrorum munda & nitida ſunt conſervanda.*

5 *In monaſteriis monialium ſanctiſſimum Chriſti corpus in publica eccleſia conſervari debet.*

DIctvm eſt, ubi & per quos Euchari-
ſtia conſecratur, nunc ſubjicit de cu-
ſtodia eius pro infirmis, *cap. presbyter & cc.*
*ſeqq. de conſecr. diſt.*2.c.6.*ſeſſ.* 13. & aliorum
Sacramentorum quæ † conſervari debent 1
ſub clavibus, ne poſſit ad illa temeraria ma-
nus exiſtendi ad aliqua horribilia vel nefaria
exercenda; ſi is ad quem † ſpectat cuſtodia 2
ea in caute reliquerit tribus menſibus ab of-
ficio ſuſpenditur, & ſi per eius † incurram 3
aliquid nefandum inde contigerit, tenetur
ad omnia illa quæ ex culpa illa ſequuntur, c.
1.*& ibi gl. fin. & DD. hoc tit. c. de neptis* 31.*q.*2.

4 *in fin.c. placuit* 2.1.*qu*.1. præterea † orato-
ria, vaſa miniſterii corporalia, pallæ altaris,
cæteraque ornamenta & veſtimenta mini-
ſtrorum munda & nitida ſunt conſervanda,
nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſor-
des negligere, quæ dedecerent & in pro-
phanis, c.2.*in fin. hoc tit.* c. *nemo, & cc. ſeqq.*
5 *de conſecr. diſt.* 1. In monaſteriis † Monia-
lium ſanctiſſimum Chriſti corpus in publi-
ca eccleſia conſervari debet, & non intra
chorum vel ſepta monaſterii: c.*attendant in
fin.ſeſſ.*25.*de regular*. De ſanctificatione aquæ
ſale conſperſæ ad benedictionem populi vi-
de *c.aquam ſale de conſecr.diſt.*3.

## *De Reliquiis & Veneratione ſanctorum.*

## Titulus XLV.

### SVMMARIA.

1 *Miſſa celebrari debet ubi Martyrum reliquæ ſunt depoſitæ.*

2 *Pro ſancto aliquem venerari non licet abſq; authoritate ſummi pontificis & ſedis Apoſtolicæ.*

3 *Reliquiarum de novo inventarum recognitio & approbatio ex decreto Concilii Tridentini pertinet ad epiſcopum loci.*

4 *Reliquæ non poſſunt transferri niſi authoritate Papæ, epiſcopi aut ſanctæ ſynodus.*

5 *De ſtylo Cancellariæ licentia recipiendi reliquias vel corpora ſanctorum & transportandi ad partes conceditur ſub ſola ſignatura, vel per breve de licentia ſuperioris Eccleſiæ.*

6 *In feſtis indictis ab univerſali eccleſia comprovinciales epiſcopi tenentur ſervare morem metropolitanæ eccleſiæ, feſta ſpecialia metropolitanæ eccleſiæ non tenentur ſervare ſed in ſingulis diœceſibus ſervanda ſunt quæ epiſcopi cum clero & populo duxerint ſervanda ab omnibus etiam exemptis & regularibus.*

MISSÆ celebrari † debet ubi marty- 1
rum reliquiæ ſunt depoſitæ, c. *non o-
portet de conſecr.* Ideo ſubjungit de reliquiis
&c. non licet † pro ſancto aliquem venera- 2
ti abſque auctoritate Romanæ eccleſiæ ſive
ſummi Pontificis & ſedis Apoſtolicæ, et-
iamſi per eum miracula fierent, quoniam
miracula fiunt quandoque per malos, c.1.*&
ibi gl.fin.Pan.num.*4.*& Can.hoc tit.* An in ca-
nonizatione decepi vel errare poſſit, *vide
gl.in c.unico in verb. ſedis Apoſtolicæ hoc tit. in
6. Innoc. in c.* 1. *numer.* 3. *&* 4. *hoc tit. Trogl.
Maluet. de canonizat.ſanctor. §. aggredior ter-
tium dubium num.* 47. & ad ſolum ſummum
Pontificem ſpectat ordinare quæ feſta ſub
duplici officio ſint celebranda: c.*unico circa
finem hoc tit. in* 6. Reliquios de novo inven-
tus nemo publice venerari præſumat, niſi
prius auctoritate Romani Pontificis fue-
rint approbatæ, receptis teſtibus ſuper vita
& miraculis illius cuius dicuntur reliquiæ, c.
2. §. *inventat hoc tit.* ſed ex decretis Conci-
lii Tridentini eorum † recognitio & appro- 3
batio pertinet ad epiſcopum loci, *ſeſſ.*25.*de
invoc.vener.& reliq.ſanct.* §.*hæc ut fidelius*, nõ
poſſunt eſſe venales, nec extra capſam o-
ſtendi, aut ex eis turpis quæſtus quæri vel
venari, c.2.*hoc tit.* c.*unico* §.*omnis porro ſubſti-
tutio ſeſſ.*25.*de invocat. vener. &c.* quia cum
oſtenduntur extra capſam oſſa nuda, mul-
torum devotio pepeſcit, & datur detracto-
ribus cauſa obloquendi, *Pan.in c.*2.*in* 2.*not.
hoc tit.* non poſſunt † transferri niſi auctori- 4
tate Papæ Epiſcopi, aut ſanctæ Synodus, c.
*corpora de conſecr. diſt.* 1. De Stylo Curiæ † 5
licentia recipiendi reliquias vel corpora
ſancto-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſanctorum in aliqua eccleſia, & tranſportandi ad partes, conceditur ſub ſola ſignatura vel per breve ex magna cauſa cum clauſula de licentia ſuperioris dictæ eccleſiæ, *Staphyl. de reſcript. apoſt. in form. breu. §. datur per breve numer. 16. & ſeqq. Mandoſ. de ſig. grat. tit. licentia verſ. licentia recipiendi reliquias &c.* In feſtis † indictis ab univerſali ec-
6 cleſia comprovinciales Epiſcopi tenentur ſervare morem regionis ſive Metropolitanæ Eccleſiæ, c. *Conſilium §. in feſtivitate ibi conſuetudinem tuæ regionis de obſerv. jejun.* Feſta ſpecialia Metropolitanæ Eccleſiæ non tenentur ſervare, ſed in ſingulis diœceſibus ſervanda ſunt, quæ ſinguli Epiſcopi cum clero & populo in ſuis diœceſibus duxerint veneranda, c. *conqueſtus, ibi, cæteriſque ſolemnitatibus, quas ſinguli epiſcopi &c. de feriis*, dummodo ſint feſtivitates Sanctorum Canonizatorum vigilias non habentium, *Specul. tit. de feriis §. 1. ſub num. 1. in fin. verſ. quod autem dixi, concordat decretum ſacra congregationis rituum factam 8. Aprilis 1628.* Dies feſti quos in diœceſi ſua ſervandos Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam regularibus ſerventur, c. *cenſuræ §. dies ſeſſ. 25.* In eccleſiis non ſunt depingendæ imagines ſibillarum, quia earum dicta approbantur ab eccleſia, non perſonæ, c. *ſi quid veri 37. diſt. & ibi poſt gloſſ. Can. Marq. de ſuſan. in tract. de Iud. & aliis in fidel. part. 3. n. 59.*

*De Obſervatione Ieiuniorum.*

## Titulus XLVI.

*SVMMARIA.*

1 *Ieiunium eſt ſubtractio prandii & poſt cœnam cuiuslibet cibi privatio uſque ad diem ſequentem & abſtinentia à carnibus & trahentibus ſementinam originem à carnibus & à cibis delicatis, & pretioſis, & voluptatibus.*
2 *Potus frangit jeiunium quando quis de mane bibit non ad extinguendam ſitim ſed famem.*
3 *Quibus diebus ieiunandum ſit.*
4 *Suffraganei ſervare tenentur in ieiuniis conſuetudinem metropolitanæ eccleſiæ.*
5 *Vigiliæ feſtivitatum cadentium in ſecunda feria præcedenti ſunt ſabbatho ieiunandæ.*
6 *Omnes poſt vigeſimum primum annum obligantur ad ieiunium.*
7 *Senes poſt quinquaginta quinque annos excuſantur à ieiunio.*
8 *Carnium eſu abſtinendum eſt feria ſexta & ſabbato.*
*Si feſtum nativitatis dominicæ in ſexta feria venire contigerit illi qui nec voto nec regulari obſervantia aſtricti ſunt, carnibus veſci poſſunt.*
9 *In ieiuniis ſolemnibus an quis poſſit veſci carnibus ſine licentia epiſcopi.*
10 *Datur licentia à ſede apoſtolica veſcendi lacticiniis, ovis, & carnibus per breve de licentia utriuſque medici.*

PROPTER Sanctorum Venerationem, & feſtivitatum devotionem, indicta ſunt jejunia; ideo ſequitur titulus de obſervatione jejuniorum. Ieiunium † eſt ſubtractio 1
prandii, & poſt cœnam cuiuslibet cibi privatio uſq; ad diem ſequentem, c. *ſint tibi jeiunia diſt. 5. & c. ſolent diſt. 1. de conſecr. c. inſuper ſeſſ. 25. de elect. cib.* & abſtinentia à carnibus, & trahentibus ſementinam originem à carnibus, ut ab ovis, lacte, caſeo, & abſtinentia à cibis delicatis, & pretioſis, & voluptatibus, c. *ſtatuimus, & c. deniq. 4. diſt. c. quid prodeſt. & c. ſeq. 86. diſt. c. nihil enim prodeſt. de conſecr.*

2 conſecr. diſt. 5. Potus † frangit jejunium quan-
do quis de mane bibit non ad extinguen-
dum ſitim, & ſed famem, Angel. in ver. jeju-
3 nium num. 4. Iejunandum † eſt, exceptis die-
bus dominicis, c. placuit. c. ne quis de conſecr.
diſt. 3. laicis, & ſacerdotibus, c. ſacerdotibus de
conſecr. diſt. 3. quadrageſima tota, c. quadra-
geſima de conſecr. diſt. 5. & non licet quinta fe-
ria ultimæ hebdomadæ jejunium ſolvere, c.
non liceat, & c. ſeq. de conſecr. diſt. 3. quatuor
temporibus, c. conſtituimus & cc. ſeqq. 76. diſt.
vigilia nativitatis dominicæ, & vigilia aſ-
ſumptionis Divæ Virginis, & matris, c. 1. hoc
tit. & vigilia Pentecoſtes, c. noſſe 76. diſt. vigi-
liæ omnium Apoſtolorum in obſervatione
jejunii ſunt obſervandæ, etiam S. Matthiæ, c.
1. h. tit. præter vigilias Apoſtolorum Philippi
& Iacobi, & Beati Ioannis Evangeliſtæ, quo-
niam ipſorum ſolemnitas intra ſolemnita-
tem paſchalem, iſtius autem intra natalem
Domini celebratur; c. Conſilium in princ. hoc
tit. præterea jejunandum eſt in vigiliis o-
mnium ſanctorum, S. Ioannis Bapt. & S.
Laurentii, Innoc. in c. 1. hoc tit. ſub num. 2. in
rogationibus, ſive Letaniis ante aſcenſio-
nem Domini, c. rogationes de conſecr. diſt. 3. vel
in iis ſervanda eſt conſuetudo regionis, gl. in
in d. c. rogationes in verb. jejunium, quia ſuffra-
4 ganei † ſervare tenentur in jejuniis conſue-
tudinem regionis, ſive Metropolitanæ ec-
cleſiæ, c. utinam 76. diſt. c. Conſilium §. item de
illis, ibi conſuetudinem tuæ regionis hoc tit. & u-
trobique gl. & DD. relectis, inventa opportu-
nitate, quæ pro varietate temporum, vel ani-
morum, vel locorum varia conſuetudine in-
troducta ſunt; c. illa in fin. 12. diſt. c. jejunia de
5 conſec. diſt. 5. Vigiliæ feſtivitatū † cadentium
in ſecunda feria in præcedenti ſunt ſabba-
tho jejunandæ; c. 1. & c. 2. §. Sanctorum h. t.
6 Omnes † poſt vigeſimum primum annum
obligantur ad jejunium, ante vero obligan-
tur, quia ætas illa non patitur, quoniam in-
diget puer, ſeu adoleſcens cibo frequentato
propter debilitatē naturæ, item cibus con-
vertitur in augmentum, ſeu dilationē mem-
brorum, & ſic non ſunt ita potentes ad je-
junandum, ſicut ſunt majores: Pan. poſt B.
Tho. in rub. hujus tit. num. 7. ubi etiam recenſet
diverſas aliorum opiniones. Senes poſt quin-
quaginta quinque annos excuſantur à jeju-
nio, quia majores annis † quinquaginta 7
quinque excuſantur ab omni munere per-
ſonali, l. 2. § fin. ff. de decurion. & c. l. 3. C. qui æt.
vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. præterquam à tute-
la, & cura, § item major inſtit. de excuſ. tut. l. u-
nica C. qui æt. ſe excuſ. Abſtinendum eſt ab eſu
† carnium feria ſexta, c. fin. hoc tot. c. de eſu de 8
conſecr. diſt. 3. & ibi gl. 1. Arhid. & Can. & Sab-
batho, c. quia dies de conſecr. diſt. 5. c. ſabbatho
de conſecr. diſt. 3. quod ſi feſtum nativitatis
Dominicæ in ſexta feria venire contigerit,
illi qui nec voto, nec regulari obſervantia
ſunt aſtricti, carnibus propter feſti excel-
lentiam veſci poſſunt ſecundum generalem
eccleſiæ conſuetudinem, c. fin. hoc tit. c. quia
dies de conſec. diſt. 5. quia de feſto non ſolum
ſpiritualiter homines gaudere debent, ſed
etiam in cibis cum honeſtate poſſunt dele-
ctationem accipere, & citra jactantiam uti
veſtibus magis pretioſis, Pan. in d. c. fin. nu. 2.
hoc tit. & ibi Can. In jejuniis † ſolemnibus et- 9
iam ſubſiſtente cauſa non poteſt quis veſci
carnibus ſine licentia Epiſcopi, quæ requiri-
tur, ut Epiſcopus poſſit diſtinguere inter in-
firmitates; ſed ubi neceſſitas eſt urgens, non
delinquit, qui comedit carnes ſine licentia;
c. Conſilium § cum autem hoc tit. & ibi Pan. ſub
num. 4. datur licentia † à ſede Apoſtolica ve- 10
ſcendi lacticiniis, ovis, & carnibus per bre-
ve, de licentia utriuſque medici, Mandoſ. de
ſign. grat. tit. licentia verſ. licentia veſcendi lacti-
ciniis & verſ. ſeqq. Guid. Pap. deciſ. 111. etiam in
quadra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quadrageſima in qua ſolent excipi quarta & ſexta feria ac ſabbatum, *cap. ſabbato cap. ieiunia ſane de conſecr. diſt.* 3. ac tota hebdomas ſancta, c. 1. c. *non liceat c. non oportet de conſecr. diſt.* 3.

*De purificatione poſt partum.*

## Titulus XLVII.

SVMMARIA.

1 *Purificatio poſt partum ob reverentiam templi per legem moſaicam fuit introducta.*

2 *Poſtquam umbra legis evanuit ſi mulieres poſt prolem emiſſam actura gratias eccleſia intrare voluerint nulla inde peccati mole gravantur, ſi ex veneratione voluerint abſtinere aliquantis per, earum devotio non reprobatur.*

IEIVNIA indicta ſunt ob reverentiam feſtivitatum; purificatio poſt † partum ob
1 reverentiam templi per legem Moſaicam; quia tamen gratia, & veritas per IESVM
2 Chriſtum facta eſt, poſtquam † umbra legis evanuit, & illuxit Evangelii veritas, ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias eccleſiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole gravantur, nec eccleſiarum eſt eis additur denegandus, ne pœna illis videatur converti in culpam, ſi ex veneratione voluerint aliquandiu abſtinere, devotio earum non improbatur, c. *unico hoc tit.*

***

*De eccleſiis ædificandis, vel reparandis.*

## Titulus XLVIII.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia una in præiudicium alterius Eccleſiæ ſive infra ipſius limites conſtrui non debet.*

2 *Fallit primo quando non poſſunt parochiani ob locorum diſtantiam ſive difficultatem ſine magno incommodo Eccleſiam matricem adire, unde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe.*

3 *Secundo, propter temporis qualitatem.*

4 *Tertio, propter incrementum populi.*

5 *Quarto, in leproſis quibus permittitur abſque præiudicio antiquarum parochialium habere eccleſiam propriam & præsbyterum.*

6 *Eccleſia conſtruenda eſt authoritate epiſcopi.*

7 *Præfinita per eum qui ædificare vult dote quæ ſufficiat, ſi eccleſia eſt ſecundum numerum collegiatorum & qualitatem collegii ad luminaria & ſtipendia.*

8 *Si parochialis eſt ad ſuſtentationem duorum ad minus vel trium.*

9 *Dotis conſtitutione omiſſa in fundatione, nō debet conſecrari Eccleſia niſi dos ei prius fuerit aſſignata.*

10 *Quod ſi utroque tempore dotis conſtitutio omiſſa fuerit adhuc tenentur fundatores eorumq; hæredes ad dotandum & eis non exiſtentibus ſolvendo datur actio contra epiſcopum.*

11 *Eccleſiæ conſtruendæ non poteſt conferri privilegium ut valeat ex tunc.*

12 *Neque etiam eidem poteſt donari.*

13 *Sed legari eidem ut hæres inſtitui poteſt.*

14 *Pactum quod datum pro dote reuocetur corruente Eccleſia eſt à iure reprobatum.*
15 *Id quod eccleſia habet præſumitur ſibi datum pro dote.*
16 *Periculum dotis amiſſæ pertinet ad Eccleſiam.*
17 *Circa reparationem Eccleſiæ ſeruanda eſt conſuetudo.*
18 *Qua ceſſante prælatus quartam partem fructuum tenetur dare fabricæ.*
19 *Si quarta pars non ſufficiat tenentur omnes patroni, rectores eccleſiarum ac beneficiati quatenus eis ſupereſt detractis neceſſarijs.*
20 *Vltimo loco parochiani.*
21 *Ac inferiores capellæ.*
22 *Quod ſi omnes nimia egeſtate laborent poteſt Epiſcopus etiam tanquam ſedis apoſtolicæ de legatus, vocatis ijs quorum intereſt tam Parochiales quam alias eccleſias & beneficia ſimplicia etiam iuriſpatronatus ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferre.*
23 *Lapides & ligna eccleſiæ dedicatæ & deſtructæ in quos vſus ſint convertendi.*
24 *Altaris palla, cathedra, candelabrum & velum vetuſtate conſumpta igni dantur.*
25 *Eccleſia diruta authoritate ſuperioris amittit omnia priuilegia.*
26 *Caſu fortuito vel ab hoſtibus diruta retinet ſua privilegia.*
27 *Eccleſiæ transferuntur ſeu transmutantur authoritate ſummi pontificis aut epiſcopi in Conſilio Capituli ex quinque cauſis.*
28 *Clauſula de ſtylo in huiuſmodi translationibus vſitate.*
29 *Exemptio an perdatur ſi de mandato Papæ eccleſia plenè cum perſonis exempta transferatur ad locum non exemptum.*
30 *Eccleſiæ quandoque eriguntur in aliúm ſtatum ſuperiorem, nempe collegiatu in cathedralem epiſcopalis in metropolitanã authoritate Papæ eccleſia ſimplex in parochialem ex iuſta cauſa autoritate epiſcopi.*
31 *Eccleſia exempta per erectionem in cathedralem an amittit exemptionem.*
32 *Eccleſiæ & capellæ renovatio & ampliatio fit ſine præiudicio familiæ in Eccleſia & capella veteribus habebat inſignia.*

ECCLESIA quandoque de novo ædificari debet intra limites veteris eccleſiæ conſecratæ quandoque eccleſiæ conſecratæ indigent reparatione, ideo ſupponitur de eccleſijs ædificandis vel reparandis, regulariter vna eccleſia † in præiudicium al- 1
terius eccleſiæ ſive infra ipſius limites conſtrui non debet, c. *quicumque* 16. *quæſt.* 1. c. 2. §. *caueant & Anchar. in c. fin. in* 1. *not. hoc tit.* quia veteres eccleſiæ per novam lædi non debent, & in eadem terminatione plures parochiales eccleſiæ eſſe non poſſunt, c. *præcipimus & c. ſeq.* 16. *q.* 1. ex quo enim parochialis eſt, determinatos habet limites. Hinc inolevit Stylus quod confimatio erectionis novæ Capellæ per laicos conſtructæ conceditur cum clauſula, abſque rectoris parochialis, in qua ſita eſt huiuſmodi Capellæ, præiudicio, c. *eccleſiæ antiquitus & c. ſeq.* 16. *q.* 1. c. 1. *circa finem de nou. oper. nunciat.* Fallit primo † quando non poſſunt paro- 2
chiani ob locorum diſtantiam ſive difficultatem, ſine magno incommodo eccleſiam matricem adire, vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officijs intereſſe, c. *ad audientiam el* 1. *hoc tit.* c. *epiſcopi* §. *in ijs ſeſſ.* 21. *late Lapus allegat.* 66. *vbi diſcutit per multas quæſtiones*, quo caſu poſſunt Epiſcopi etiam invitis rectoribus novas parochias conſtituere, & ſacerdotibus eccleſijs noviter erectis præficiendis competentem aſſignare portionem ex fructibus ad Eccleſiam matricem

tricem quomodocumque pertinentibus, &
ſi neceſſe fuerit compellere populum ad
ſubminiſtranda ea quæ ſufficiant ad vitam
ſacerdotum ſuſtentandam, quacumque re-
ſervatione generali vel ſpeciali vel affectio-
ne ſuper dictis Eccleſijs, non obſtantibus;
neque huiuſmodi ordinationes & erectio-
nes poſſunt tolli, nec impediri, ex quibuſ-
cumque proviſionibus etiam vigore reſi-
gnationis aut quibuſuis alijs derogationib.
vel ſuſpenſionibus, c. *epiſcopi* §. *in ijs vero ſeſſ.*
21. *Lap. alleg.* 66. Si ob devotionem alicuius
ſancti Capella in alterius parochiæ conſtru-
atur, non habet locum dictum c. ad audien-
tiam el 1. ſed obuentiones erunt ipſius ma-
tricis eccleſiæ, ſicut & ipſa Capella, c. *eam te*
*& ibi gloſſ. in verb. pendeant de ætat. qualit. &*
*ord. præficiend. Collect. in d. c. ad audientiam. n.*
3 1, Secundo fallit † propter temporis quali-
tatem, c. *& temporis qualitas* 16. *quæſt.* 1. Ter-
4 tio propter † incrementum populi, c. *præci-*
*pimus* 16. *quæſt.* 1. c. *fin. hoc tit.* Quarto in le-
5 proſis † quibus permittitur abſque præiu-
dicio antiquarum parochialium habere ec-
cleſiam propriam & presbyterum & non
tenentur ſolvere decimas de hortis & nu-
trimentis animalium, c. *cum dicat. h. tit.* Ec-
6 cleſia † conſtruenda eſt auctoritate Epiſco-
pi, & ſine ea conſtructa non venit deſtru-
enda, ſed cedit commodo epiſcopali, *Pan. in*
*c. cum olim 2. nu. 9. & n. 15. in fin. & nu. 16. de*
*priuil.* qui ibidem crucem figit, publice atri-
7 um deſignat, & ante præfinit, qui † ædifica-
re vult, dotem, quæ ſufficiat, ſi eccleſia eſt
collegiata ſecundum quantitatem & nume-
rum Collegiatorum, & qualitatem Colle-
gij. (exceptis eccleſiis Capucinorum & Mi-
norum de obſervantia, quibus non licet
poſſidere immobilia) ad luminaria, ad cu-
ſtodiam, ad ſtipendia clericorum, c. *nemo de*
*conſecr. diſtinct.* 1. *Authent. vt determ. ſit cleric.*
*num.* §. *in veſtigantes coll.* 1. *Authent. null. fab.*
*orat. domos gloſſ.* 1. *& ibi Can. in c. cum ſicut de*
*conſ. eccl. vel alt.* ſi parochialis † eſt ad ſuſten- 8
tationem duorum ad minus, c. *vt quiſque &*
*ibi Pan. num.* 2. *& Can. de vit. & honeſt. cler.*
*Pan. in c. fin. num.* 10 *in fine & ibi Felin num.*
10. *verſ. ex quibus colligit de præſumpt. Caſſad.*
*deciſ.* 19. *in princ. de præbend. c. illud* 7. *quæſt.* 1.
vel trium, c. *hoc quoque de conſecrat. diſt.* 1. ad
hoſpitalitatem exercendam, & ad reſpon-
dendum Epiſcopo de Epiſcopalibus, c. *de*
*monachis de præbendis c. ſicut de ſupp. negl. præ-*
*lat. vel ſecundum Pan. in d. c. cum ſicut n.* 4. *de*
*conſecr. eccl. &c.* ſufficit quod aſſignetur v-
nus manſus, quia cum iſta obligatio prove-
nerit ex liberalitate, non debet multum
ſtricte agi contra ipſum fundatorem, nec
eſt opus quod dos detur à principio pro
hoſpitalitate tenenda, vel pro iuribus epiſ-
copalibus ſolvendis, nam eccleſia impotens
non tenetur ad iſta, nec tenetur procurare
Epiſcopum viſitantem; *cap. cauendum* 10.
*quæſt.* 3. qua donatione ſolemni chartula
confirmata & oſtenſa Epiſcopus ponit pri-
marium lapidem, c. *nemo* 1. *de conſecrat. di-*
*ſtinct.* 1. c. *placuit & ibi glo. in verb. dotem* 1. *q.* 2.
c. *piæ menſis* 16 *q.* 7. *& ibi gloſ. in verb. collata*
*Authen. vt nullus fabricet oratorij domus*, ſi do-
tis conſtitutio † omiſſa fuerit in fundatio- 9
ne, non debet conſecrari eccleſia, niſi dos ei
prius fuerit aſſignata, c. *placuit* 1. *quæſt.* 2. *d.*
6. *piæ menſis* 16. *q.* 7. ſi vtroque tempore fun-
dationis & conſecrationis, dotis † conſti- 10
tutio omiſſa fuerit, adhuc tenentur funda-
tores eorumque hæredes ad dotandum, c.
*cum ſicut & ibi Pan. in* 1. *not. & Can. commu-*
*niter de conſecr. eccl.* c. *nemo el* 1. *& ibi gloſ. in*
*verb. domum de conſecrat. diſtinct.* 1. *Rot. diverſ.*
*deciſ.* 230. *num.* 1. *par.* 1. & eis non exiſtenti-
bus ſolvendo danda eſt actio contra Epiſ-
copum, *gloſſ. in d. verb. domum in c. nemo el.* 1.

*de conſecrat.diſtinct.*1.c.*cum ſicut & ibi Pan. n.*
3.*Anchar. num.*3. *de conſecrat. eccl. vel altar.*
11 Eccleſiæ † conſtruendæ non poteſt con-
ferri privilegium vt valeat ex tunc, c. *ad au-*
*dientiam* 2.*hoc tit.* ſed bene vt valeat poſt-
quam fuerit conſtructa, *Pan. in d.* c. *audien-*
12 *tiam el* 2.*num.*4. neque etiam † donari, *cap.*
*Abbate ſane de re iud. in* 6. quia donatio eſt
contractus requirens perſonam cui obliga-
13 tio acquiratur, ſed eidem legari, ac † hæres
inſtitui poteſt, quia legatum & hæredis in-
ſtitutio non requirunt præſentiam perſonæ
*l.cum pater* §.*ſurdo ff.de leg.*2.*Bart. in l. ſervos*
*nu.*4.*ff.de alim, & cibar.legat. Pan. in d.c.ad*
14 *audientiam el.*2.*n.*5. pactum, † quod datum
pro dote eccleſiæ, revocetur corruente ec-
cleſia, eſt à iure reprobatum, *Felin. in c.cum*
*venerabilis ſub n.*39.*verſ.nota certio de except.*
*Rot.diverſ.deciſ.*695.*par.*1. ſed quod eccleſia
15 habet † & poſſidet præſumitur ſibi datum
in dotem, cum iſta ſit cauſa neceſſaria; *Bart.*
*in l.cum ſervus nu.*4.*& ibi DD.ff.de verb.oblig.*
*Rot.diverſ.deciſ.*230. *numer.* 1.*par.*1.*per leg.*
*ſecundam C.de alim.pup.præſt. Rot. diverſ. de-*
*ciſ.*56. *in fine parte* 2. & deperdita aut di-
minuta dote fundans ad nullum augmen-
tum tenetur, non enim debet quod rite &
ſecundam leges ab initio actum eſt, ex alio
eventu reſuſcitari, *l.ſancimus* 1.*verſ. non enim*
*C.de adminiſtr.tut.c.deinde circa fin verſ. ſi ita*
16 *creditur* 26.*diſt.* periculumque † dotis amiſ-
ſæ pertinet ad ipſum beneficium ſive eccle-
ſiam dotatam, *Lambert.de iure p.*8.*art.*5.*quæſt.*
*princ.*1.*partis* 1. *lib. numer.* 17. Imputatur ei
qui tenuem acceptat eccleſiam. *gloſ.in c.*1.
*in verb. neceſſitatem* 21. *quæſt.*1.*cap. clericus*
*& ibi gl.in verb.vigilijs* 91.*diſtinct.* Dicitur
autem pauper iuxta qualitatem perſonæ,
ſitum loci, & conſuetudinem provinciæ, c.
*cum adeo & ibi gloſ.in verb.ſufficientem & Can.*
*de reſcript. cap. erit diſtinct.* 4.*cap. ſciendum*
29.*diſtinct.gloſ.in d.c.*1.*in verb.neceſſitatem in*
*fine* 21.*quæſt.* 1. *Authen. præterea & ibi gloſ.in*
*verb.locupl.C.vnde vir & vxor.* onuſque pro-
bandi incumbit beneficiato quantitatem
fructuum adeo exiguam eſſe, vt dos in eis
conſtituta habeatur pro nõ dote, *arg.eorum*
*quæ tradit Bald.n.*8.*in Authen.præterea C.vnde*
*iur. & vxor & ibi DD. communiter & in l.li-*
*cet in fine quæſt.C.de iur dot. in terminis Rot. di-*
*verſ.deciſ.*60.*par.*2. Eccleſia cathedralis & a-
lia inferior ſuæ diœceſis, poteſt dici epiſco-
pi. *Clem.attendentes* § *ipſos autem & ibi gloſ.in*
*verb ſuæ eccleſ.de ſtat.Monach.Pan.& Can.*

Circa reparationem † eccleſiæ primo re- 17
currendum eſt ad conſuetudinem, ſi enim
conſuetudo transfert onus fabricæ in po-
pulum aut aliter ſpecialiter provideat, illa
ſervanda eſt, videmus enim hodie quod
communiter eccleſiæ habent redditus di-
ſtinctos pro fabrica, *arg.* c. *ad apoſtolicam de*
*ſimon.Pan in c.*1.*num.*3. *& ſeqq. hoc tit. Innoc.*
*in c.fin.in princ. de his quæ fiunt à maior.part.c.*
ceſſante † conſuetudine tenetur prælatus 18
quartam partem fructuum non ſolum fu-
turorum, ſed etiam præteritorum, quos ad
huc effectum tenetur conſervare. c. *de revi-*
*mus* 10.*quæſt.* 1.*cap. vnico & ibi gloſ.quæſt.*3.
*Bero.conſ* 3.*num.* 6.*& ſeqq.vol.* 1. fabricæ da-
re; c.*nobis cum ſeptem cc. ſeqq.* 12. *quæſt.*2.c.
*vnico* 10.*quæſt.*3. ſi quarta † & pars non ſuffi- 19
cit, nec conſuetudo diſponit, tenentur o-
mnes patroni, c. *cum illud* §. *parochiales ſeſſ.*
25. rectores eccleſiarum, & beneficiati,
quatenus eis ſuper eſt detractis neceſſarijs,
c.1.c.*de his hoc tit.* c. *fin. de his quæ fiunt à ma-*
*iori parte cap. & ibi poſt gloſſ. Canon.* ſi reddi-
tus eis non ſuper ſunt, compelluntur vlti-
mo loco † parochiani, nam ex quo percipi- 20
unt ibi divina tenentur ad refectionem ec-
cleſiæ, *d.c.cum illud* §.*parochiales ſeſſ.*21. nec
poſſunt, volendo evitare onus, cedere vſui
eccle-

eccleſiæ, *Panor. in c. 1. num. 4. hoc tit. Rom. ſing.*
21 68. præterea inferiores capellæ † pro in-
ſtauratione eccleſiæ principalis ſeu matricis
contribuere tenentur, & eccleſia Matrix,
ſeu ipſa plebs, pro reparatione capellarum,
reddendo vicem pro vice. *Fred. de ſen. conſ.*
*224. Franc. Marcus quæſt. 459. num. 2. & ſeqq.*
22 *parte 1.* quod ſi omnes † nimia egeſtate la-
borent, poteſt epiſcopus etiam tanquam
ſedis apoſtolicæ delegatus, vocatis ijs quo-
rum intereſt, tam parochiales, quam alias
eccleſias, & beneficia ſimplicia etiam iuris-
patronatus, arbitrio ſuo ad matrices, ſeu vi-
ciniores eccleſias transferre, & parochialis
translata deſinit eſſe parochialis, *Mandoſ. de*
*ſign. grat. tit. de transla. præl. verſ. quando pa-*
*rochialis Greg. 15. deciſ. 387. n. 2. & 3. & deciſ.*
*405. & ibi annot. licet aliter ſentiat gl. in c.*
*privilegium de reg. iur. in 6. Alex. in l. inter ſtipu-*
*lantem §. ſacram. nu. 13. in fin. ff. de verb. oblig.*
ac in eiſdem eccleſijs capellas, & altaria eri-
gere ſub eiſdem invocationibus, aut in ere-
cta altaria, vel capellas transferre & eccle-
ſias dirutas in profanos vſus non ſordidos;
erecta tamen ibi cruce convertere, *d. c. cum*
23 *illud in princ. & fin. ſeſſ. 21.* Lapides, † & li-
gna eccleſiæ dedicata non debent ad aliud
opus iungi, niſi in aliam eccleſiam, vel igni
ſunt comburenda, vel ad profectam in mo-
naſterio fratribus, non tamen indifferen-
ter, ſed vel in capitulo, vel in dormitorio,
vel in alijs religioſis locis, non in coquina,
vel in colendis vineis; in laicorum ope-
ta admitti non debent, c. *ligna de conſecr. diſt.*
24 *1.* Altaris † quoque palla, cathedra, cande-
labrum, & velum ſi fuerint vetuſtate con-
ſumpta, igni dantur, quorum cineres in
baptiſterio inferuntur, aut in pariete, aut in
foſſis pauimentorum iactantur, ne intro-
euntium pedibus coinquinentur. c. *altaris*
25 *palla cum cc. ſeqq. de conſecr. diſt. 1.* Eccleſia †
deſtructa auctoritate ſuperioris, amitit o-
mnia priuilegia; *l. ſi vſus fructus ciuitati ff. quib.*
*mod. vſus fructus amittatur, c. & hoc diximus,*
*& ibi gl. in verb. deſtructa 16. quæſt. 7. gl. in cap.*
*priuileg. de reg. iur. in 6. & ibi Can. Greg. 15. de-*
*ciſ. 387. in princ. & deciſ. 405. & ibi annot.*
deſtructa caſu fortuito, † aut ab hoſtibus, 26
retinet omnia privilegia; c. *paſtoralis 7 quæſt.*
*1. c. quæ ſemel 19. quæſt. 2.* ideo ſi alia eccleſia
in eodem loco ædificetur, retinet omnia
iura eccleſiæ deſtructæ, vti ſubrogata in
locum primæ, *l. æde ſacra ff. de contrah. empt.*
*vel vend. l: intantum §. ſacræ, ff. de rer diuiſ. gl.*
*in cap. priuil. & ibi Can. de reg. iur. in 6. Inn.*
*in cap. 2. numer. 2. de nou. op nunc. & ibi Can.*
*Innoc. in c. abbate in fin. de verb. ſign. Alex. in l.*
*inter ſtipulantem §. ſacrum numer. 13. de verb.*
*oblig.*

Transferuntur † ſeu tranſmutantur Ec- 27
cleſiæ authoritate ſummi Pontificis, aut e-
piſcopi cum Conſilio capituli, c. *ſi quis vult*
*monaſterium 16. quæſt. 7. Lap. alleg. 68.* ex
quinque cauſis, Prima, cum neceſſitas per-
ſecutorum loca earum grauauerit, ſecunda
cum difficultas locum fuerit propter aëris
intemperiem. Tertia cum malorum ſocie-
tate grauanter, ſiue propter, malitiam po-
puli, c. *tribus & ibi gloſſ. & Can de conſecr. diſt.*
*1 c. Eccleſias, & ibi gl. 16. quæſt. 7. Lap. alleg. 68.*
Quarta, cauſa meliorationis, c. *ſi quis vult*
*monaſterium 16. quæſt. 7.* De ſtylo in huiuſ-
modi translationibus viſitatæ ſunt in fra-
ſcriptæ † clauſulæ, dimiſſo ibidem aliquo ſa- 28
cello, ſeu oratorio in ſignum translatæ Ec-
cleſiæ vel dimiſſo presbytero in priori loco
ad miniſteria eccleſiæ, *d. c. ſi quis vult mona-*
*ſterium 16. quæſt. 1.* item proviſo quod ad
profanos vſus non redigatur, c. *ſemel. de reg.*
*iur. in 6. §. ſacræ inſtit. de rer. diuiſ.* quando
transfertur parochialis eccleſia, additur
cum ſuperficie terræ, & oſſibus ibi exiſtenti-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus. *Mandoſ. in tract. de ſignat. grat. tit. transla-*
*tiones, verſ. quando parochialis, & verſ. ſeqq.*
Quinta, eſt cauſa ruinæ, & inopiæ reſtaura-
tionis, uti ſupra dictum eſt, c. *cum illud ſeſſ. 21.*
29 An perdatur † exemptio ſi de mandato Pa-
pæ eccleſia plene cum perſonnis exempta
transferatur ad locum non exemptum vide
Franc. in c. cum perſonæ §. fin. nu. 4. de pri-
vileg. in 6. Late diſtinguentem. Eccleſiæ
30 quandoque † eriguntur in alium ſtatum ſu-
ſuperiorem, nempe collegiata in cathedra-
lem, & Epiſcopalis in metropolitanam au-
ctoritate Papæ, c. 1. *ne ſede vacante & c. c. quo-*
*ad translationem & ibi gl. in verb. reſervata &*
*Can. de off. leg. Extravag. ſalvator de præb. inter*
*communes Rebuff. in prax. part. 1. tit. de ercit. in*
*cathedral.* Eccleſia ſimplex in parochialem
ex juſta cauſa auctoritate epiſcopi, c. *ad au-*
*dientiam el. 1. hoc tit. Rebuff. in prax. tit. de erect.*
*eccl. in curat. & paroch. Garc. de benef. part. 12.*
c. 5. *nu. 3. requirit. auctoritatem Papæ.* Difficilis
31 eſt quæſtio, an eccleſia † exempta per ere-
ctionem in cathedralem amittat exemptio-
nem, in dubio cenſeo quod exemptionem
perdat, quia ſi præſervatam dicimus exem-
ptionem, eadem ſuffragaretur epiſcopo,
quod eſſet abſurdum, eo quod exemptio
data ſit contra epiſcopum, *Ioan. And. in c. cum*
*perſonæ ſub num. 9. circa finem ante verſ. prima*
*gl. de privil. in 6. & ibi Can.* & abſurdius eſſet
dicere ſolum capitulum, & canonicos eſſe
exemptos, quia epiſcopus & canonici ſunt
unum corpus, epiſcopus caput, canonici
membra, c. *novit de his quæ fiunt à prælat. & ibi*
*gl. pen. alleg. concord. & Can. c. cum non liceat &*
*ibi gl. 1. & DD. de præſcript.* & inconveniens
eſt in primordio erectionis, membra per ex-
emptionem à capite ſeparari, quia Epiſco-
pus eſt ſponſus eccleſiæ & ſolus utitur annu-
lo, c. *licet de transl. epiſc. & c. & ibi Pan. n. 5. &*
*Can.*

Eccleſiæ, & † capellæ renovatio, & am- 31
pliatio fieri debet ſine præjudicio familiæ,
quæ in eccleſia, & capella veteribus habe-
bat inſignia, ideo arma ſeu ſcuta armorum
familiæ, quæ appoſita & affixa reperiuntur,
in fornice, & columnis ſive pilaſtris eccleſiæ
veteris, transferenda & aſſignanda ſunt cor-
nici, & columnis eccleſiæ novæ quia reno-
vatio, & ampliatio eccleſiæ intelligitur facta
firmis remanentibus qualitatibus eccleſiæ,
& prorogativis familiæ, & ſine cujuſdam
præjudicio, c. *ad audientiam el. 2. hoc tit. Ioan.*
*de Anan. conſ. 86. poſt nu. 2. & ibi Bolag. in add.*
*Greg. 15. dec. 463.*

## *De immunitate Eccleſiarum, cæmiterij, & rerum ad eas pertinentium.*

## Titulus XLIX.

### SVMMARIA.

1 *In Eccleſiis & cæmiteriis non debent tractari placita ſæcularia quæcunque ſit cauſa laicorum.*

2 *Placita Eccleſiaſtica in eis poſſunt tractari.*

3 *In domibus Eccleſiarum neque miſſus neque comes vel judex publicus vel miniſter vel miles quaſi pro conſuetudine aut jure publico poteſt judicare aut hoſpitium quærere ſed proceſſus in domo factus valet.*

4 *Cauſæ ſanguinis & in quibus de corporali pœna agitur non debent in eccleſiis tractari ſub pœna anathematis.*

5 *Eccleſiæ etiam interdicta, major per circuitum quadraginta paſſuum, capellæ vel minores eccleſiæ triginta, domus epiſcopi, ſive intra ſive extra dictos quadraginta paſſus conſtructa ſit immunitatem habet ut perſona hominis liberi ſubditi aut Iudæi vel*

pagani aut cujuſcunque alterius gentis, vel bona ejus inde ſubtrahi violenter non poſſint, nec inde damnari debet ad mortem vel pœnam corporalem.

6 Niſi publicus latro fuerit aut nocturnus depopulator agrorum aut ſub ſpe immunitatis in iiſdẽ deliquerit fortumve fecerit, vel alias prius ſacrilegium in eisdem commiſerit aut proditione proximum occiderit, aut aſſaſini, hæreſis vel læſæ majeſtatis reus ſit.

7 Curiæ ſæcularis laicum delinquentem in nullo ex caſibus prædictis extrahere aut incarcerare poteſt, ſed extractus in carcere curiæ eccleſiaſticæ detinetur & cognito prius per epiſcopum an ipſe vere crimina præmiſſa commiſerit tunc demum de ejus mandato per Iudicem eccleſiaſticum curiæ ſæculari conſignatur.

8 Servus confugiens timore domini ad eccleſiam poſtquam de impunitate ſua Dominus ejus clericis juramentum præſtiterit ad ſervitium domini ſui redire compellitur.

9 Idem obtinet in colono aſſcriptitio liberto & alia hujuſmodi perſona conditioni ſubdita.

10 Ac in debitore fugiente ad eccleſiam ſi ex forma ſtatuti poſſit capi.

11 Confringentium Eccleſiarum confinia pœna.

12 An immunitas ſit conceſſa clericis vel religioſis ut non poſſint per epiſcopum & alios judices proprios ab eccleſia arceri ſeu violenter extrahi.

13 Violatio immunitatis eccleſiæ eſt mixti fori.

14 Clerici habent plura privilegia, unum appellatur privilegium perſonæ injiciens manus violentas in eos etiam excommunicatos temere & injurioſas etiam in volentes ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis.

15 Quæ regula fallit multis caſibus.

16 Quicunque in canonem, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. incidit etiamſi cum clerico mediante epiſcopo compoſuerit & ille reconciliatus ſibi fuerit, aut ſi occultus ut convinci non poſſit, ad ſedem apoſtolicam eſt mittendus, quam citra non poteſt abſolvi.

17 Quæ regula fallit 17. caſibus.

18 Is qui religionem ingreditur antequam tacite vel expreſſe profiteatur, ac beguinæ gaudeat privilegio c. ſi quis ſuadente canonicæ ſæculares non gaudent.

19 Cardinalem hoſtiliter inſequens percutiens, aut cupiens, vel ſi ſocius fuerit facientis aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit ejuſque filij & nepotes ex virili ſexu deſcendentes ſubijciantur pœnis c. felicis de pœnis in 6.

20 Epiſcopum temere vel injurioſe percutiens capiens banniens vel hæc mandans ejuſque filij per maſculinam lineam deſcendentes uſque ad ſecundam generationem ſubijciuntur pœnis Clem. 1. de pœnis.

21 Patroni advocati feudatarij vice domini, aut alij beneficiati alicujus eccleſiæ Epiſcopum rectorem vel clericum alium ipſius eccleſiæ occidere aut mutilare præſumentes eorumque poſteritates uſque ad quartum gradum ſubducitur pœnis c. ad aures c. in quibuſdam de pœnis.

22 Presbyterum occidens militiæ cingulo caret & abſque ſpe conjugij manet.

23 Clerici non ſubeunt onera perſonalia, quæ ſunt ea quæ labore corporali explicantur abſque detrimento rerum ſive ordinario ſive extraordinaria ſint.

24 Clerici habent privilegium rerum, cujus vigore eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à pedagiis guidagiis & datiis

& à

*& à collectis contributionibus & muneribus patrimonialibus.*

25 *Niſi Epiſcopus vel clerus abſque ulla exactione, ubi laicorum non ſuppetunt facultates ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda, conſulto prius Romano Pontifice.*

26 *Onera realia quæ impoſita erant rebus antequam ad Eccleſiam perveniſſent ſubit eccleſia.*

27 *Ad munera mixta quæ imponuntur perſonæ habito reſpectu ad patrimonium eccleſia & perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur.*

28 *Exigentes pedagia guidagia ſive portatoria à perſonis eccleſiaſt. ipſo facto excommunicationis ſententiam ſingulares perſonæ ac terdicti civitates caſtra vel loca incurrunt.*

29 *Collectantes perſonas eccceſiaſticas ſi moniti non deſiſtant ſunt excommunicati ipſo jure.*

30 *Conſtitutiones & ſententiæ quæ à talibus fuerunt promulgatæ irritæ habentur nullo unquam tempore valitura.*

31 *Rectores excommuuicati ob collectationes Eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarum poſt tempus regiminis remanent excommunicati, ac ſucceſſores eorum in officio niſi ſatisfecerint, intra menſem eccleſiaſtica cenſura concluduntur donec ſatisfecerint competenter.*

32 *Clerici habent privilegium fori cujus vigore non poſſunt conveniri coram judice ſæculari vel ab eo judicari.*

33 *Eccleſiæ & perſonis eccleſiaſticis plurimæ libertates ſunt conceſſæ per legem Dei, Imperij Papæ, quibus violatis cenſetur violata libertas Eccleſiaſtica.*

34 *Si quis contravenerit contra privilegia data ſingularibus eccleſiis non dicitur facere contra libertatem eccleſiaſticam.*

35 *Statuta & conſuetudines contra libertatem eccleſiæ ejuſque perſonas, inducta ſunt ipſo jure nulla & abolenda de capitularibus & ſtatuentium & ſecundum ea judicantium pœnæ.*

36 *Statuta dicuntur contra libertatem Eccleſiæ & perſonarum eccleſiaſticarum quæ ſunt contra privilegia eis conceſſa per Papam vel imperatorem, nec non ea per quæ officium inquiſitoris hæreſis impeditur vel retardatur aut clerici efficiuntur magis timidi & laici magis audaces ad nocendum.*

37 *Clerici quibus caſibus perdunt privilegia clericalia vel eis non gaudeant.*

ECCLESIÆ conſecratæ & non conſecratæ, in quibus diurna officia celebrantur, c. *Eccleſiæ hoc tit.* c. *ad hæc de relig. domib.* c. *nulli* 12. *quæſt.* 2. cum ſuo ambitu, cæmiterio, & rebus ſuis, ac perſonæ eccleſiaſticæ non debent gravari oneribus, quibus res laicorum & ipſi laici premuntur, ideo recte ſubjicitur iſta rubrica de immunitate &c. quæ in multis conſiſtit, recenſitis per *Ioan. Andr. in add. ad ſpecul. hoc tit.* Primo in eis non debent tractari † placita ſæcularia, 1
c. 1. *hoc tit.* quæcunque ſit cauſa laicorum, *Gemin. in c. decet num.* 12. *Franc. & Can. hoc tit. in 6.* proceſſus judicum ſæcularium, ac ſpecialiter ſententiæ in eiſdem locis prælatæ, omni carent robore firmitatis, c. 2. §. *ordinarij hoc tit. in 6.* placita † eccleſiaſtica in 2
eis tractari poſſunt, c. *præceptum* 2. *quæſt.* 2. *gloſſ. in d. c.* 1. *in verb. placitum hoc tit.* Imo in domibus eccleſiarum, neque † miſſus, ne- 3
que comes vel Iudex publicus, vel miniſter, aut miles, quaſi pro conſuetudine, & jure publico auctoritate propria poteſt judicare, aut hoſpitium quærere, c. 1. *hoc tit. l.* 1. *in fin. & ibi poſt gl. fin. DD. C. de epiſc. & cler.* proceſſus tamen in domo factus valet, quia conſti-

conſtitutio *d. c. decet*, *hoc tit.* eſt pœnalis,
& ſtricte intelligenda, *Pan. in d. c. 1. numer.*
*2. hoc tit. & ibidem canon.* in domo ab eccle-
ſia conducta vel gratis ſibi conceſſa poſ-
ſunt judicare, *d. c. 1. in verb quaſi pro conſue-*
*tudine hoc tit. & ibi Pan. & Can. communiter.*
4 Secundo, cauſæ † conſanguinis, & in qui-
bus de corporali pœna agitur, non debent
in eis tractari, ſub pœna anathematis, *c. cum*
*Eccleſia hoc tit.* abſurdum enim eſt & crude-
le ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tu-
5 tela refugii conſtituta. Tertio, Eccleſia †
etiam interdicta, *Collect. in c. inter alia num.*
*xj. h. tit.* maior, per circuitum, quadraginta
& capellæ vel minores eccleſiæ triginta, c.
*ſicut* 1. 17. *q.* 4. exceptis illis, quæ ſunt intra
ambitum murorum caſtellorum propter
anguſtiam, c. *quiſquis verſ. capella* 17. *qu.* 4.
ac domus epiſcopi ſive intra, ſive extra di-
ctos quadraginta paſſus conſtituta immu-
nitatem habet ut perſona hominis liberi et-
iam ſubditi, c. *nullus* 17. *qu.* 4. aut Iudæi vel
pagani aut cuiuſcumque alterius gentis, *Ar-*
*chid. in c. diffinivit num.* 1. 17. *quæſt.* 4. (licet
hi à rectore Eccleſiæ arceri poſſint, *l.* 1. *C. de*
*his, qui ad eccleſ. confug. & ibi gloſſ. mag. c. inter*
*alia, & ibi gloſſ. in verb. extrahendus hoc tit. &*
*Can.*) vel bona eius inde ſubtrahi violenter,
*Archid. in c. reum n.* 1. 17. *quæſt.* 4. non poſſint,
*d. c. ſicut primo.* 17. *quæſt.* 4. *c. ſi quis ſuadente*
*§. qui autem* 17. *qu.* 4. quantacumque gravia
delicta perpetraverit, nec inde damni de-
bet ad mortem vel ad pœnam corporalem,
ſed rectores ſibi debent obtinere membra
& vitam nec alteri conſignare, niſi ad evan-
gelia datis ſacramentis, de morte, & debili-
tate, & omni corporalium pœnarum etiam
verberum, *Archid. in c. reus ſub numer.* 2. 17.
*quæſt.* 4. *pro quo eſt text. in c. nullus*, *& c. con-*
*ſtituimus* 17. *quæſt* 4 *Zab. in c. inter alia in* 5.
*quæſt. hoc tit.* genere ſit ſecurus; ſuper hoc



tamen quod inique fecit, eſt alias legitime
puniendus pecunialiter; vel alia ſatisfactio-
ne, *d. c. id conſtituimus c. reum, & cc. ſeqq. c. de-*
*finivit* 17. *qu.* 4. *c. inter alia hoc tit. l. præſenti C.*
*de iis, qui ad eccleſ. confug. pulchre Franc Marc.*
*quæſt.* 554. *part.* 2. niſi † publicus latro fue- 6
rit aut nocturnus depopulator agrorum,
*d. c. inter alia hoc titul. quod corrigit auth. de*
*Mand. princip. § quod ſi delinquentes, quæ plu-*
*res perſonas excipit.* aut ſub ſpe immunitatis
in Eccleſiis, vel cœmiteriis deliquerit, *c. fin.*
*h. tit.* fortumve fecerit, *Gemin. in c. decet nu.*
10 *Franc. & Can h. tit. in* 6. vel alias prius ſa-
crilegium in eccleſia, vel cœmiterio com-
miſerit, *c. frater, & c. epiſcopus, & c. ſeq.* 17. *q.*
4. *Capell. Tholoſ. qu.* 423. aut proditione pro-
ximum ſuum occiderit, aut aſſaſſini hæreſis
vel læſæ maieſtatis reſiſtit, *Remig. de Gonnij de*
*immun. eccleſ. in fall. ubi ponit.* 39 *fallent.* Ve-
rum curia ſæcularis † laicum delinquentem 7
in nullo ex ſupradictis caſibus, ſine ex-
preſſa licentia epiſcopi, vel eius officialis, &
cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ ab
eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, &
non ad alios epiſcopis inferiores, etiamſi a-
lias ordinarii ſint, & nullius diœceſis, præfa-
tam licentiam dandi facultas pertinet, ex-
trahere, aut incarcerare poteſt, *c. metuentes*
17. *q.* 4. *Greg.* 14. *in ſua conſtit. ſuper immun. ec-*
*cleſ. edita anni* 1591 *quæ videatur.* & extractus
in carcere curiæ Eccleſiaſticæ ſub opportu-
na cuſtodia data illi per curiam ſæcularem, ſi
opus erit, detinetur, nec curiæ ſæculari tradi
poteſt, niſi cognito prius per epiſcopum,
ſeu ab eo deputatum, an ipſe vere crimina
præmiſſa commiſerit, & tunc demum de
mandato epiſcopi per judicem eccleſiaſti-
cum curiæ ſæculari quacumque appellatio-
ne remota aſſignatur, *d. c. metuentes Greg.*
14. *d. conſtit. ſuper immun. eccleſ.* Servus † con- 8
fugiens timore Domini ad eccleſiam, poſt-

quam de impunitate ſua Dominus ejus cle-
ricis juramentum præſtiterit, ad ſervitium
Domini ſui redire compellitur, etiam invi-
tus, alioquin à Domino poterit occupari c.
*inter alia §. fin. hoc tit. c. metuentes c. id conſtitui-
mus, verb. ſervus etiam* 17. *quaſt.* 4 idem obti-
9 net in colono † aſcriptitio, liberto, & alia
hujuſmodi perſona, domeſtica, vel condi-
tioni ſubdita, quæ conquaſſatis rebus cer-
tis, atque ſubtractis, aut ſeipſum furatus ad
ſacroſancta eccleſiæ loca ſe contulerit, *d. l.
præſenti §. cum autem verſ. ſane enim ſi ſervus
C. de iis, qui ad eccleſ. confug.* ne patronis, ſeu
Dominis per eorum abſentiam obſequia
10 juſta denegentur, ac etiam † in debitore fu-
giente ad eccleſiam, ſi ex forma ſtatuti de-
bitor poſſit capi, *contra l. ob aſ. C. de act. & ob-
lig.* quia eſt perſona conditionata, *Alber. in
rubr. C. de iis, qui ad eccleſ. confug. n.* 2. *Nicol. E-
verard. in loco à tempore ad locum pag. fin. verſ.
& faciunt not. eleganter per Alber.* Oratoria
privatorum non habent hanc immunita-
tem, *Collect. in d. c. inter alia n. xj. h. t. Archid.*
11 *in c. uxor. n.* 2. 17. *quaſt.* 4. Qui confinia † ec-
cleſiarum confregerit, aut perſonam homi-
nis, vel bona ejus inde ſubtraxerit, donec
digne pœniteat, & quouſque emendet tam
laicus, quàm clericus, arcetus ingreſſu ec-
cleſiarum, *d. c. frater, & c. epiſcopus & c. ſeq. c.
nullas clericorum* 17. *quaſt.* 4. & niſi quod ra-
puerit, reddat excommunicatur, c. *ſicut el.* 1.
17. *quaſt.* 4. imo ipſo jure excommunicatus
eſt, c. *omnes el.* 1. *& ibi gloſ. &* c. *quiſquis §. pen.
ibi ſciat ſe communione privatum, & c. ſi quis ſua-
dente* c. §. 1. 17. q. 4 *juncto* c. *ſi quem, & ibi not.
de ſent. exc. & c. Engeltrudam, & ibi not.* 3. *quæſt.*
4. Præterea excommunicationem ipſo facto
incurrit, qui in ipſa eccleſia, vel loco, aut
clauſtro, aut intra immunitatem eccleſiæ;
aut cultui, vel eccleſiaſticis perſonis, & mini-
ſtris aliquid injuriæ importaverit, c. *cum pro
cauſa de ſent. excom. & ibi Hoſt. ſub num.* 1. *d. c.
quiſquis* §. 1. & 2. *& d. c. ſi quis ſuadente* §. 1.
17. *quaſt.* 4. *l.* 10. *C. de epiſ. & cler. & auth ibi po-
ſita.* Primam opinionem, quod ſit excom-
municandus tenet *gloſſ. in d. c. cum pro cauſa,*
Pan. Anch. & alii, Ioannes de Viſchis *de im-
munit. eccleſ. n.* 65. Remig. de Gonnii, *de im-
munit. eccleſ. quaſt.* 9. dicentes, pœnam eſſe
arbitrariam, *Capell. Tholoſ. quaſt.* 423. *& ibi
Add.* Secundam opinionem Hoſtien, quod
ſit ipſo jure excommunicatus, videtur
conſuetudo approbaviſſe, ut notat gloſſ.
*in d. c. omnes el. primo,* 17. *quaſt.* 4. Quæ-
ſtio eſt, an hæc immunitas † ſit conceſſa 12
clericis, vel religioſis, ut non poſſint per E-
piſcopum, & alios judices proprios ab ec-
cleſias arceri, ſeu violenter extrahi, & Pa-
norm. *in c. inter alia n.* 13. *hoc tit.* tenet locum
non habere, ſi Iudex eccleſiaſticus cauſa di-
ſciplinæ & non odii, vult eos arcere s ab ec-
cleſia, vel inde extrahere, ut duci faciat ad
carcerem. Sylveſter *in verb. immunitas. verſ.
tertium clerici & religioſi, c. nullus, & ibi gloſ. in
verb ſed nonne* 17. q. 4. contrarium tenet Za-
barel. *in d. c. inter alia. in* 6. *qu.* & ibi Ancar. *in
fin.* Ioann. Andr. *num.* 4. Ioan. de Anan. *num.
9. Collectar. num.* 16. pro quibus eſt textus,
*in c. conſtituimus quaſt.* 4. Diaz. *in prax. crim.*
c. 124. c. d. finivit & ibi Ioannes *de Viſch. in* 1. 13
*notab.* 17. *quaſt.* 4. violatio immunitatis ec-
cleſiæ eſt mixti fori, & punitur à Iudice ec-
cleſiaſtico & temporali, c. *definivit §. ſi quis
autem auth.* Caſſa *C. de ſacoſ. eccl juncto c. nove-
rint de ſent. excom.*

Perſonæ eccleſiaſticæ † tria habent privi- 14
legia, unũ appellatur privilegium perſonæ,
circa quod tres conſtituuntur regulæ. Pri-
ma eſt injiciens manus violentas in eos et-
iam excommunicatos, *Franc. Marc. qu.* 609.
*num.* 3. *par.* 2. *gloſſ. in c. cum contingit in verb.
ordinati & ibi Can. de ſent. excomm.* temere,
aut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aut iniurioſas in eos etiam volentes, c. con-
tingit 1. de ſent. excom. aut conſpuens in faci-
em clerici, vel effundens aquam ſuper eum
animo iniuriandi, vel detinens clericum per
veſtem, vel frenum equi, vel auferens ali-
quid de manibus ſuis, Franc. Marc. q. 610. 1.
2. gloſſ. 1. in c. ſi quis pulſatus de pœnitent. di-
ſtinct. 1. Innoc. in c. nuper nu. 2. & in c. contin-
git de ſent. excommun. & vtrobique Doct. ipſa
facto incurrit ſententiam excommunicati-
nes, c. ſi quis ſuadente &c ſicut 2. 17. quæſt. 4. c.
nuper de ſent. excomm. Franc. Marc. 1. 612. par.
2. vbi ponit tria requiſita, etiam ſi laicus religi-
12 oſum, vel converſum percutiat ad viſionem
Abbatis, in cuius ſervitio commoratur, ex
iuſta cauſa diſciplinæ, c. vniverſitatis de ſent.
excomm. Aut ſi laicus etiam magiſtratus vel
officialis, c. ſi vero el 1. §. officialis de ſent. ex-
comm. & ibi Can. vel clericus qui ſit privata
perſona, Late Soccin. in c. pervenit n. 267. &
ſeqq. de ſent. excomm. c. ſi clericus de ſent. ex-
commun. in 6. clericum capiat, aut in cuſto-
dia detineat publica vel privata, vel etiam
detrudat in vincula abſque corporali læ-
ſione, c. nuper de ſent. excommuni & ibi Innoc.
in princ. Can. & tam in facinoribus depre-
henſum, ſive ea gravia ſint, ſive levia, c. ſi vero
el 1. §. officialis de ſent. excomm. & ibi Anch. n. 2.
13 Pan. n. 6. & Can. Soccin. ſen. in c. pervenit num.
287. vbi ampliat & num. 294. & plurib. ſeqq.
tradit plures caſus in quibus licet laico capere
clericum de ſent. excomm. poſt Hipol. Riminal in
repet. c. cum non ab homine numer. 11. & ſeqq.
de iud. Franc. in c. ſi clericos num. 7. de ſent. ex-
14 comm. in 6. & ibi Can. niſi capiat de mandato
epiſcopi aut prælati ſpeciali (nam generale
dare non poſſunt, quia per hoc aliqualis
cauſæ cognitio committitur,) Anch. in c. ea
quæ ſub 20. quæſt. verſic. vide dubitari de reg.
Iur. in 6. Mar. Soc. in c. pervenit num. 275. &
ſeqq de ſent. excomm. cap. vt famæ. & ibi gl. in
verb. de mandato. eod. tit. in 6. vt captum non
turpiter, ſed honeſte ducat ad Iudicem ec-
cleſiaſticum, c. vt famæ de ſent. excom. d. c. ſi
clericos eod. tit. in 6. quam primum poteſt,
non detinendo vltra viginti horas, d. c. cum
non ab homine & ibi gloſ. in verb. deprehenſus
legitime Pan. num. 10. & ſeqq. d. c. ſi clericus in
princ. ibi per laicos capi facias & eos carcere in-
cludas. aut laicus capiat clericum, qui dimiſ-
ſo habitu & tonſura ſe immiſcet enormita-
tibus: c. 1, de apoſtatis. c. ex parte il tertio de pri-
vileg. quia malitijs hominum indulgeri non
debet ſed potius obviari, d. c. ex parte il tertio
in fine l. in fundo ff. de rei vend. c. plerumque c.
ſedes de reſcrip. c. ſignificante, qui matr. accuſ.
poſſ. aut Iudex laicus capiat Clericum de fu-
ga ſuſpectum vt eum tradat Epiſcopo, quia
contra capturam perſonæ, factam propter
ſuſpicionem fugæ, non poteſt opponi de
Incompetentia. Mynſ. obſ. 65. cent. 2. Pan. in
c. cum non ab homine num. 11. & 12. de Iudic.
Anch. conſ. 192. quæ regula fallit † in multis 15
caſibus notatis per gloſ. in d. c. ſi quis ſuaden-
te. in verb. violentas, & ibi Can. Altera regula
eſt † quod quicumque in Canonem, ſi 16
quis ſuadente, incidit, etiam ſi cum clerico
verberato, mediante epiſcopo compoſue-
rit, & ille reconciliatus ſibi fuerit, c. cum deſi-
deres § fin. & c. parochianos, & ibi gloſ. in verb.
ſatisfaciant, de ſent. excom. aut ſit occultus, vt
conuinci non poſſit. c. porro. de ſentent. ex-
commun. ad ſedem apoſtolicam eſt mitten-
dus, quam citra non poteſt abſolui, d. c. ſi quis
ſuadente in princ. verſ. & nullus 17. quæſt. 4. c.
cum illorum de ſent. excom. in 6. in princ. c. fin.
in fin. de exceſſ. prael. late Franc. Marc. deciſ. 612.
& ſeqq. & deciſ. 622. & ſeqq par. 2. quæ fallit
† in 17. caſibus notatis per Io. Andr. in d. c. 17
cum illorum num. 2. & Pan. in princ. de ſent ex-
comm. ideo de ſtylo Curiæ, ſi petatur abſo-
lutio pro eo, qui interfecit Abbatem, aut

mutilavit clericum, vel monialem, & ſit ab-
ſens, non conceditur, quia talia perpetran-
tes ſedem apoſtolicam viſitare debent pro-
pter enormitatem delicti; *d.c.ſi quis ſuadente,*
*ibi donec apoſtolico conſpectui, præſentetur: Late*
*Franc.Marc.q.612.& 12.q.ſeqq.par.2.*& ſi al-
legetur paupertas, infirmitas, vel aliud im-
pedimentum perſonale, addi ſolet clauſula,
& quod ceſſantibus impedimentis ſedem
Apoſtolicam viſitet, *Franc. Marc. q. 621. par.*
18 *2.& q.ſeq.* Is qui † religionem ingreditur, an-
tequam tacite vel expreſſe profeſſus ſit, c. *re-*
*ligioſo §.fin.de ſent. excomm. in* 6. ac beguinæ
gaudent privilegio, c. *ſi quis ſuadente, Rot. de-*
*ciſ.8.in fi.de jurep.in antiq.Clem.1.in fin.de re-*
*lig.domib.extravag.unica eod.inter comm.Ioan.*
*Andr.in c.dilecta de major.& obed.num.7.& ibi*
*Can.* Canonicæ ſæculares non gaudent, *Rot.*
*deciſ. 1. de regul. in antiq. Rot. Biſig. deciſ. 2. de*
*ſent. excomm. c. indemnitatibus §. pen. in fin. de*
*elect.in 6.Clem.fin.§.illas de ſtat.monach.c. per-*
*nicioſam 18.q.2.* Is qui Sacræ Romanæ Eccle-
19 ſiæ Cardinalem † hoſtiliter fuerit inſecu-
tus, vel percuſſerit, aut cœperit, vel ſocius
fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel fa-
ctum ratum habuerit, aut Conſilium dede-
rit, vel favorem, aut poſtea receptaverit, vel
defenſaverit ſcienter eumdẽ, eorumq; filii,
& nepotes, ex virili ſexu deſcendentes gra-
viſſimis pœnis ſubjiciuntur c. *fælicis de pœnis*
20 *in 6.* Qui epiſcopum † injurioſe, vel temere
percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniverit, vel
hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata
habuerit, vel ſocius in his fuerit facientis,
aut Conſilium in his dederit, aut favorem,
ſeu ſcienter defenſaverit eumdem, eorumq;
filii per maſculinam lineam deſcendentes,
uſque ad ſecundam generationem ſubjici-
21 untur pœnis Clem.1.*de pœn.* Patroni, † Ad-
vocati, aut feudatarii, ſeu vicedomini, aut a-
lii beneficiati alicujus Eccleſiæ, Epiſcopum,
Rectorem, vel clericum alium ipſius eccle-
ſiæ per ſe, vel per alios occidere, aut mutila-
re auſu nefando præſumentes, eorumque
poſteritates uſque ad quartam generatio-
nem ſubduntur pœnis, c. *ſi quis deinceps 17.q.*
*4.*& c. *ad aures, c. in quibuſdam de pœn.* ſi quis
alius † presbyterum occiderit, uſque ad ul- 22
timum vitæ tempus militiæ caret, id eſt de-
ponitur à ſua dignitate, & abſque ſpe conju-
gii manet, c. *qui presbyterum 17.qu.4. c.2. de*
*pœnit.c.admoneret 33.quæſt.2.Socin ſen.in c.in*
*quibuſdam nu.27 & plur.ſeqq.de pœn.c. ſi quis*
*deinceps §.fin.17.q.4.* Tertia regula eſt, per-
ſonæ † eccleſiaſticæ non ſubeunt onera per- 23
ſonalia, quæ ſunt ea, quæ labore corporali
explicantur abſq; detrimento rerum, *l. mu-*
*nerum ff. de muner. & honor.* ſive ordinaria,
ſive extraordinaria ſint, c. *pulchre Pan. in c.*
*non minus n.12.& plur.ſeqq.h.t.* quia non poſ-
ſunt imponi forenſibus: *l.cum neque C. de in-*
*col.lib.10.& ibi gl.fin.& DD. Gail.obſ.52.nu.*
*5.& 8 lib 2.* præterquam quod tempore ne-
ceſſitatis tenentur ad murorum, & civitatis
cuſtodiam, c. *pervenit h.t.* & legitimam tute-
lam poſſunt ſuſcipere, ſi volunt, c. *Cyprianus,*
*& ibi gl.1.23.qu.3.c.pervenit. & ibi gl. in verb.*
*tutelas 86.diſt.c generaliter 16.q.1.* Aliud eſt † 24
privilegium rerum, cujus vigore eccleſia, &
perſonæ eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à peda-
giis, guidagiis, ac datiis, c. *ſuper quibuſdam de*
*verb.ſignif.* vini, carnium, panis, & hujuſmo-
di, ſive emant, ſive frumentum, vinum & a-
lia hujuſmodi ex præbenda, ſive fructibus
eccleſiæ habita pro ſuis neceſſitatibus di-
vendant, aut divendenda tranſmittant, c.
*quamquã de cenſib.in 6. Clem. præſenti de cenſib.*
*Pan.in c.non minus in fi.& ibi Can.h.t.Sylveſt.*
*in verb.immunitas el.1.ſub num.22.Quarant.in*
*verb.vectigal. & ibi add. ponit regul. cum am-*
*pliat. & limit.* necnon à collectis, & contri-
butionibus, & muneribus patrimonialibus,
quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ poſſeſſionibus indicuntur, *l. munerum §. patrimoniorum ff. de mun. & hon.* ſordidis extraordinariis, aut ſuperinductis, *l. placet C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. & DD. Pan. late in c. non minus n. 16. & 17. h. t. c. quamquam de cenſ. in 6. & ibi poſt gl. DD. Gail. obſ. 52. n. 9. & 14. li. 7.* quia ex quo poſſeſſiones pervenerunt ad eccleſiam, eximuntur ab omni exactione, cum ſint datæ Deo, *c. nulli, c prædia, & c ſeq. 12. q. 2.* & res clericorum, & eccleſiarum eodem privilegio gaudent, *c. eccleſiarum ſervos 12. q. 2. c. ſimiliter 16. q. 1. c. 1. h. t. in 6. Clem. præſenti de cenſib. gl. fin. in c. ſi de vit. & hon. cler. Pan. in c. cum ſit generale n. 4. de for. comp.* quoad munera, & collectas, *l. 2. & auth. ibi poſita C. de epiſc. & cler. c. adverſus ibi eccleſias, & eccl. viros*
25 *h. t. Capr. concl. 96. in princ. & nu. 6.* niſi † epiſcopus, vel clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſq; ulla exactione ad relevandas communes neceſſitates, vel utilitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda, *d. c. non minus § quo circa h. t. & ibi Pan. n. 11. in fin. dicit quod materia d. c. conſiſtit reſpectu laicorum,* conſulto prius Romano Pontifice, cujus intereſt communibus utilitatibus providere, *c. adverſus §. propter h. tit.*
26 Onera realia † quæ impoſita erant rebus, antequam ad eccleſiam perveniſſent, ſive ex privata diſpoſitione, ut cenſum, canonem, ſolarium, *c. olim cauſam de reſt. ſpol. c. cum dilecti de donat. c. quanta de cenſib. Inn. in c. non minus n. 4. in fin. h. t. Io. Fab. in l placet in princ. C. de ſacroſ. eccleſ. idem Iulianus §. hæres, & ibi gl. in verb. ſolarium ff. de leg. 1. late Capr. concl. 96. nu. 37. & ſeqq. l. 2. §. ſi quis ff. ne quid in loc. publ. l. hactenus ff. de uſufr. l. quæro ff. de uſufr. leg.* ſive ex diſpoſitione publica Principis, & tributu, ſubit eccleſia, *c. ſi tributum, c. magnum xj. q. 1. l. de iis C. de epiſ. & cler. c. tributum 23. q. 8. Gail. obſ. 52. n. 11. & 12. & obſer. 53. lib. 2.* præterquam de manſo eccleſiæ, ſeu dote ex horto juxta poſito, de quibus non ſolvit tributum, ſed debet prius redimi ab eo, qui vult eccleſiam ædificare, alias non debet epiſcopus pati conſtrui eccleſiam, *c. 1. de cenſib. c. comperimus 14. q. 6.* Item eccleſia ſubit onera, quæ naturali ratione incumbunt ipſis rebus, ut reficere iter ante domũ, *l. ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bart. per l. 1. ff. de via publ. & itin. publ. reſic.* in purgatione putei neceſſarii toti viciniæ, in qua ſita eſt eccleſia, *Spec. in t. de cenſib. §. nunc dicendum n. 10. Pan. in d. c. non*
*minus ſub n. 16. circa finem,* Ad munera † mix- 27
ta quæ imponuntur perſonæ habito reſpectu ad patrimonium, *d. l. munerum §. miſta ff. de mun. & honor.* eccleſia & perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur, quia nec etiam laici non ſubditi tenentur, licet habeant patrimonium in loco, *l. reſcripto §. fin. ff. de mun. & hon. & ibi Bartol. n. 4. Authen. item nulla communitas C. de epiſ. & cler. Iaſ. in l. placet nu. 5. & ſeq. C. de ſacroſ. ſanct. eccl. Bart. in l. 4. §. actor n. 4. & DD. ff. de re jud.* Variæ ſunt pœnæ laicorum exigentium, pedagia, aut collectantium eccleſias, ſeu perſonas eccleſiaſticas,
Primo exigentes † pedagia, guidagia, ſive 28
portatoria, à perſonis eccleſiaſticis, ſive pro earum rebus, ſine prævia monitione, ipſo facto excommunicationis ſententiam ſingulares perſonæ, ac interdicti, civitates caſtra vel loca incurrunt, quorum collegia vel univerſitates eadem extorquent. *c. quamquam de cenſib. in 6. Clem. præſenti & ibi Zab. & Can. de cenſib. Pan. in c. non minus n. 7. h. t.* ac eædem pœnæ locum habent in gabellis & datiis quæ levantur in civitatibus, *Zab. in d. Clem.*
*præſenti in 8. q.* Collectantes † vero ſi moniti 29
non deſtiterint ſunt excommunicati ipſo jure cum ſuis fautoribus nec communioni redduntur donec ſatisfactionem fecerint competentẽ, *c. nõ minus in fine & ibi gl. fin. h. t.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

30 ſecundo conſtitutiones † & ſententiæ, quæ
à talibus, vel de ipſorum mandato fuerunt
promulgatæ inanes, & irritæ habentur, nul-
lo unquam tempore valituræ, c. *adverſus* §.
*quia vero h.t.* etiamſi ſint promulgatæ inter
ſubditos, *Io. And. in d.c. adverſus n. 5.* ſive præ-
ceſſerit monitio juxta d. c. non minus hoc
tit. ſive nõ præceſſerit, *Pan. in d.c. adverſus n.*
31 11. Tertio † rectores excommunicati ob
collectationes eccleſiarum & perſonarum
eccleſiaſticarum, qui ſatisfacere recuſave-
runt, poſt tempus regiminis remanent ex-
communicati, *d.c. adverſus in fine*, quia regu-
lariter delinquens prætextu officii tenetur
ſatisfacere durante & finito officio, etiamſi
commoditas pervenit ad alium, unde ſi non
poteſt inducere eum ad ſatisfaciendũ tene-
tur ipſe in totum ad emendam damni, *Inno.
in c. ſicut dignum n. 1. & 2 de homicid. Pan. in d.
c. adverſus n. 7. & 20.* Præterea ſucceſſores i-
pſorũ in officio, niſi ſatisfecerint intra men-
ſem, eccleſiaſtica cenſura concluduntur do-
nec ſatisfecerint competenter, *d.c. adverſus
in fine*, nam regulariter ſententia cenſuræ
lata contra aliquem ſub nomine officii non
tranſit ipſo jure in ſucceſſorem, ſed tunc de-
mum cum ſatisfacere noluerit de delicto
commiſſo per prædeceſſorem, quia cenſura
eſt proportionabilis perſonæ tantum nõ in-
dignitati, *c. gravem & ibi gl. in verb. promulga-
re pro vires & poſt eam Can. de ſent. excommun.
Pan. in c. quoniam Abb. ſub n. 8. de off. deleg. Pan.*
32 *in d. c. adverſus.* Tertium privilegium † eſt
fori, cuius vigore perſonæ eccleſiaſticæ non
poſſunt conveniri corã judice ſæculari, vel
ab eo judicari ut dictum eſt *ſupra lib. 2. tit. de
for. compet.* & competit ei de jure divino, *Fel.
in c. 2. de maior. & obed. Rom. ſing. 419. & ibi ad-
ditio c. cum non ab homine & ibi Can. de Iud.*
33 Plurimæ aliæ † libertates conceſſæ ſunt ec-
cleſiæ univerſali & perſonis eccleſiaſticis,
per privilegiũ Dei, Imperii, vel Imperatoris
ſuper temporalibus vel Papæ ſuper ſpiritua-
libus cumulatæ per Innoc. *in c. noverit nu. 1.
& 2. de ſent. excomm. & ibidem* Can. innovatæ
Concil. Trident. c. *cupiens ſeſſ. 25.* quibus
violatis cenſetur violata libertas eccleſiaſti-
ca, *late Dec. in c. eccleſia S. Mariæ n. 5. 6. & plu-
rib. ſeqq. de conſtit. & ibi Can.* Si quis † contra- 34
venerit contra privilegia data ſingularibus
eccleſiis nõ dicitur facere contra eccleſiaſti-
cam libertatem, licet faciat contra libertatẽ
huius eccleſiæ vel illius ſingulariter, *Innoc. in
d.c. noverit n. 3. & ibi Pan. n. 2. & Can. commu-
niter de ſent. excomm.* Statuta † & conſuetudi- 35
nes contra libertatem eccleſiæ eiuſque per-
ſonas inducta adverſus canonicas & impe-
riales ſanctiones ſunt irrita & ipſo jure nulla
& penitus abolenda de capitularibus, *Auth.
Caſſa C. de ſacroſ. eccl.* ſtatutarii & ſcriptores
ſtatutorum ipſorum, nec non poteſtates,
Conſules, Rectores & Conſiliarii locorum,
ubi huiuſmodi ſtatuta & conſuetudines e-
duntur, vel ſervantur, nec nõ illi, qui ſecun-
dum ea præſumunt judicare, vel in publicã
formam ſcribere judicata, ſunt ipſo jure ex-
communicati, *c. noverit & ibi gl. 2. & Can. c.
gravem de ſentent. excom.* & privari feudis ec-
cleſiaſticis, *d. c. gravem in fine*, nec evitant i-
ſtas pœnas, licet in fine ſtatutorum ponant
ſtatutum quod, ſi quæ ſtatuta eſſent edita
contra eccleſiaſticam libertatem habeantur
pro conſcriptis, ut communiter fieri ſolet,
quia per hoc non eſt ſatisfactum dictæ Au-
thent. quæ exigit ut dicta ſtatuta deleantur
in libris, *Bart. in d. authen. Caſſa n. 6. Pan. in d. c.
noverit n. 1. in fine & ibi Can.* ſervantes huiuſ-
modi ſtatuta, non ſunt excommunicati, niſi
ſint de perſonis ſupra ſpecificatis; *Innoc. in d.
c. noverit in princ.* Ea autem ſtatuta dicuntur
† contra libertatem eccleſiæ, & perſonarum 36
eccleſiaſticarum, quæ ſunt contra privilegia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eis conceſſa per Principem, vel Papam, uti dictum eſt, *d. Authent. Caſſa ibi adverſus Canonicas & Imperiales ſanctiones*, nec non ea per quæ officium Inquiſitionis hæreſis impeditur, vel retardatur, *c. ſtatutum 1. de hæret. in 6.* aut clerici efficiuntur magis timidi & laici magis audaces ad nocendum, *Bart. in d. Authent. Caſſa n. 3. & ſeqq. per l. 1. §. quæ oneranda ff. quarū rer. act. non datur Pan. in d. c. noverit. n. 2. & ibi Can.* ut ſtatutum quod maiorem pœnam imponit pro homicidio laici, & clerici minorem, & hæc omnia nō tantum honori perſonarum clericorum, ſed etiam maieſtati Dei indulta fuerunt, cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet, *l. non diſtinguemus in princip. verſ. ſacerdotio ff. de arbitr. l. omnes in prin. C. de epiſ. & cler. Authent. ut clerici apud prop. epiſ pri. conven. &c. §. 1.* Perdunt clerici privilegia, vel eis nō gaudent, in caſibus cumulatis per Benedict. Capr. concl. 94. c. 1. de vit. & honeſt. cleric. in 6. & in clem. 1. & 2. eod. tit. & in c. unico de cler. coniug. in 6. & ibi Ioan. And n. 4. Mar. Soc. in c. pervenit n. 97. & ſeqq. de ſent. excomm.

## *Ne clerici vel monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.*

## Titulus L.

### SVMMARIA.

1 *Clerici & monachi ſe immiſcent negociis ſæcularibus primo ſi aliquid emant ut id integram carius vendant.*

2 *Tertio ab epiſcopo moniti negociationibus ſe implicantes de ſuis facultatibus ſtatutis & conſuetudinibus patriæ ſubjacent, nec ſunt immunes à pedagiis.*

3 *Negociari licet perſonis eccleſiaſticis quando aliquid operantur manibus ſuis.*

4 *Secundo, quando exercent cauſas ſæculares ut procuratores in judicio vel extra judicium generales.*

5 *Si deprehendantur in fraude non ſubvenitur eis ab Eccleſia ſed non perdunt privilegium fori niſi trina monitio præceſſerit.*

6 *Item ſe immiſcent negotiis ſæcularibus quādo exercent cauſas ſæculares ut judices vel iuſtitiarii vel vicem gerentes alicuius principis ſæcularis.*

7 *Quando jurisdictio ſæcularis eſt annexa dignitati quam clericus obtinet, tunc poteſt eam per ſe exercere dummodo per ſe non inferat pœnam mortis, aut membrorum detruncationem.*

8 *Tertio, ſe immiſcent ſæcularibus negociis quando conducunt poſſeſſiones à laicis nomine proprio, ſecus ſi conducant nomine Eccleſiæ vel capituli.*

9 *Quarto, Archidiaconi plebani habentes ſub ſe capellas, Præpoſiti, Cantores & alii clerici perſonatus etiam non curatos habentes, necnon presbyteri legibus aut phiſicæ ſeu medicinæ ſtudentes ſe immiſcent negociis ſæcularibus & ipſo iure ſententiam excommunicationis incurrunt niſi infra ſpatium duorum menſium ab inceptione ſtudii computandum deſtiterint.*

10 *Prædicti omnes poſſunt ſtudere inſtitutionibus imperialibus ad effectum adiuvandi ſtudia canonum.*

11 *Religioſi poſt profeſſionem exeuntes clauſtro ad audiendas leges & phiſicam niſi intra duos menſes ab exitu monaſterii hac de cauſa, computandos ad clauſtrum redierint ſunt ipſo iure excommunicati.*

12 *Reverſi ſunt ultimi fratrum.*

13 *Totius ſpem promotionis amittunt.*

14 *Doctores eos ſcienter docentes aut in ſcholis, octo menſes ſimili eo ipſo ſunt ſententia innodati.*

15 *Abſolui poſſunt ab epiſcopo proprio ac Epiſcopo in cuius diœceſi ſtuduerunt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

16 *Rehabilitatio & diſpenſatio reſervantur ſedi apoſtolicæ.*

17 *Licentia audiendi leges & phiſicam & alterutrum explanandi aliis ſolet impetrari à ſede Apoſtolicæ.*

18 *Quinto, Immiſcent ſe negotiis ſæcularibus quando tabellionatus officium exercent ſive conſtituti ſint in ſacris ſive in minoribus ordinibus dummodo competenter ſint beneficiati etiam in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritualibus.*

19 *Speciale eſt quod in cauſa hæreſis poſſint tabellionatus officium exercere ac coram Papa & in eius curia & coram eius epiſcopo.*

20 *Licentia utenti officio tabellionatus pro conſtituto in ſacris à quo judice peti debeat.*

21 *Sexto, ſe immiſcent negotiis ſæcularibus quando clericus dictat, ſcribit, profert ſententiam ſanguinis vel quicquam aliud exercet per quod ad vindictam ſanguinis tenditur.*

PERSONÆ eccleſiaſticæ non gaudent
immunitate quando negotiis ſæculari-
bus ſe immiſcent, ideo poſt præcedentem
ſubjicitur rubrica prohibitiva, ne clerici, vel
monachi ſæcularibus &c. Immiſcent ſe
1 ſæcularibus negotiis, † uno modo, ſi aliquid
emant, ut id integrum carius vendant, *c. ſe-*
*cundum inſtituta hoc tit. diſtinct.* 88. *per totam*
*repr. concluſ.* 95. quia non licet clericis exer-
cere etiam juſtam negotiationem, *c. forni-*
*cari diſtinct.* 88. *q.* 3. *in ſumma c.* 1. *c. canonum c.*
2 *quicumq;* 14. *quæſt.* 4. ſi tertio † ab epiſcopo
commoniti ab huiuſmodi non reſipuerint,
ſed negociationibus inſtiterint, cum facto
abjiciant privilegium clericale, dum his ſe
implicant, de ſuis facultatibus ſtatutis &
conſuetudinibus patriæ ſubiacent, *c. fin. &*
*ibi gl. fin. de vit. & honeſt. cleric.* nec ſunt im-
munes à pædagiis, & guidagiis, *Clem præſen-*
*ti & ibi gloſſ. in verb. non negociandi de cenſib.*
*& Can.* ex juſta cauſa neceſſitatis licitum eſt
† perſonis eccleſiaſticis negotiari, quando 3
aliquid operantur ex manibus ſuis, vel e-
munt rem ut inde habeant materiam redu-
cendi ad aliquas formas, ut legimus ſanctos
apoſtolos negotiatos fuiſſe, *c.* 1. §. *nec tamen*
*juſtum & ibi Pan. ſub n.* 6. *tit. c.* 1. *verſ. quæ enim*
*propter turpe,* 21. *qu.* 1. *C. clericus* 91. *diſtinct. c.*
*eiiciens* §. *quicumque* 88. *diſt.* Altero modo
† quando exercent cauſas ſæcalares ut pro- 4
curatores, vel in judicio, quod non licet
clericis niſi pro certis perſonis, *c. fin.* 86. *di-*
*ſtinct. c.* 1. §. *contentiones h. tit. c.* 1. *de poſtulari*
88. *diſt. in ſumma & c.* 1. tenet tamen judi-
cium cum eis agitatum niſi excipiatur, *Pan.*
*in c. ſacerdotibus n.* 3. *h. tit. per c.* 2. *de poſtul.* vel
etiam extra judicium, *c. fin.* 86. *diſtinct. & c.* 1.
88. *diſt.* clerici enim nō debent eſſe miniſtri
& procuratores laicorum generales in ne-
gotiis, *Innoc. in d. c. ſacerdotibus h. t. c.* 1. 2. *&*
*ſeqq.* 23. *quæſt.* 3. quod ſi contra fecerint, &
deprehendantur † in fraude, non ſubveni- 5
tur eis ab eccleſia, cum per eos conſtat in ec-
cleſia ſcandalum generari, *d. c. ſacerdotibus h.*
*tit.* ſed non perdunt privilegium fori, niſi
trina monitio præceſſerit, *Pan. in d. c. ſacer-*
*dotibus n.* 6. *&* 7. neque prohibentur eligi ad
dignitates, *Inn. in c. fin. in princ. de oblig. adra-*
*tiocin. ord* unum autem negotium laicorum
clericus procurare vel adminiſtrare non
prohibetur, *Archidiac. in cap. fin.* 86. *diſtinct.*
*Innoc. in c. cum I. & A. num.* 2. *&* 3. *de re iudic.*
*Pan. in d. c. ſacerdotibus n.* 4. *Zab. in c. magnus q.*
8. *verſ. oppono de oblig. ad rat. ord.* & in cauſis
eccleſiaſticis, & coram Iudice eccleſiaſtico
poteſt eſſe procurator laici, *c. per venerabilē*
*qui fil. ſint leg. Pan. in d. c. ſacerdotibus num.* 2.
Item immiſcent ſe ſæcularibus negotiis † 6
quando exercent cauſas ſæculares ut judices

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quia clericus non poteſt eſſe juſtitiarius, vel
Generalis procurator juriſdictionum aut of-
ficialis, vel vicem gerens alicuius principis
ſæcularis, & monitus non deſiſtens excom-
municatur, *c. ſed nec & c. ſeq. h. t. c. de præſen-
tium 16. q. 1.* ſi ſit incorrigibilis deponitur,
*Pan. in d. c. ſed nec n. 6.* religioſus ultra depo-
ſitionem detruditur in arctius monaſteriũ,
*d. c. ſed nec verſ. fin. & ibi Pan. n. 6.* Vnum ne-
gotium juſtitiæ exercendæ poteſt clericus
expedire ut delegatus principis ſęcularis, et-
iam in cauſa criminali, *c. in Archiepiſcopo de
rapt. Pan. in d. c. ſed nec n. 5. & ibi Can. Hoſt. in c.*
7 *clericis h. t.* Quando juriſdictio † ſæcularis
eſt annexa dignitati quam obtinet, tunc
poteſt clericus eam per ſe exercere, dum-
modo per ſe non inferat pænam mortis vel
membrorum detruncationem, aliis autem
delegare poteſt, metu irregularitatis ceſſan-
te, & idem ſi ipſam juriſdictionem habet ra-
tione patrimonii, *c. fin. h. t. in 6.* quod proce-
dit etiã in prælato religioſo, *c. dilectus de off.
ord. c. auditis de præſcr. c. inter dilectos in princip.
de fid. Inſtrum.* exceptis Ciſtercienſibus, qui
ex prima regulæ inſtitutione villas juſtitia-
rias, & tributarias tenere non poſſunt, *c. re-
colentes de ſtat. monach.* Tertio immiſcent ſe
8 ſæcularibus negotiis clerici quando † con-
ducunt poſſeſſiones à laicis nomine pro-
prio, *c. 1. §. conductores h. t. c. 1. & c. placuit 21.
qu. 3.* quia eſt quaſi negotiatio, unde prohi-
betur militibus, *l. fin. C. de loc. & cond l. Mili-
tes & l. Militantes C. de re milit. lib. 2.* monachi
vero quãdo à laicis, vel clericis nomine ſuo
firmas habent, *c. ſecundũ h. t.* quas eis nomine
capituli cauſa neceſſitatis licitum eſt habe-
re, *gl. pen. in d. c. ſecundum per c. 1. in fine h. t. &
ibi Can.* ſi conductori ſuccedunt poſſunt in
conductione remanere, *arg. l. decurio ff. de de-
curionib. Ioan. Andr. in c. 1. poſt gl. in verb. con-
ductores hoc tit. & ibi Can.* Quarto, Archidia-
coni, plebani † habentes ſub ſe capellas in 9
quibus inſtituuntur clerici perpetui, *c. 1. hoc
tit. in 6.* præpoſiti cantores, & alii clerici per-
ſonatus, etiam nõ curatos, *gl. in c. fin. in verb.
presbyteros h. t.* habentes, necnon presbyteri
legibus aut phyſicæ ſeu medicinæ ſtudentes,
dicuntur ſe immiſcere negotiis ſęcularibus,
*c. fin. hoc tit.* & niſi infra ſpatium duorum
menſium ab inceptione ſtudii computandũ
deſtiterint, *Pan. in d. c. fin. n. 8. hoc tit.* ipſo fa-
cto ſententiam excommunicationis incur-
runt, *c. fin. hoc tit.* Prædicti † vero omnes in- 10
ſtitutionibus imperialibus ad finem coad-
juvandi ſtudia canonum, & caſuum con-
ſcientiæ, *c. 1. de nov. oper. nunciat. & ibi gl. &
Can c. ſi in adiutorium 10. diſtinct. Gemin. in c.
cum ex eo n. 9. de elect. in 6. & ibi Can.* nec non
cæteri clerici ſæculares, ac obtinentes paro-
chiales, quæ ſub ſe non habent capellas pen-
dente termino, quo promoveri debent ad
ſacerdotium, ſtudent legibus, atque medi-
cinæ, abſque metu excommunicationis, *c. 1.
hoc tit.* Religioſi † poſt profeſſionem exeun- 11
tes clauſtro ad audiendas leges, & phyſicam,
niſi intra duos menſes ab exitu monaſterii
hac de cauſa computandos, ad clauſtrum
redierint, ſunt ipſo jure excommunicati, &
in nulla cauſa, ſi patrocinium præſtare vo-
luerint, audiuntur, reverſi, † in choro, capi- 12
tulo, & menſa, & cæteris ultimi fratrum exi-
ſtunt, & (niſi forte ex miſericordia ſedis a-
poſtolicæ) totius † ſpem promotionis amit- 13
tunt, *c. non magnopere, & c. fin. hoc tit.* præfa-
tique omnes tam clerici ſæculares, quam re-
ligioſi, tam à diœceſanis, & capitulis ipſorũ,
quam à cæteris Epiſcopis, in quorum diœ-
ceſibus ſtudent, excommunicati, & præfa-
tis pœnis obnoxii publice nunciantur, *c. fin.
hoc tit.* Doctores ſive magiſtri, † qui religio- 14
ſos habitu ſuo dimiſſo leges, aut phyſicam
audientes ſcienter docere, aut in ſcholis

ſuis præſumpſerit] retinere, ſimili eo ipſo
ſunt ſententia innodati, c. 2. *hoc tit. in 6.* Ab-
15 ſolui † poſſunt ab huiuſmodi excommuni-
catione ab epiſcopo proprio tam in ſua,
quam in aliena diœceſi, quia in ea abſolu-
tione nulla requiritur cauſæ cognitio, ſed eſt
juriſdictionis voluntariæ, ac ab epiſcopo, in
cuius diœceſi ſtuduerunt quia ibi delique-
runt, & conditor canonis ſibi abſolutionem
non reſervavit, *Pan. in d. c. fin. n. xj. hoc tit.* re-
ligioſis in abſolutione mandari debet, ut re-
16 deant ad monaſterium, rehabilitatio, † &
diſpenſatio reſervantur ſedi Apoſtolicæ, c.
*non magnopere hoc tit.* ideo à prædictis pro-
hibitis indultum, ſive licentia audiendi le-
ges, ſeu phyſicam ſeu alterutram explanan-
di aliis, obtineri debet à ſede apoſtolica, &
17 ita ſervat Romana Curia: licentia † legendi
reſtringitur per clauſulam, non tamen pu-
blice; licentia ſtudendi legibus reſtringitur
ad quinquennium, religioſis nunquam da-
tur licentia ſtudendi legibus, *Mandoſ. de ſign.
grat. tit. audiendi leges licentia &c. verſ. neceſ-*
18 *ſario, & verſ. ſeqq.* Quinto, quando † tabel-
lionatus officium exercent, c. *ſicut te h. t. &
ibi Pan. nu. 5. & ſeqq.* etiam abſtinendo à cri-
minalibus, *gl. in d. c. ſicut te.* ſive conſtituti
ſint in ſacris, ſive in minoribus ordinibus,
dummodo competenter ſint beneficiati,
*Zab. in d. c. ſicut te in 2. oppoſ. Pan. n. 5. Io. And.
n. 7. Franc. Marc. q. 194. n. 4. & 5. part. 2.* quia
hoc officium eſt vile, c. 2. *de uſur. in 6. l. non
aliter ff. de adopt.* prohibitum decurionibus,
*l. univerſos C. de decurion. &c. lib.* 10. & genus
negociationis ideoque prohibentur clerici
illud exercere illud exercere, etiam in cauſis
eccleſiaſticis, & ſpiritualibus coram judice
19 eccleſiaſtico, & ſpeciale eſt † ut in cauſa hæ-
reſis poſſint officium tabellionatus exerce-
re, c. *ut officium §. ad conſcribendum de hæret. in*
6. ac coram Papa, & in eius Curia, *Pan. in d.
c. ſicut te n. 6. circa fin.* quod notarii qui ſunt
in aula Papæ, vel Imperatoris, erant offi-
cium cum dignitate, *Bald. in l. fori tui in fin.
C. de ad diverſ. iud. Ioan. de Plat. & alii in d. l. u-
niverſos C. de decur. &c.* vel coram Epiſcopo,
*ſpecul. in tit. de inſtr. ed. §. 8. reſtat ui dicere nu.
25. & ſeqq. Franc. Marc. qu. 194. n. 2. parte 2. d.
c. ſicut, & ibi gloſſ. fin. & marg.* complere poſ-
ſunt, & expedire veteres notas, & rogatio-
nes ante ſacros ordines, vel emiſſam profeſ-
ſionem receptas *ſpec. de ſtat. mon. n. 32. vigeſi-
mo ſexto quærit. gl. in c. officium §. ad conſcri-
bendum in verb. præmiſſa in fin. de hæret. in 6.
arg. l. alienationes ff. famil. erciſ. & ibi poſt eam
Can. Boich. in c. ſicut te h. tit.* præterea inſtru-
menta poſt ſuſceptos ſacros ordines rogata
tenent, licet puniri debeant, *Bart. in l. uni-
verſos C. de decur. &c. lib.* 10. *Boich. in cap. ſic-
ut te in princ. hoc tit. ſpecul. de inſtr. edit. §. octa-
vo reſtat. videre n. 29.* An autem, & à † quo 20
judice eccleſiaſtico, vel temporali, dari poſ-
ſit licentia conſtituto in ſacris utendi officio
tabellionatus, vide Franc. quæſt. 194. part.
2. Sexto quando clericus † dictat, ſcribit, 21
profert ſententiam ſanguinis, vel quic-
quam aliud exercet, per quod ad vindi-
ctam ſanguinis tenditur, aut ubi exer-
cetur, intereſt, tempore ſententiæ, aut
executionis, c. *clericis c. ſententiam hoc tit.* in-
curritque irregularitatem, quando ſequi-
tur mors, vel membri detruncatio, *Pan. in d.
c. ſententiam n. 5 & xj.* & privatur honore,
& loco, *Pan. in d. c. de clericis in principio,* ſed
non ex ſola debilitatione membri, *Pan. in d.
c. clericis num. 13.* licet poſſit puniri pro eo,
quod exercuit artem ſibi illicitam, *gl. in
d. c. ſententiam in verb. ſangui-
nis in fin.*

*FINIS TERTII LIBRI DECRETALIVM.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN